

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
D
26
NAPOLI


FRANCESCO
ARMANO

DECISIONES
R.P.D.
MARTINI ANDREAE
SACRÆ IN APOST. PALATIO
ROTAE AVDITORIS.

SVMMARIIS, AC INDICE COPIOSISSIMO AVCTAE


OPERA CONSVMATISSIMI DOCTORIS
YVONIS GATTVLAE ROMANI
In Almo Vrbis Gymnasio Iuris Ciuilis in Ordinarijs
Interpretis Primarij Matutini.





ROMAE, Ex Typographia Andreæ Phæi. MDCXXXV.
Superiorum permissu.

Venduntur sub signo Europæ.



EMINENTISSIMO, AC
REVERENDISSIMO PRINCIPI
D. GASPARI
BORGIÆ
Episcopo Albanensi S. R. E. Archiepiscopo Hispalensi.

Vincentius Castellanus F.




VM Tibi, Princeps Eminentissime, in amplissimo ius dicentium theatro comparauit plausum Martinus Andreas, vt, quæ ille diù è Romanæ Rotæ aditis recluserit Iurisprudentiæ oracula, tanquam è Pythio Tripode excepta, publicis rebus consultissimè componendis, à viris sapientibus impendiò semper adhiberi visa sint. quamobrem, ne, quæ Viro doctissimo nominis immortalitatem pepererunt, sequientis deinceps iniuria temporis aliquando deperirent, facturum me pretium operis haud exiguum putaui, si quæ eius in ipsa Romana Rota Decisiones habentur, sedulò à me collectæ, publico studiosorum, ac fori emolumento, nunc primùm ederentur. Nec fœliciora dari poterant auspicia, quàm vt illæ sub eo nomine lucem aspicerent, à quo sibi posteà decoris, ac laudis accessionem fieri quàm maximam agnoscerent. Iure siquidem

Hiſpani Authoris labores Te patronum, ac vindicem nanciſcuntur, è cuius vel amplitudine generis, vel dignitatis, ac ſapientiæ præſtantia, optima Parens Hiſpania immortalia ſe ornamenta hauſiſſe iamdiù gloriatur. Et mihi quidem; vt ad Te potiſsimùm Opus ipſum deferrem, non inanis, aut alienus fucus ſuaſit; dum me, & Neapolitanus Pater, & Auus ex Hiſpania oriundus Hiſpano nomini deditiſsimum faciunt, Hiſpanique Principis patrocinio addici, veluti hæreditario auctoramento obſtringunt. Curam igitur hanc meam, doctis Viris probatam, Tibi non ingratam futuram, & Authoris doctrina, & meæ priuatæ rationes pollicentur. Erit is pariter nuncupationis meæ fructus vberrimus, ſi tantum mihi ab humanitate tua præſidij acceſſerit, vt ſuffectę ad maiora vires noua Tibi referant in poſterum obſequentiſſimę voluntatis monumenta. Vale.



ELENCHVS
DECISIONVM
QVÆ
IN HOC OPERAE
CONTINENTVR.



A

B

C

Elboren.

Signina

FINIS.



Imprimatur si videbitur Reuerendissimo P. Mag.Sac.Palatij

A. Torniellus Vicesg.

DEcisiones centum.& decem , quas in Sacro Rotæ Auditorio q. eruditissimus R. P. D. Martinus Andreas Hispanus edidit, vnà cum Summarijs, & Indice copiosissimo Adm.Ill.& Excell. D. Yuonis Gattulæ Primarij horis antemeridianis Iuris Ciuilis professoris in Almo Vrbis Gymnasio , ita volente Reuerendissimo P.Nicolao Riccardo Sacri Palatij Apostolici Magistro,vidi,& diligenter perlegi , nihilq. reperi,quod vel bonis moribus , vel Christianæ religioni sit contrarium , & ideo poterit in commune bonum publici iuris fieri , in quorum fidem,ac testimonium hanc mea manu scriptum, & subscriptum dedi Romæ vltimi Maij 1634.

Ita est Angelus Lucianus V.I.D. & in Gymnasio Almæ Vrbis Pontificij iuris professor Primarius manu propria.

Imprimatur
Fr.Nicolaus Riccardus Mag. Sac. Palat.

ELECTÆ DECISIONES R. P. D. MARTINI ANDREAE SACRAE IN APOST. PALATIO ROTAE AVDITORIS.



Mediolanen. Beneficij.

Luna 10. Martij 1614.

SVMMARIVM.

Possesio probatur ex instrumento illius adeptionis alio non possidente, num. 1.

Possesio probatur ex confessione partis in sua gratia, quod aduersarius erat intrusus, nu. 2.

Possessio confessata à parte, cum qualitate vitij, non nocet aduersario, quominus præsumatur iusta, prout regulariter præsumitur, num. 3.

Possessio confessata à parte cum qualitate vitij potest ab aduersario acceptari reiecta qualitate vitij, num. 4.

Immissus in possessionem authoritate iudicis executoris, priuat ipso facto possessorium sua possessione, num. 5.

Verum si ritè, & rectè procedit, num. 6.

Iudex nulliter, & iniustè procedit, si non fuit citatus, qui erat citandus, num. 7.

Citari quis debet in loco vbi tempore citationis morabatur, num. 8.

Fides officialis attestantis de his, quæ pertinent ad eius officium, probat, num. 9.

Prouisio facta ab Ordinario de beneficio litigioso est nulla, num. 10.

Possessio capta à prouiso ab Ordinario de beneficio litigioso, est infecta, num. 10.

Dispositio cap. 1. vt lit. pend. in 6. non habet locum in Ordinario habente indultum conferendi beneficia litigiosa, num. 11.

Decretum irritans non inficit pos sessionem quando non est super certo corpore beneficij, nu.12.

Gratia in omnibus est iustificanda num.13.

Gratia est iustificanda coram exequutore stante clausula vocatis, &c. & amoto exinde, &c. num. 14.

Clausula vocatis, &c. & amoto exinde, &c. facit exequutorem de mero mixtum n.15.

Sententia lata ab exequutore ad fauorem eius, qui non iustificauit narrata in gratia per appellationem suspensa non dat robur possessioni eius virtute apprehensæ; vt priuet aduersarium sua possessione num.16.

Non habens se pro spoliato non amittit possessionem n. 17.

Priuilegium gratiosæ subrogationis de danda possessione sine discussione iuris antboris cessat vbi ordinarius habet facultatem conferendi in specie beneficia litigiosa num.18.

Iudex non debet differre officium suum ex eo, quod non constat, quod de facili constare potest num.19.

In possessorio summarijssimo leuiores probationes sufficiunt, num. 20.

DECISIO I.

FVit resolutum esse dandum mandatum de manutenen Alphonso Castiilioneo, quia constat de illius possessione tempore motæ litis, §.Hodie instit. de interdict. & sæpius fuit decisum.

1 Possessio probatur non solum ex instrumento illius adeptionis, quod probat alio non possidente, l. prædia cum not. ff. de acq. possess. Menoch. de retin. remed.3. n.575. Fastol. dub.41. Cæs. de Graff. decis.5. in princ. de caus. poss. & prop. & fuit dictum in Hispalen. Beneficii 21. Martii 1610 coram b. m. Penia, & de anno præterito in Regien. beneficii 15. Nouembris coram R. P. D. meo Dunozet. Verum etiam

2 ex confessione partis in sua gratia, quod Alphonsus erat intrusus; Quę confessio, cum

3 habeat præsumptionem iuris contra se ex quo possessio pręsumitur iusta, legitima, & non vitiosa, Aymon. consil. 150. num. 5. potest acceptari respectu possessionis reiecta qualitate vitii, vt tenuit Ro-

4 ta in Pennen. & Adrien, beneficiorum coram Cantuccio inter impress. diuers. 802. par, prima, quæ decisio fuit recepta in Romana Domus, quinta Martii 1610. coram Archiepiscopo Bononien. & in Hispalen. beneficiorum decima Iunii 1611. coram R. P. D. meo Pamphilio,

Non

5 Non obstat, quod Bertolasius fuerit immissus in possessionem authoritate iudicis exequutoris, qui sine alia eiectione priuat possessorem sua possessione iuxta doctrinam Angel. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas num. secundo in fin. ff. de acquir. possess. & Compost. in cap. transmissam num. 3. versic. De possessione alterius de elect. Rot. dicta decis. 802. nu. 7. par. 1. & decis. 62. num. 3.
6 par. 2. Quia hoc intelligitur vbi iudex rite, & recte procedit secus si nulliter, & iniuste Rot. dicta decis. 802 num. 7. vers. Quia pro responsione, & fuit dictum in illa Regien.
7 Quod autem iudex nulliter, & iniuste processerit constat ex eo, quia cum Alphonsus esset citandus tam ex dispositione iuris comunis, quia erat possessor, c. licet Episcopus de præben. in 6. quam ex forma literarum Apostolicarum in quibus aderat clausula vocatis dicto Alphonso, & alijs, qui fuerint vocandi Rot. dicta decis. 802. num. 8. Hoc non curauit D. iudex, sed absq; aliqua citatione saltim legitima ad exequutionem processit.

Nec obstat, quod Alphonsus fuerit citatus domi, & postea ad valuas, quia iam ipse a multis antea mẽsibus studiorum causa degebat Mediolani in Collegio Calchorum, vt patet ex fide Rectoris Colle-
8 gij, & propterea ibi, & non vbi alias morabatur erat citandus Bart. in l. 3. §. Prętor ait num. 9. ff. de damn. infect. Butr. in c. causam num. 7 circa fin. versic. Item intellige domum de dol. & contum.
9 quę fides satis visa fuit probare, cum simus in officiali attestante de his, quæ pertinent ad eius officium, Bart. in l. 2. C. de ponder. lib. 10. Ruin. consil. 56. num. 5. lib. 1. Mandel. consil. 318. num. 36. Gabriel. de test. conclus. 1. num. 19. Paleott. decis. 573. num. 6. par. 3. lib. 3. diuers. Attenta maxime relatione ipsius Nuntij attestãtis sibi fuisse dictum a familia ipsius Alphonsi, domo tunc temporis solitæ habitationis absfuisse.

Non obstat, quod possessio Alphonsi sit infecta, postquam ipse fuit prouisus ab ordinario de beneficio litigioso,
10 propter decretum irritans de quo in cap. secundo, vt lit. penden. in sexto. Quia cum Illustrissimus Cardina-
11 lis Archiepiscopus habeat indultum conferendi in specie beneficia litigiosa, vt in copia, quæ fuit data cessat dispositio d. c. 2.
12 Preterea decretum irritans non inficit possessionem quã-

do non eſt ſuper certo corpore beneficij, Caſſador. deciſ. 1. num. ſecundo de reſt.ſpol. Put. deciſ.50. num.2.& deciſ. 99.num 11.lib.1. & fuit pluries deciſum.

Quę eo magis Dominis placuerunt, qua Bertolaſius non
13 iuſtificauit ſuam gratiam in qua plura fuerant narrata, & ſignanter, quod Alphonſus nullo ſaltem Canonico titulo iuriſue adminiculo deſuper ſuffragante ſe in Cappellania intruſit, & adhuc detinebat illam indebitè occupatam; Quæ omnia coram exequutore diſcuti debebant propter
14 dictam clauſulam vocatis dicto Alphonſo, &c. & amoto exinde dicto Alphonſo, &c.
15 Quæ clauſulæ faciunt exequutorem de mero mixtu,& præſupponunt in eo cognitionem iurium poſsidentis, ita quod ab eius ſententia detur appel. latio, cap. exhibita, & ibi Panor. num. 6. Felin.num. 4. de iudic idem Felin. in cap. de cætero num. 10. de re iudic. Card. conſ. 63. in princ. Dec conſil 253. num.1.Guidop.deciſ.70.num.3. Rot.deciſ 30. de reſcript. in nou. & fuit dictum in illa Regien. beneficij,& in Cęſarauguſt. diſmembrationis 25. Iunij 1607. coram Reuerendiſsimo Damaſceno, & in alijs pluribus.
16 Vnde cum prædicta omnia coram exequutore non fuerint diſcuſſa merito,& ſententia, & appręhenſio poſſeſsionis per appellationem fuerũt ſuſpenſa, & Alphonſus ſuam poſſeſsionem animo retinuit,
17 in qua venit manutenendus, cum non ſe habuerit pro ſpoliato, vt ſępius fuit deciſum, & in ſpecie in dicta Regien.
18 Hinc tollitur obiectum gratioſę ſubrogationis Bertolaſij; quia cum ageretur contra prouiſum ab ordinario,qui in facultatibus habebat poteſtatem conferendi in ſpecie beneficia litigioſa; vtique ceſſabat priuilegium gratioſę ſubrogationis, & omnia narrata erant iuſtificanda, vt diſtinxit Rot.in illa Burgen.de Pancoruo 24. Octobris 1588.coram Gypſio ſępius canonizata.

Ad illud autem,quod indultum non erat in forma probanti, fuit reſponſum, quod
19 cum ſimus in Curia facile de eius veritate conſtare poteſt.
20 Et præſertim; quia ſumus in poſſeſſorio ſummariiſsimo in quo leuiores probationes ſufficiunt, Rot.deciſ.375.num. 2. par.3. lib. 3. diuerſ. & fuit dictum in Bergomen. Cappellaniæ 22. Aprilis 1611.coram R.P.D.meo Pirouano.

Et ita concluſum.

Tira.

Tirasonen. Parochialis, seu Vicariæ de Ablitas.

Luna 21. Aprilis 1614.

Ad obtinendam possessionem vigore gratiosæ subrogationis, debet probari clericatus, possessio defuncti, & reseruatio beneficij, num. 1.

Vnio etiam Vicariarum perpetuarum excludit regulam octauam de mensibus, num. 2.

Dato fumo de vnione superseditur in immissione vigore subrogationis, num. 3.

DECISIO II.

CVm pro parte Valentini peteretur immissio in possessionem Ecclesiæ parrochialis, seu Vicariæ de Ablitas, oppidi de Tudela, vigore gratiosę subrogationis, ad quam obtinen-
1 dam illius requisita probauerat, scilicet clericatum possessionem defuncti, & reseruationem, quæ principaliter fundabatur in vacatione de mense Augusti, qui est vnus de octo reseruatis in regula octaua, & Ioannes qui fuerat pręsentatus à Capitulo, & institutus à Decano Ecclesiæ de Tudela exciperet de vnione dictæ Ecclesiæ, seu Vicariæ ad
2 mensam Capitularem, quæ vnio excludit reseruationem dictæ regulæ, etiam quod simus in Vicarijs perpetuis iuxta Constitutionem Pij Quinti, vt pluries tenuit Rota, & signanter in vna Tirasonen Vicarię sancti Michaelis 18. Octobris, & 4. Decembris 1595 coram bon. mem. Litta, & in Vrgellen. Parrochialis de Ossea 16. Decembris 1605. coram Reuerendissimo Lugdunen. & tradũt Moderni super reg. 8. glos. 5. §. 4. num. 59. Dominis visum fuit supersedere quoad immissionem donec pro parte Ioannis fierent probationes meliores.

Ratio Dominorum fuit, quia ex concordia inita inter Episcopum Tirasonen. & Capitulum Ecclesię de Tudela, & testibus per Ioannem examinatis, ac aliis iuribus ab eo produ-
3 ctis, Licet multa ex aduerso opponerentur dabatur sufficiens fumus dictæ vnionis ad hoc, vt posset per aliquod breue tempus supersederi in executione huius immissionis, vt interim Ioannes possessor possit iustificare hanc vnionem; ita enim fuit seruatum in pluribus causis, vt in Astoricen. Prioratus 9. Decembris 1596 coram Litta, & in Aurien. Parrochialis 27. Aprilis 1598. coram Illustrissimo Lancellotto, & in aliis allegatis per informantes.

Hispalen. Portionis.

Veneris 2. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Familiaritas Cardinalium est plenè, & concludenter probanda ad effectum excludendi prouisum ab ordinario ratione reseruationis, num. 1.

Familiaritas semper præsumitur durare; nisi probetur contrarium, num. 2.

Familiaritas se habet ad instar societatis, num. 3.

Ad contrahendam familiaritatem requiritur mens, & dens, num. 4.

Familiaritas dissoluitur, per dimissionem sub num. 2. per ablationem partis, & salarij sub num. 3. & seruitij, sub nu. 4.

Beneficia reseruata vigore reg. 3. cancell. de familiaribus habet locum in illis, qui durant in familiaritate, num. 5.

Familiarem aliquem non esse probatur ex multis in facto, num. 6.

Testes deponentes negatiuã quomodo probent, num. 6.

Ad probandam negatiuam, vel affirmatiuam familiaritatis plurimum solet deferri libris, & rotulis Cardinalis, sub n. 6.

Initio probato præsumitur continuatio, num. 7.

In concursu testium contraria deponentium quam partem debeat sequi iudex, num 8.

Libri, & rotuli Cardinalis non sunt de substantia ad probandam familiaritatem, cum possit aliunde probari, num. 9. faciunt tamen magnam præsumptionem, adeo vt iunctis adminiculis plenè probent, num. 11.

Scriptura iuxta stylum Cardinalis in faciendo familiarem necessaria est ad probandum familiaritatem, num 10.

Ab vsu patris familias argumentum procedit, num. 12.

Testes de certa scientia, & de visu plenè, & concludenter probant, num. 13.

Remittens in testamento prætensionem suam salarij hæredibus indicat non fuisse in seruitio defuncti, num. 14.

DECISIO III.

Fuit pro maiori parte resolutum non constare de familiaritate Simonis, Cum enim illa deduceretur ad effectum reseruationis ad excludendum prouisum ab ordinario de hac portione, quæ per illius obitum vacauerat vtique dicta familiaritas erat plene, & concludenter probanda, Sarn. in reg. de benef. vacan. per obit famil. Card. quæstio. 13. nu. 6. vers. & ita declarantur, Simonett. de reseruat.

uat. quęst. 36. num. 5. Veral. decis. 147. par. 1. & decis. 380. par. 2. Tholom. decis. 832. in fin. par. 3. lib. 3. diuers. & fuit dictum in Parmen. Canonicatus 26. Iunij 1585. coram Giptio, & in Salmantin. & Abulen. beneficiorum 9. Iunij 1599. coram Penia, & in Hispalen. beneficij de Gibralcō. 7. Maij 1607. coram Reuerendissimo Bononien. & in specie in hac eadem Ecclesia in Hispalen. Archidiaconatus 20. Februarij 1606. coram Iusto. Quicquid ad alium effectum sufficiāt leuiores probationes, vt distinxit Rota in Salamantina Cappellaniæ del Voto 10. Nouembris 1592. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.

Probatio autem D. Francisci prouisi Apostolici visa est DD. non solum turbida, & æquiuoca; sed etiam destructa, & conquassata per probationem Gasparis, qui fuerat prouisus ab Ordinario.

Licet enim inter partes non controuerteretur Simonem ante annum 1598. per plures annos fuisse familia-
2 rem bon. mem. Cardinalis de Castro, quæ familiaritas semper præsumitur durare; nisi probetur contrarium Sarnen. vbi supra num. 5. in fin. vers. Est tamen verum Simonett. d. quæst. 36. num. 4. Gambar. de offic legat lib. 3. num. 164. & tenuit Rota in dicta Parmen. Canonicatus coram Giptio. Attamen iuxta depositionem testium Gasparis infra allegan. dicta familiaritas fuit dissoluta de anno 1598. quo Simon fuit licentiatus, & dimissus à familiaritate dicti Cardinalis, Ioan. Andr. in cap. fin. num. 7. versic. Si ergo Dominus, & ibi Geminian. num. 9. de verbor. significat. in 6. Bald. in l. 1. num. 4. versic. Et qui dicantur, C. de Episcop. & cleric. Mil. in verbo Familiaris quando dicatur, Sarnen. dicta quæst. 13. num. 3. versic. Si vero recederet, & num. sequen. Mandos. in regul. 32. quæst. 13. num. 14. de quo tempore, vt deponunt ijdem testes, Simon discessit è domo, & seruitio Cardinalis, & habitauit in alia domo seorsum, prout ad probandum dissolutionem societatis, est text. in l. itaque, ff. pro soc. per quem ita tenet Petr. de Vbald. in tractat. de duob. fratr. par. 11. num. 12, versic. Quinto distrahitur, Alexand. consil. 92. num. 3. lib. 2. Natt. consil. 100 num. 4. Menoch. consil. 12. num. 27. Hect. Felic. de societat. cap. 35. nu. 1.
3 Ad cuius instar societatis se habet familiaritas, Simonett.

de reseruat. quęst. 35. num.
5. Doct. in cap. final. vbi Ge-
minian. num. 9. Franc. num.
14. de verbor. significat. in
6. Et præsertim, quia ab inde
citra non recepit solitam por-
tionem vulgo *La Parte*, ne-
que salarium Cardinalis, vt
dicunt omnes testes; & tamen
ad contrahendam familiarita-
4 tem, requiritur mens, & dens;
& sic præstatio victus, vt in
dicto cap. finali, vbi omnes
Doctores, Ancharan. consil.
398. num. 2. Sarnen. in reg.
de impetran. benefic. vacan.
per obitum familiar. Cardin.
quęst. 13. in princip. & quęst.
14. num. 5. in fine. Menoch.
de arbitr. cas. 552. num. 2.
& 5. prout neque inseruiuit
in eius officio, ad quod fue-
rat destinatus sicut antea,
nec in aliquo alio certo ser-
uitio, vt deponunt iidem te-
stes, quod est secundum ex-
tremum in hac materia om-
nino necessarium, Franc. in
dicto cap. final. num. 14. Sar-
nen. vbi supra, quæst. 13. nu.
8. versic. Est bene verum,
Mandos. in regul. 32. quęst.
decima, num. 3. Menoch. cas.
201. num. 127. & dicto casu
552. num. 7. & fuit dictum in
illa Salmantin. & Abulen. be-
neficiorum coram Penia, &
in dicta Hispalen. Archidia-
conatus coram Iusto, nec
amplius dicta familiaritas
fuit renouata, vt concor-
dant omnes testes eiusdem
Gasparis.

Vnde cum Simon de hac
portione fuerit prouisus de
mense Octobris 1599. quo
tempore familiaris esse de-
5 sierat dici non potest illam
fuisse reseruatam ex quo re-
gula tertia, qua nititur Do-
minus Franciscus reseruat
tantum beneficia, quæ fami-
liares obtinent, & obtinebunt
durante eorum familiaritate,
& qualitas iuncta verbo in-
telligitur secundum tempus
verbi, l. in delictis, §. si ex-
traneus, ff. de noxa. act. l.
Titius, ff. de testamen. milit.
& in puncto Mohedan. deci-
sione 23. numero primo de
præben.

Quod autem dicta fami-
liaritas fuerit dissoluta de an-
no 1598. nec vlterius reno-
uata probant quam plures te-
stes pro parte Gasparis super
tertio, & quarto ex primis, &
super secundo ex additiona-
libus in eius Summario, nu-
mero secundo, qui dicunt,
quod quamuis Simon fuerit
familiaris Cardinalis, tamen
6 ipse fuit licentiatus de mense
Augusti prædicti anni 1598.
quodque ipse ex tunc reman-
sit persona libera, nec am-
plius inseruiuit Cardinali e-
ius vita durante, nec fuit ha-
bitus tentus, aut reputatus
pro

pro familiari Cardinalis, sed operam dedit aliis prætensionibus, fuitque factus Inquisitor Oppidi de LLerena, & subiungũt ferè omnes, quod hac de causa Simon non associauit Cardinalem ad nuptias Regias, quæ postea celebratæ fuerunt Valentiae, quodque in libris Cardinalis in quibus erant descripti omnes familiares Cardinalis non erat descriptus Simon. & quod quolibet mense fiebat Rotulus Familiarium Cardinalis, & qui non erant descripti in Rotulo, non erant, nec reputabantur familiares Cardinalis, & supradicta omnia, probant per optimas, & concludentes rationes, scilicet, quia erant familiares Cardinalis, & quia viderunt libros; & ita quoque viderunt fieri, & obseruari absque eo, quod viderint, sciuerint, aut audiuerint aliquid in contrarium, quod si extaret esse non posset, quin illud sciuissent, aut audiuissent, propterea, quia erant Familiares, & continui commensales, & addunt quoque alias rationes.

Cum qua depositione, quæ sola per se sufficeret concordat Liber, seu Rotulus Cardinalis, in quo in mense Augusti anni 1598. leguntur hęc verba:

SALEN DE RACION EL CONTADOR IVAN DE LASCIVA ENFERMO, Y EL RACIONIERO GASTELV AVSENTE. & in mense Nouembris eodem anno, quando Cardinalis aderat Madriti, & mandauit illi dari portionem per aliquot dies, adsunt hæc verba:

SIMON DE GASTELV ENTRA EN RACION EL PRIMERO DIA Y NO VA CONTADO EN ESTE NVMERO, idest in numero Familiarium. Quibus Libris, & Rotulis ad probandum affirmatiuam, seu negatiuam familiaritatis, plurimum solet deferri. Parisius consil. 136. num. 32. lib. 4. Menoch. præsumpt. 78. num. 3. ad fin. versic. Sic respondit, lib. 2. Put. decis. 411. num. 1. lib. 1. Simonett. vbi supra num. 15. & dixit Rota in Comen. Beneficij 18. Martij 1596. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Hispalen. beneficij 7. Martij 1604. coram Reu. Bononien.

Quibus non fuit visum obstare deducta per Dominum Franciscum, Et primo, quod Simon esset familiaris Cardinalis ante annum 1598. & ideo Dominus Franciscus habeat fundatam intentionem in pręsumptione iuris, quod etiã esset familiaris de anno 1599. quando sibi fuit collata hęc portio, quia

7 quia probato initio præsumitur continuatio, vt in indiuiduo fuit dictum in illa Par. men. Canonicatus coram Giptio, & tradunt Gambar. Sarnen. & Simonett. supra allegati. Hoc enim cessat ex ibidem deductis. Siquidem de anno 1598. dicta familiaritas fuit dissoluta, nec constat vlterius illam fuisse renouatam, prout Dominus Franciscus tenebatur probare, ex traditis per Sarnen. in dicta regul. de benefic. vacan. per obitum famil. Cardin. quęst. 13. nu. 4.

Non obstant testes examinati pro parte Domini Francisci, qui dicunt Simonem de tempore prouisionis, scilicet de anno 1599. ante, & post fuisse familiarem, & continuum commensalē Cardinalis, summario num. 1. & comprobantur ex alijs testibus de eorum iudicio, & de publica voce, & fama, num. 2 necnon ex testibus examinatis in lite per ipsum Simonem intentata pro salario vsque ad obitum Cardinalis, num 3. & 4. Omisso enim, quod aliqui ex prædictis testibus sunt sibi contrarii dum alij dicunt ipsum remisisse Hispali de anno 1598. cum alijs famulis non licentiatis in domo Cardinalis cum portione, & salario, alij verọ negant. Et quod testes in causa salarij fuerunt examinati inter alios, & omissis alijs exceptionibus contra illorum dicta: de quibus hic per informantes pro Gaspare:

8 In isto concursu Domini existimarunt potius esse standum testibus eiusdem Gasparis, qui deponunt contra familiaritatem, quia sunt plures numero reddunt meliorem rationem; & vt colligitur ex eorum dispositionibus videntur melius informati, & melius distinguere tempora, & habent concomitantiam rotulorum, & librorum Cardinalis, & adminiculantur ex notulis collationum, vt supra fuit dictum in discursu.

Non obstat decisio Paleott. 619. num. 6. & 7. par. 3. lib. 3. diuers. Vbi quod hi libri

9 non sunt de substantia ad probandam negatiuam familiaritatis cum possit quis esse familiaris licet non comedat in Tinello, vtputa, quia recipit portionem in pecunia, vel eā habet extra domum Cardinalis, Sarnen. dicta quæst. 13. nu. 7. versic. Est tamen vlterius, Simonett. quæst. 35. num. 23. Menoch. cas. 201. num. 119. & cas. 522. num. 5. Et quia in scribendis libris potuit esse error scribentis, qui omiserat scribere. Quia illa decisio Paleotti non negat quin ex huiusmodi libris possit probari familiaritas, sed quod illi non

non ſunt de ſubſtantia ad eam probandam, cum [a]lijs etiam modis poſſit illa probari, & quia ſcribens per errorem, potuit omittere; In his autem libris ferè omnes teſtes dicũt, quod qui non erat deſcriptus nõ habebatur pro familiari, ꝙ etiam deponunt aliqui ex teſtibus Domini Franciſci; ita
10 quod de ſubſtantia probationis iuxta ſtylum Cardinalis hęc ſcriptura videretur eſſe neceſſaria, ad gloſ. in cap. 1. §. poſtquam, verbo in ſcriptis de cenſ. in 6. Et non ſolum de menſe Auguſti anni 1608. & ſequen. vſque ad obitum Cardinalis dictus Simon non fuit deſcriptus in libris vti familiaris: quo caſu poſſet intrare poſſibilitas non deſcriptionis ob errorem, de qua in deciſ. Paleott. Sed etiam fuit adnotatum in dictis libris, quod ei fuerat dempta portio, & quod in Oppido Madriti fuit ſibi data per aliquot dies non vti exiſtenti de numero familiarium, ita quod non poſſibilitas omiſſionis; ſed certitudo ſcriptionis attendi debeat.

Idque eo magis eſt dicen, quia cum dictis libris ſe conformant teſtes Gaſparis ſummario num. 2. & ſignanter Primus ſuper primo, 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 12. & 14. ſuper 3. qui deponunt, quod licet in Oppido Madriti Simon habuerit ſtantiam, & partem in domo Cardinalis hoc tamen fuit per ſpatium tantum 24. dierum, & non illa habuit vti familiaris Cardinalis; ſed tanquam hoſpes; Et quod ob cauſam finitis dictis 24. diebus Simon rediit Hiſpalim, & Valentiam ſe contulit aſſociando Cardinalem prout fecerunt alii familiares, & tam teſtes prædicti, quam cæteri ipſius Gaſparis in ſola ratione librorum non conſtituunt fundamentum excluſionis familiaritatis; ſed etiam quia Simon deſijt inſeruire officio, ad quod fuerat deſtinatus, vt ſupra dictum eſt.

Præterea licet libri, & rotulus non ſufficiant pro plena ꝓbatione in hac materia; negari tamẽ non poteſt quin magnam faciant præſumptio-
11 nem, adeo quod iunctis adminiculis plenè probent, vt ex Put. dicta deciſ. 411. tradit Simonett. vbi ſupra, & firmauit Rota in dicta Comen. beneficij coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in dicta Hiſpalen. beneficij coram Reuerendiſſimo Bonon. Quæ adminicula hic concurrunt; Cum enim Cardinalis eſſet ſolitus in collationibus beneficiorum factis eius familiaribus facere mentionem de familiaritate ratione, de qua

hic

hic per testes, hac mentione non fuit vsus in collatione fa-
12 cta Simoni argumento sumpto ab vsu Patrisfamilias, l. hæredes palam, §. sed etsi notam, ff. de testam. l. si seruus, §. fin. ff. de legat. 1. cum alijs per Mandos. in prohem. reg. quæst. 2. num. 4. prout de dicta consuetudine conferendi cum hac enunciatiua familiaritatis, & quod in hoc adhibebatur magna cura, & diligentia deponunt testes eiusdem Gasparis, Summar. num. 6. Et de hac diuersitate inter collationem Simonis, & alias patet ex ipsis collationibus, Summar. num. 7. & 8.

Deducitur quoque aliud adminiculum ex eo, quod vestes lugubres tempore obitus Cardinalis, non fuerunt datæ Simoni sicuti fuerunt datæ cæteris familiaribus, vt deponit Primus testis super tertio ex primis, & hic per informantes pro Gaspare.

Vltimo concurrit publica vox, & fama, de qua deponunt omnes testes Gasparis Summar. num. 3. quod Simon à prædicto anno 1598. quo fuit licentiatus à Cardinali vsque ad obitum illius, non fuit eius familiaris:

13 Quę ex abundanti dicuntur cum vt supra ostēsum fuit testes de certa scientia, & de visu plene, & concludenter probent hanc distractionem; & dissolutionem familiaritatis.

Et licet aliqui ex dictis testibus deposuerint contrarium in causa salarij, tamen illis semotis adhuc remanent tot testes qui sufficiunt pro exclusione reseruationis; & contra præ-
14 tensionem salarij multum facit declaratio ipsius Simonis in Testamento, in quo remisit hęredibus Cardinalis illam suam prętensionem, quod potuit euenire ex agnitione bonę fidei.

Et ita conclusum pro maiori parte, non constare de familiaritate Simonis.

Firmana Iurispatronatus.

Lunæ 5. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Sententia lata non instante parte, vel eius legitimo procuratore, nulla est, num. 1.

Sententia lata instante eo, qui sine mandato comparuit, nulla est, num. 2.

DECISIO IIII.

PRopofui Dubium altera tantum parte informante, quia procedebatur per contradictas

ctas, ad sententia Reuerendissimi Domini Episcopi Maceraten. esset confirmanda, vel infirmanda; Et cum pro parte Theodori prętenderetur eam infirmari, tam ex capite nullitatis, quam notoriæ iniustitię omisso capite iniustitiæ super quo non satis inter DD. cōueniebat fuit vnanimiter resolutum ex capite nullitatis esse sententiam infirmandam.

Cum enim dicta sententia fuerit lata instante Benedicto Ello, qui absque mandato cōparuit, & reuocauit mandatum; Venanzoli, qui in actis reperiebatur procurator, hinc sequitur sententiam non pos-
1 se sustineri, quia Venanzolus qui vere erat Procurator, non institit pro sententia, & Benedictus, qui se pro procura-
2 tore gessit mandato carebat, & consequenter sententia fuit nulla, c. in nostra in fin. de procurar. l. licet vbi Doct. C. eod. cum aliis per Vant. de nullit. sentent ex defect. inhabil. seu mandat. num. 59.

Palentin a Capellæ.

Luna 12. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Constito de quasi possessione praeminentiarum in Capella constat de iurepatronatus honorifico citra praesentationem, num. 1.

Lite existente inter laicos de iurepatronatus circa praeminentias sufficiunt leuiores probationes, num. 2.

Lite existente inter compatronos sufficiunt leuiores probationes num. 3.

Lite existente inter Episcopum, & patronos ad effectum praesentandi, non sufficiunt leuiores probationes sub num. 1.

Concilij forma non est necessaria quando lis de iurepatronatus est inter compatronos, etiam potentes, num. 4.

Probationes de quibus in facto ad iuspatronatus honorificum sunt plusquam sufficientes, num. 5.

Testis deponens de immemorabili in iurepatronatus honorifico probat, num. 6.

In antiquis sufficit probatio de publica voce, & fama, num. 7.

Iuncta praesertim longissima quasi possessione, ibi.

Etiam quod essemus in personis suspectis ibi

Praesumptio vsurpationis non habet locum vbi constat de immemorabili, num. 8.

Confessio partis in concordia, & responsione ad positiones concurrens cum depositione testiū probat in praeiudicium confitentis in materia iurispat. honorifici, num. 9.

Asser-

Assertioni Ordinarij de præbeminentijs in materia Iurispatr. honorifici semper consueuit Rota deferre num. 10.

Arma, & insignia repræsentan. & conseruan. memoriam familiarum, num. 11.

Arma, & insignia inducunt præsumptionem Iurispatronatus, & bonæ fidei in antiquis, n. 12

DECISIO V.

IN Parrochiali Ecclesia Oppidi de Nogales Palentin. diœcesf. adest Capella maior, & ibi altare sub inuocatione sancti Ioannis, in quo asseruatur sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ & intra dictam Capellam adest sepultura in qua soliti sunt, & fuerunt sepeliri priuatiuè, quoad omnes alios defuncti pro tempore de nomine de Ayala Ruiz, & de Calderon, & in vtroq. pariete, & in tabula erecta supra altare ac in quibusdã vestibus sacris visuntur adhuc antiqua insignia, seu arma familiarum de Calderones Ruiz, & de Ayala, & in eadem Capella soliti etiam fuerunt, & sunt tam præ decessores de illo nomine, quã modernus patronus D. Alphonsus Manrrique Ruiz de Ayala, & Calderon, cum Vxo 1 re, filiis, & propinquis sedere priuatiue, quoad omnes alios incolas dicti Oppidi, etiã iustitias, & Gubernatores, & vlterius in signum patronatus quoties Sacerdos ibi celebrat Missam, & descendit ad recipiendum oblationem, & asper gen. aquam benedictam ante omnes recepit, & recipit oblationem a d. D. Alphonso, & eius antecessoribus eosq; primo, & ante omnes alios, vt supra aspersit, & aspergit aqua benedicta. Sed cum Regimen & Vniuersitas dicti Oppidi de Nogales cœpisset prætendere hanc Capellam esse liberam, prout alias eiusdem Ecclesiæ hinc orta controuersia coram Ordinario Palentin. & in contumaciam D. Alphonsi obtinuit sententiam fauorabilem a qua D. Alphonsus appellauit ad Metropolitanum Burgen. & Metropolitanus per suos Prouisores dictam sententiam reuocauit. Demum causa per Regimen, & Vniuersitatem commissa in Rota Dubitaui An constaret de patronatu D. Alphonsi, & effectus dubii erat, vt D. Alphonsus, & suis possent frui, & gaudere iure sedendi in dicta Capella, & accipiendi primitus pacem, panem, & aquam benedictam, ac aliis præeminentiis extra præsentationem patrono de iure debitis, & in d cta sententia Metropolitani expressis, & Domini constare de tali patronatu be-

beneficio censuerunt.

Ratio Dominorum fuit, quia cum non ageretur inter Episcopum, & patronos ad effectum conferendi; seu praesentandi Rectorem, sed solum inter laicos ad effectum prae-
2 minentiarum vtique sufficiebant leuiores probationes, vt not.doct. in cap. nobis de iurepatron. & fuit dictum in Calaguritana preeminentiarũ, 26. Iunij 1591. coram Gipsio, & in Toletana Iurispatronatus 12. Iunij 1595. coram Cardinali Blanchetto, prout in
3 simili videmus, quando est lis inter Compatronos admitti leuiores probationes, Cassad. decis. 1. in fin. de probat. & fuit resolutum in Pampilonen. Iurispatronatus 10. Aprilis, & 20. Nouembris 1595. coram Cardinali Mantica, & in Soran. Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & in a-
4 lijs pluribus, Vnde neque est necesse seruare formam Cõcilij, etiam si versaremur in potentibus, vt tenuit Rota in Portuen. Beneficij 9. Maij 1594. coram Corduba.

5 Tales autem probationes Iurispatronatus honorifici visae fuerunt plusquam sufficientes Quia Primo aderant tres testes scilicet tertius, octauus, & decimustertius super secũdo Interrogatorio, & articulo, qui bene deponunt de immemorabili circa patronatũ honorificum, quae immemora-
6 bilis sufficit ad probandum Iuspatronatus, Felin. in tract. quand. litt. Apost. noc. patro. ad fin. Put. decis. 58 num. 9. & 10. & decis. 205. num. 2. lib. 1. & dicti testes adminiculantur ab alijs testibus Domini Alphonsi deponentibus de visu a 40. annis, & supra, & de auditu a senioribus, & a testibus incolarum idem atte stan. circa iura, & praeminentias supra relatas.

7 Imo sufficit probatio de publica voce, & fama in antiquis iuncta praesertim longissima quasi possessione optime hic probata per testes, Cassad. decis. 2. de probat. Achill. decis. 4. num. 9. & decis. 6. de iurepatr. Put. decis. 60. in fin. & 140. num. 1. lib. 1. Rot decis. 792. num. 1. & seq. par. 1. diuers. etiam quod essemus in personis suspectis, quia prae-
8 sumptio vsurpationis non habet locum vbi constat de immemorabili, Achill. decis. 4. de iurepatr. Rot. decis. 545. n. 4. par. 1. diuers.

9 Secundo cum hac testium depositione concurrebat confessio partis in concordia, & in responsione ad positiones, quae confessio in hac materia probat in praeiudicium confitentis, Cassad. decis. 4. de

praeben.

præben.& decis.8. de iurepat.
Put.decis.325.num.3.lib.2. &
decis. 36. lib. 3. Peregr. decis.
63. lib. 2. & fuit sæpissime re-
solutum.
10 Tertio de præfatis præemi-
nentiis aderat quoque asser-
tio Ordinarij, cui Rota in hac
materia plurimum semper de-
ferre consueuit, Rot. dec. 11.
de iurepatr. in nou. & 376.
par. 3. lib. 3. diuers. Card. Se-
raphin. decis. 1232. num. 2.
par. 2.

Concurrebant etiam in hac
Capella arma, & insignia Do-
minorum de Ayala Ruiz, &
11 de Calderon, quæ nedum re-
præsentant, & conseruant me-
moriam dictarum familiarum,
12 Anchar. consil. 113. num. 4.
verum etiam inducunt præsū-
ptionem iurispatronatus, &
bonæ fidei in antiquis, idem
Anchar. vbi supra, Anan. con-
sil. 86. num. 2. Gabr. consil.
196. num. 10. lib. 2. Rip. in
cap. cum Ecclesia Sutrina,
num. 97. de caus. poss. & prop.
Menoch. præsumpt. 130. n. 31.
lib. 3. & fuit dictum in Fiesu-
lana iurispatronatus 7. Fe-
bruarij 1558. coram Bubalo.

Ex quibus omnibus simul iunctis, & alijs hic deductis per informantes visum fuit concludenter probatum dictum iuspatronatus.

Romana Domorum.

Mercurij 21. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Rem emphiteoticam vendere infra annum manus mortua in quam transiuit, potest cogi ab Ecclesia domina directa, vt subijciatur solito hominum commercio num. 1.

Ad effectum præiudicij directi domini dicitur manus mortua Ecclesia, Ciuitas, Collegium, & aliud quodcunque corpus Ecclesiasticum, vel sæculare, num. 2.

Archiconfraternitas sanctissimæ Trinitatis non seruat solemnitates requisitas ad alienationes rerum Ecclesiasticarum ex priuilegio num. 3.

Archiconfraternitas sanctissimæ Trinitatis dicitur etiam manus mortua ad effectum præiudicij directi domini, n. 4.

Manus mortua quid, quare, & qua dicatur, num. 5.

Alienans rem irrequisito domino directo illam amittit, num. 6.

Emphiteosis recipit suas qualitates a noua concessione, num. 7.

Consensus præstitus in venditione ad vitam, non extenditur ad retentionem perpetuam, num. 8.

Inconueniens allegare, non est tollere argumentum, num. 9.

Papa

Papa de facili concedit Collegijs, & Confraternitatibus amortizationem prohibitionis retinēdi bona Emphytheotica sub num.9.

DECISIO VI.

DOmini resoluerunt sententiam R.P.D. Cellesij esse
1 confirmandam, ratio resolutionis fuit, quia quando res emphytheutica transit ad manum mortuam, tunc Ecclesia Domina directa potest cogere successorem ad videndum infra annum, vt reincidat in manus priuatorum, & subiiciatur solito hominum commercio, ne Ecclesia Domina directa fraudetur iure suo dum manus mortua non perit, nec habet defectum lineę, & sic priuetur laudemio, & res ita de facili non possit ad eam reuerti auth. de alienat. & empyt in princip. §. si vero contigerit, specul. sic declarans in titulo de emphytheus. §. nunc aliqua num. 141. & sequen. Vbi ait ita seruari de consuetudine, Ias. in l. fin. n. 91. vers. Dicit etiam, & num. 95. & seq. C. de iur. emphyt. Henric. Boich. in cap. potuit num. 16. de locat. Clar. in §. Emphytheusis, quæst. 33. in fin. Guill. de Benedict. in repet. cap. Rainutius in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam, decis. 5. num. 5. de testam. Pirrh. ad consuetud. Aurel. titulo de laudem. §. 14. cum aliis allegatis per Petr. Pech. de Amortizat. bonor. cap. 34. num. 1. Calder. de renouat. emphyt. lib. 1. quæstio. 19. n. 18. Iac. Cancer. variar. resolution. capit. 11. num. 50.

Nec ad hunc effectum visa fuit subsistens differentia inter ecclesiam, vel locum pium, ac aliam vniuersitatem sæcularem in quo valde insistebant informantes, pro Venerabili Archiconfraternitate, quia eadem ratio non deficientis lineę militat in Vniuersitate, & alio quocumque Collegio laicali, ex quo nunquam moritur, & idem permanet, etiamsi omnes personę, ex quibus constat rebus humanis eximantur, & mutentur, l proponebatur, ff. de iudic. l. sicut, §. in decurionibus, ff. quod cuiusq; vniu. nom. l. si grege, ff. de legat. 1. l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb. obligat. per quam rationem ita in Ciuitate respōdit, Anchar. cons. vlt. num. 3. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. ampliat. 12. num. 5 & per eandem rationē quod ad istum effectum manus mortua dicatur Ecclesia, Ciuitas, Collegium, siue aliud quodcūq; corpus ecclesiasticū

vel sæculare tenet Petr. Pech.
in d.tract. de amortiz. cap. 2.
Camill. Borell. in addit. ad Bel
lug. in specul. Princ. rubr. 14.
§. Veniamus litera A, verbo
mortuam, Cald. vbi supra,
num. 19.
3 Licet enim dicta Archicon-
fraternitas Sanctissimæ Trini
tatis asserat se non esse Eccle-
siam, neque locum pium, sed
Collegium mere laicale, quod
vendit res suas, absque alia
solemnitate in rebus ecclesia-
sticis, & locis pijs seruari soli-
ta ex traditis per Gabr. de pia
causa conclus. 1. n. 1. 7. & 12.
Salaz. de vsu, & consuetud. c. 8
n. 24. vers. Secundo infertur,
cum alijs allegatis; Attamen
effugere non potest illam ra-
4 tionem, quod in ea quemad-
modum in Ecclesia, & loco
pio linea, aut numquam, aut
certe raro solet deficere, &
5 ideo inter alias interpretatio
nes dicitur manus mortua,
quod sicut morientis homi-
nis manus id quod comprehē
dit firmissime tenet, neque fa-
cile remittit. Sic etiam quic-
quid vniuersitas, seu corpus
istiusmodi semel acquirit, & in
potestatem suam, quasi in ma-
num accipit tenaciter retinet
& non nisi cum magna diffi-
cultate in commune homi-
num comercium post deinde
remittit, vt declarat Rebuff.
ad ordin. regul. tom. 1. de li-
ter. oblig art. 5. glos. 5. Petr.
Pech. d. c. 2. vers. Mihi quidem
& cap. seq.

Non obstat, quod alias Ca-
pitulum concesserit domos i-
stas Societate sancti Antonij
de Padua, & quod propterea
remanserint alienabiles, quia
placuit responsio, quod non
potest ex hoc inferri, vt hodie
debeant permanere penes Cō
fraternitatem. Cum post di-
ctam concessionem factam so
cietati; quę ob alienationem
6 sequutam irrequisito Domi-
no ceciderat in cōmissum, po-
stea emanauerit alia conces-
sio facta priuatis personis a
quibus Confraternitas habet
causam, quæ propterea atten-
di debet, & non quod antea
factum fuit. Vbi enim adest
noua inuestitura extraneis per
sonis facta, vel ex mera libera-
litate Domini directi, cui de-
uoluta bona erant tunc nulla
habetur ratio qualitatum ex-
pressarum in antiquis inuesti-
turis, sed solum in noua con-
cessione a qua sequentes re-
gulantur, Ruin. consil. 15.
num. 11. lib. 1. Menoch. con-
sil. 593. num. 6. & 7. Surd.
consil. 440. ex num. 48. Vbi
multa ad saturitatem conge-
rit, & in istis terminis fuit con
sideratum in Ferrarien. bono-
rum 29. Martii 1604. coram
Illustrissimo Lancellotto.

Nec releuat easdem domos
fuisse

fuisse de consensu Capituli vē
8 ditas ad vitam, quia hoc retor quetur contra societatem, quæ cum d.d. domos rehabuerit illas retinere non potest, & ideo cogi debet aliis personis refirmare: consensus enim fuit ad effectum vendendi, & sic non debet extendi ad facultatem retinendi, quia consensus limitatus limitatum producit effectum, l. iubemus, & ibi Doct. C ad Velleian. Paris. conf. 19. num. 49. lib. 3. Verall. decis. 215. num. 5. par. 1. & non extenditur vltra quam ex illo inferatur, Put. decis. 188. num. 3. lib. 2.

Allegatum inconueniens, quod tolleretur comercium inter Confraternitates, & Ecclesias si cogeretur dictas Cō fraternitas nunc vendere: Vltra quod non applicatur ad ipsam, quæ se facit laicalem,
9 & vltra quod allegare inconueniens non est soluere argumentum cessat ex eo, quia potest obtineri licentia Papæ, vt maior pars Confraternitatū habet priuilegium retinendi bona Emphytheutica, quæ dicitur Amortizatio, & prohibitionis retinendi, veluti solutio, & laxamentum, vt post alios tradit Petr. Pech. in dicto tract. de amortizat. bonor. c. 1. & 4.

Et ita conclusum.

Meliten. Beneficij.

Veneris 27. Maÿ 1614.

SVMMARIVM.

Deterioratio rei nisi sit notabilis non priuat emphyteotam, feudatarium, vsufructuarium, & similes ipsa re, num. 1.

Vsufructuario licet extirpare arbores vetustas, & corruptas, vt aliæ substituantur, num. 2.

Emphytheota non priuatur iure suo ex incisione arborum si fundus fiat fructuosior, num. 3.

DECISIO VII.

SOlo Fisco Curiæ Episcopalis Meliten. informante contra ipsum fuit capta resolutio scilicet sententiam Vicarij, quæ condemnabat Abbatē Ecclesiæ, seu beneficii sancti Lucæ de Solano eiusdem diœcesis ad priuationem beneficii esse infirmandam.

Licet enim de huiusmodi pœna minime esset dubium iuxta dispositionem extrauagantis ambitiosa, §. inferiores de reb. Eccles. non alien. & ex testibus, qui dabantur pro Curia Episcopali, & ex confessione Abbatis probaretur incisio arborum in ma-

magna quantitate, & quod destinatæ erant ad afferendū fructum annuum, nec erant ceduæ; tamen aliud requisi-
1 tum scilicet notabilis deterioratio non probabatur, prout erat necessarium ad istum effectum priuationis, vt in emphytheuta, feudatario vsufructuario, & similibus, tradunt Bal. in auth. qui rem num. 2. vers Secundo nota, C. de sacros. eccles. Redoan. de reb. eccles non alien. rubr. de caduc. ob rei deterior. num. 9. Corbul. de caus. priuat. ob rei deterior. n. 24. declarat. 1. Rolan. cons. 49. num. 20. lib. 2. Valasc. cons. 50. num. 6. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 78. num. 6. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 22. num. 21. & Lucen. decis. 8 num. 9.

Non enim probatur ista notabilis deterioratio respectu reditus, cum simul esse possit vt deponunt testes, quod Celsi, & Castaneæ locarentur prætio sicut circiter 19. sed non deponunt, quod excisis ijs de quibus agitur non remaneant aliæ similes arbores ex quibus eadem summa, vel paulo inferior possit exigi singulis annis.

Præterea non deponunt testes, quod Arbores prædictæ si non fuissent extirpatæ vtilius fuisset bonis ipsius beneficij illas ita antiquas, prout erant conseruari, quam in locum earum alias substitui,
2 quia, & hoc in arboribus vetustis, aut corruptis videtur licere, vt trad. Angel. & alij relati per Tiraqu. de retract. conuen. §. 3. glos. 1. & vnic. num. 26. Redoan. in dicto tractat. de reb. eccles. quæst. 79. cap. 7. num. 13. Corbul. vbi supra n. 28. vers. Ideo, quod supra dictum est.

Accedit ex huiusmodi arborum incisione fundum effici potuisse magis fructuosum ex quo poterat ille ad culturam reduci, vt deponunt testes pro parte dicti Abbatis, & videmus in Emphytheota,
3 quod non priuatur iure suo, quando arbores incidit dummodo fundus fiat fructuosior, Cæpoll. in tractat. de seruitut. rust. præd. tit. de montibus cap. 21. quæst 5. num. 10. ad med. versic. Aut nulla est conuentio, Tiraquel. vbi supra num 27. Corbul. de caus. priuat. ob mut. rei form. num. 6. & de caus. priuat. ob rei deteriorat. num. 30. Valasc. d. consil. 50. num. 9. vers. Sed ad illa.

Et ita conclusum, quoad priuationem de qua sola agebatur.

Bene-

Beneuentana Bonorum.

Mercurij 28. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Manutentio non datur cum non constat de possessione tempore motæ litis, n. 1.
Manutentio non datur non possidenti, num. 2.
Iudex iuridice immittens in possessionem potest priuare alios omni possessione, n. 3.
Ratificatio, & emologatio confirmat actum alias nullum prout ex nunc, non prout ex tunc, n. 4
Exequutio facta super stabilibus existentibus mobilibus, est nulla, num. 5.
Asserens esse mobilia super quibus prius sit facienda exequutio, debet illum probare, n. 6.
Hæredes personali obligatione tenentur ex persona defuncti, num. 7.
Curatorem non habere, vel habere, qui legitimas defensiones non faciat, paria sunt, n. 8.
Minores fuisse defensos apparet ex processu causæ, num. 9.

DECISIO VIII.

Dominis pro maiori parte visum fuit non esse dandū
1 mandatū de manutenen. DD. de Vitellijs, quia non constat
2 de illorum possessione tēpore motæ litis, & manutentio nō datur non possidenti, Alex. cons. 92. n. 4. lib. 1. Guidopap. cons. 13. n. 1. & fuit dictum in Casertana beneficij 17. Iunij 1605. coram Reuerendissimo Lugdunen.

Quod autem de tempore litis motæ non essent Vitellij in possessione, constat ex immissione Dominorum de Galeatiis facta per Vicarium Beneuentan. qui iuridice immittēs
3 potuit Vitellios omni possessione priuare iuxta doctr. Angel. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num. 2. in fin. ff. de acquir. possess. quam ibi Doct. comm. sequuntur & pluries canonizauit Rot. vt in decis. 802. n. 7. par. 1. & decis. 67. n. 3. par. 2. diuers. & alias sæpè.

Non obstant deductæ nullitates contra mandatum Iudicis & immissionem vigore illius factam. Prima enim nullitas circa obligationem minorum quæ dicitur facta contra formam statuti Beneuentan. multipliciter ponderati pro parte DD. de Vitelliis hinc cessat, quia immissio in vim deliberationis factæ bonorum de quibus agitur, nō fuit facta vigore instrumēti impositionis Census de anno 1603. sed vigore instrumēti ratificationis & emologationis eiusdem de

anno 1612. in quo interuenerunt omnes solemnitates: quę
4 ratificatio, & emologatio confirmat actum alias nullum, prout ex nunc, licet non vt ex tunc, Bart. in l. obseruare, num. 4. ff. de offic. proconf. Dec. consil. 367. num. 4. & in l. semper qui non prohibet, num. 16. ff. de reg. iur. Paris. consil. 49. num. 20. & 61. lib. 1. Ruin. consil. 72. num. 10. in fin. lib. 3. Cęph. consil. 51. num. 43. & seq. lib. 1. Ofasch. decis. 119. num. 26 versic. Sed tantum, Surd. decis. 70. num. 17. & latius decis. 245. num. 4. vers. Fuit tamen conclusum, & num. 5. & 9.

Aliæ verò nullitates circa processum; visæ fuerunt parum
5 releuantes. Prima enim, quod fuit facta exequutio super bonis stabilibus non facta excussione super mobilibus contra text. in l. 1. §. si forte, & l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor. cum alijs adductis in causa Romana de Olphis 25. Octobris 1613. coram R.P.D. meo Decano, & hic per informantes ipsa pariter remouetur; quia Vitellij non docent de inuentario ex
6 quo apparet adesse bona mobilia, & cum ipsi sint hæredes Patris, vt constat ex eorum confessione medio iuramento facta, de qua in instrumen-
7 to ratificationis, vtique si non ex propria, saltem ex paterna obligatione tenentur l. cum a matre, C. de rei vendic. l. ex qua persona, ff. de reg. iur.

Secunda Nullitas, quod Curator, esto, quod fuerit citatus, numquam tamen comparuit, & ideo minores semper remā-
8 serunt indefensi cum ad hunc effectum paria sint non habere curatorem, & habere illum qui legitimas defensiones nō faciat, ex deductis in dicta Romana, satis superque videbatur sublata ex serie ipsius pro-
9 cessus. Cum nullitas Census fuerit opposita coram Vicario Beneuentano, qui pro validitate pronunciauit, à qua sententia, cum appellatum fuisset, obtentaque Inhibitio Auditoris Cameræ, ea postmodum hic vigore rescripti Signaturæ Sanctissimi fuit moderata. Deinde opposuerunt Vitellii de donatione, reiectique fuerunt per sententiam R. P. D. mei Buratti, tunc A. Cam. Locumtenentis, ex quibus actibus clare apparet ipsos non fuisse indefensos.

Et ex his fuit capta resolutio pro denegatione mandati de manutenen. Omissa pro nunc inspectione illius articuli, An bona minorum debeant subhastari per viginti dies, iuxta auth. Hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. quæ inspe-

spectio non fuit visa necessaria, stantibus supradictis.

Conchen. Decimarum dell'Infantado.

Lunæ 2. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Rota est summa benignitas, & authoritas, num. 1.
Sententia ex defectu citationis, conclusionis in causa, est nulla, num. 2.
Nullitas satis probatur ex quo requisita non reperiuntur in processu, num. 2.
Non sufficit instantiam super nullitatibus esse factam coram Iudice appellationis, nisi etiam causa commissa in Rota dicta instantia reiteretur in ea, num. 3.
Non dicitur finita lis per sententiam Metropolitani iudicis appellationis, nisi illa confirmetur in Rota, num. 4.
Protestatio in quocumque actu debet repeti, alias ab ea censetur recessum, & hoc est receptum in iudicijs, num. 5.
Amissio actorum inducit præsumptionem, quod solemnitas fuerit seruata, num. 6.
Notario attestante de amissione actorum, & parte illam admittente præsumitur pro validitate sententiæ, num. 7.
Parti non admittenti amissionem actorum, incumbit onus reportandi processum integrum, vt possit probare nullitatem. num. 7.
Sententia debet esse conformis libello, num. 8.
Non procedit in summarijs, num. 9.
Decimarum causa est summaria sub num. 9.
In causa decimarum Iudex potest procedere ex officio, num. 10.
Quod venit in consequentiam petitionis, dicitur quoque petitũ. num. 11.
Sententia non dicitur difformis à libello, si libellus non exprimit quæ in consequentiam continet, num. 12.
Fructus decursi veniunt consequutiue ex natura iudicij, ideo condemnatio ad eas tenet, quamuis non fuerint petiti, num. 13.
Si est stylus, quod post admissionem ad probandum cum præfixione termini, apponatur clausula citationis, ad videndum iurare testes; si tamen dicta clausula in tali interloquutoria non sit ab aliquo iudice expressa, intelligitur. num. 14.
Etiam si esset substantialis ibi
Cum a partibus intellectum est decretum integraliter, quamuis ita non sit expressum, non potest contra ipsius defectum opponi, num. 15.

DECISIO IX

NOn placuit DD. diuisio Dubij facta per informantes pro Rectoribus Ecclesiarum postquam ipsis bis auditis Rota ordinauerat disputari. An sententia Rotalis esset confirman. vel infirman. Quod dubium cum haberet duo capita, & prætensam iniustitiam, & nullitatem, ipsi tamen super nullitate tantũmodo scri-
1 pserunt, sed pro benignitate Dominorum, quæ æquè, ac authoritas summa est, omisso capite iniustitiæ, quæ ex decisionibus in hac causa factis omnino cessare videbatur, & pars eo ipso, quod non scripsit acquiescebat, quod caput nullitatis censuerunt nihil deduci, quod firmitatem sententiæ in aliquo labefactaret.

Prima enim nullitas, quod sententia Rotalis confirmabat sententiam Prouisoris Cō
2 chen. alias nullam ex defectu citationis, & conclusionis in causa, quæ non reperiuntur in processu ex quo remanet probata negatiua, Bart. in l. hi qui ad ciuilia num. 4. C. de appellat. Castr. cons. 81. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 483. num. 4. Vant. de nullit. ex defectu citat. num 14. & 15. Afflict. decis. 107. n. 5. Cessabat ex duobus. Primo, quia sententia nulla dummodo iusta, parte non opponente potest confirmari, Cæs. de Graff. decis. 9. num. 11. de caus poss. & propriet. Ex reuolutione autem processus non constat, quod coram Iudice Rotali facta fuerit similis petitio, nec tale aliquid visa fuit continere protestatiofacta coram R.P.D. meo Pirouano bene per DD. considerata.

Neque potest suffragari Rectoribus instantia facta coram
3 Metropolitano super nullitatibus, quia debuit reiterari corā Iudice Rotali, ex quo post sententiam Metropolitani adhuc durabat eadem ratio petitionis cum per dictam sententiam non esset finita lis, nec satisfactum menti petentis, nisi etiam in Rota confirmaretur sententia Metropolitani, & declararetur nulla sententia Prouisoris. Bal. in L. fide commissa, § si quis decē in fin. ff. de legat. 3. Felin in c. 2. n. 5. fall. 5. de tregu. & pac. Rom. cōs. 504. n. 1. cum duob. seqq. vbi plena additio litera A. cum alijs per Tiraquel. in l. boues, §. hoc sermone lim. 6. n. 1. & 2. & lim. 10. in princ. de verb. signif. & receptum est in
5 iudicijs, quod protestatio in quocũque actu repeti debet, alias ab ea censetur recessum, Mohed. decis. 2 de iudic. Put. dec. 218. n. 2. lib. 2. Veral. dec. 403. num. 1. par. 2. Rot. diuers. dec.

decis.788 num.3. par.1.

Secundo, dicta nullitas cessabat ex amissione partis actorum, de qua attestatur Notarius, cui in hoc satis visum fuit deferri posse cum huiusmodi amissio non allegetur per ipsum, sed per alium ex deductis per Mandel cons.101 n.8.in fin.Eo enim ipso, quod aliqua ex actis sunt deperdita praesumitur hoc, quod deficit
6 in illis contineri,quia amissio actorum inducit praesumptionem, quod solemnitas fuit seruata, glos.fin.in c. quoniam contra, & ibi Bal. n.27. vers. Item fallit il secondo,quẽ caeteri communiter sequũtur de probat.cum alijs per Gabr.de sent.conclus.4. n.13. & latius per Rot.decis.143 n.11. par. 2. diuers. Et in omnem euentum, aut pars admittit amis-
7 sionem actorum,& tunc praesumitur pro validitate sententiae, aut non admittit, & tunc illi incumbit onus reportandi processum integrum ex quo dat de nullitate, quam allegans probare debet Io. Andr. ad speculat de exec. sent. §. Postremo n.6.literaB.ad med. vers.probabit autem.Vant.de nullit. rubr. a quo & a quib. mod.n.2 cum trib.seqq. Crescent.dec.2.n.1. de praesump.
8 Alia nullitas ex difformitate sententiae cum libello,quia sententia Prouisoris nedum continet condemnationẽ iuxta libellum,sed vlterius condemnat ad deferẽdum fructus in tertia maiori ad horreũ ma-
9 ius, vltra quod ea non procedit in causis summarijs,Andr. Gaill.obseru.66. nu.15. lib.1. qualis est causa decimarum clem. dispendiosam vbi glos. in verbo Decimis de iudic.Et
10 omisso,quod Iudex potest ex officio in dicta causa procedere, Anchar.in d.clem.dispendiosam,n.4.cũ alijs per Alex. Monet.de decim. c.8 n 76. in 1.concl.Ex alio remouebatur, quia nisi cogerentur Rectores ad deferẽdum decimas in horreum maius Episcopus nõ pos-
11 set de illis participare,&ideo dum Episc.dixit Rectores sibi subtraxisse partem decimarũ, & petijt sibi dari mandatũ ad effectum vt Rectores sibi soluant certe, in consequentiam petijt eas deferri ad horreum cõmune, quia vbi sunt horrea ad hoc publice deputata,debent decimae ad illa horrea deferri,Couar.lib.1.var.c.17.n.8 vers. Octauo ex his colligi ad med & vers. Secũdũ si horrea Alex.Monet. vbi sup c.6. n.4.
12 vers.3.concl & seq.Cũ igitur hoc sit cõsequutiuũ ad petitionem Episcopi dici nõ potest, quod fuerit diuerso modo pronunciatum, Afflict. decis. 32.n.3, & 4. Rot. decis. 450. n.2. & per tot. par 1. diuers.

Et

13 Et idem fuit responsum ad cō demnationem fructuum decursorum, qui etiam veniunt consequutiuè ex natura iudicij, c. conquerente de restit. spoliat.

Tertia Nullitas ex defectu citationis ad videndum iurare testes in qua valde insistebant informantes pro Rectoribus satis superq; fuit sublata per particularem decisionem in hac causa factam coram R. P. D. meo Pirouano.

Cui non obstat formula interloquutoriæ de admitten. partes ad proban. relata per Gonzal. Suarez de Paz. in sua prax.p.1.1.to.8.temp.n.2. Vbi post dictam admissionem sequitur, Y mando citar a ambas las partes para ver presentar, iurar, y conocer los testigos, & num. 54. idem Gonzal.ait dicta verba apponi, quia prædicta citatione non præmissa depositio testiū erit nullius momenti. Cum enim iuxta stylum illarum partium post dictam admissionē ad proban. cum præfixione termini nouem dierum soleat apponi dicta clausula citationis ad viden.iurare testes, vt in Summrio Rectorum,num. 10. & prouisor dixerit, quod admittebat partes ad proban dum dicto termino nouē dierum ad effectum, vt intra illos facerent eorum diligen-

14 tias. Vtique dicta clausula citationis, etiam si omissa fuerit, quod satis negari potest,attamen habetur pro expressa ad text. in l. quod si nolit, §. Quia assidua, ff. de ædilit. edict & in c. cum M. Ferrariensis, vbi doct. de constit. Gabr. de consuetud. conclus. 3. num. 2. & 35. Afflict.decis. 265.num.83.Grammat.decis. 61.num 20. Surd. decis. 223. num. 9. Etiam si dicta clausula esset substantialis,Gabr. vbi supra num.28.

Quod bene agnouit Procurator Rectorum, qui intimato sibi dicto decreto Prouisoris, & dato Interrogatorio, quem nos dicimus articulum per Procuratorem Domini Episcopi, coram eodem Prouisore,petijt sibi dari copiam dicti interrogatorij, siue articuli,ad facien. per suos principales interrogatoria necessaria contra testes,quos Dominus Episcopus præsentauerit. Ex quo remanet indubitatum quod illud decretum fuit intel

15 lectum a partibus in vtroque casu, tam de recipiēdo testes, quam de citan. ad videndum eos iurari, postquam immediate post illius intimationē pars Episcopi dedit, & Procurator Rectorum dixit;quod volebat dare sua interrogatoria iuxta stylum de quo per Gonzal. Suar. vbi supra dicto

8.temp.

8. temp. num. 66. versiculo Postquam enim, cum duob. seqq.

Ex quibus,& alijs deductis coram R. P. .D. meo Pirouano in decisionib. in hac causa factis; Vnanimiter placuit in omnibus sententiam Rotalē esse confirmandam.

Arimineñ Fructuum.

Veneris 13. Iunÿ 1614.

SVMMARIVM.

Appellatione pendente nihil est innouandum, num. 1.

Inhibitio rotalis, siue iusta, siue iniusta causat attentata, n. 2.

Pars contra quam, vt appellatum in Curia habet duo remedia in promptu, vnum reformationis commissionis per signaturam: aliud moderationis inhibitionis, num. 3.

Appellatione emanata in partibus, & sequuta inhibitione Iudex procedens facit attentata sub num. 3.

Regula appellatione pendente, nihil est innouandum, procedit etiam in casibus in quibus non datur appellatio, stante inhibitione Rotali, num. 4.

Obligatio Cameralis vulneratur per sententiam, num. 5.

DECISIO X.

Domini omissis alijs circa nullitatem, & iniustitiam sententiæ, quæ non percutiebant Dubium principale constare de attentatis censuerūt. Cum enim sententia Illustrissimi Legati ad fauorem Comitis lata fuisset die 20. Februarij 1612. & eadem die interposita appellatio, causaque commissa in Rota sub die 21. Martij eiusdem anni, & exinde relaxata citatio cum inhibitione in forma, & in partibus exequuta sub die 18. Martij 1613. Nulli dubium est, quod attentata excusari non possint, tā ratione generalis regulę, nil nouari pēdēte appel-
1 lat. quā tritā, & quasi pro adagio vsurpatam, firmat Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 12. in præfat. num. 83. & seq. Quam etiam vigore inhibitio-
2 nis, quæ cum fuerit Rotalis, siue iusta, siue iniusta, est timē da, Rot. decis. 26. in fin. de appellat. in antiq. Put. decis. 395. lib. 2. Verall. decis. 23. par 2. Cæs. de Graff. decis. 3. num. 10. eod. tit. Lancellott. vbi supra 2. par. cap. 20. ampliatione 11. num. 2. cum alijs adductis in vna Romana iurisnominan. 5. Nouembris 1613. coram R.P.D. meo Dunozetto.

Et

3 Et ratio eſt, quia ſi ſumus in Curia, duo ſunt remedia in promptu, videlicet, Reformatio Commiſsionis adeundo Signaturam, vel moderatio inhibitionis ab ipſomet Auditore facta. Si vero in partibus, tunc non eſt aperienda via inferioribus iudicibus, vt de inhibitionibus ſuperiorum iudicent, & eas facile negligant, Achill. deciſ. 29. n. 6. de appellat. Put. dicta deciſ. 395. in fin. lib 2 Lancell. dicta ſecunda parte cap. 12. limitatione prima, num 110. & latius ampl. 11. num. 4. in fin. & num 5. & ſæpius fuit in Rota reſolutum.

Vide cōtra hāc concl. dec. Tir. letan pecuniaria 24. Nou. 1617. Pamphil. fol. 1167.

Neque obſtare, quod videretur agi de obligatione Ca-
4 merali, quia omiſſo, quod etiam in caſibus in quibus nō datur appellatio ſtante inhibitione Rotali procedit dicta Regula, vt plures cumulat Lancellott. dicta ampliatione 11. num. 9. & ſeq. fuit reſpon-
5 ſum, quod per ſententiam Vicarij Ariminen. in quem Comes conſenſerat dicta obligatio Cameralis, fuerat vulnerata, Rot. deciſ. 132. ante num. 1. par. 2. diuerſ. cum alijs per Modern. ſuper reg. 8. gloſ. 6. num. 202.

Tiraſonen̄ Parrochialis.

Lunæ 16. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Enunciatiuæ licet non ſint indiuiduæ vnionis; ſi tamen virtualiter illam contineant, probant, num 1.

Ex antiquiſsimis enunciatiuis diuerſorum inſtrumentorum probatur vnio, num. 2.

Perceptio decimarum facta a capitulo cum aſsignatione congruæ Vicario Eccleſiæ, quæ prætenditur vnita, eſt ſignum euidens illam eſſe vnitam Capitulo, num. 3.

In antiquis publica vox, & fama a teſtibus depoſita, probat vnionem, num. 4.

Præſentatio non poteſt pertinere ad Canonicos tanquam Rectores, niſi in proprijs Capellis, num. 5.

DECISIO XI.

POſtquam ad fundan. ſuam exceptionem, quæ verſabatur in probanda vnione Eccleſiæ Parrochialis loci de Ablitas Capitulum Eccleſiæ de Tudela quoſdam teſtes hic in Curia formiter examinauerat repropoſita cauſa die 21. Aprilis, Vtraque parte informante

mante,& oĩbus accurate perpensis,Visũ fuit pro Capitulo talia adduci Ex quibus satis superq.probaretur vnio ad retardãdam immissionẽ Valentini.

Et primo fuit considerata antiquissima Donatio Regis Nauarræ facta Ecclesiæ de Tudela de omnibus aliis Mezquitis, siue Ecclesijs; quæ erant in illius oppidis, vna cum Decimis, & primitiis inter quas Ecclesias mentio habetur Ecclesiæ de Ablitas. Vnde inferebatur hanc Ecclesiam fuisse pleno iure concessam dicto Capitulo, vt in simili donatione eiusdem Regis, considerauit Rota in alia Pampilonen. Parrochialis de Stella 14. Decembris 1598. coram Seraphino in impress. decis. 1304 in principio.

Secundo concurrebant aliæ pluries enũciatiuæ, de quibus in cõcordia inter Episcopũ Tirasonen.& dictum Capitulum de Tudela, & in confirmationibus Apostolicis Adriani IV. & Celestini III.in quibus enũciatur ista Ecclesia de mẽbris, & pertinentiis illius de Tudela,quæ enunciatiuæ licet non

1 sint indiuiduæ,vnionis tamen sufficit, quod virtualiter eam contineant, Seraphin. decis. 1272. num 1. vers. Nec obstare,& dicta decisio 1304. in fi. & dixit Rota in Tudertina Prioratus 14. Iunij 1593. & Parmen. Prioratus 28.Ianuarij 1594. coram Litta, & in Aurien. sancti Pelagij 2. Maij 1611.coram R.P.D.meo Pam

2 philio. Ex enunciatiuis autem antiquissimis diuersorũ Instrumẽtorum vnionem probari non dubium est Put. decis. 209.quæ est in nouis.204. lib.2. Verall.dec.344.& 347. par.3. Seraph. d.decis. 1272. in princ. & fuit dictum in vna Tirasonen. iurispręsentan.22. Iunij 1588. coram Bubalo, & in aliis sæpius.

Tertio multum mouebat id quod per testes de partibus probabatur,& ex antiqua sententia Episcopi similiter apparebat capitulum percepisse,& percipere omnes decimas tãquam Rectorem d. Ecclesiæ

3 cum assignatione cõgruæ portionis pro Vicario,signum euidens,quod Ecclesia sit vnita Capitulo Card. in clem.1.n.7. quæst.15.& ibi Imol.num.23. vers. Vlterius quęrit de iurepatr.Crescen.dec.2 de decim. Mohed.dec.5.eod.tit. Verall. dec.339.par 3 Rot. in Auriẽ. congruæ 14.Martij 1608. coram Reuerendiss.Attrebaten. & in his terminis fuit decisũ in Vlixbon.iurisconser.5.Decemb.1605.& 21.April 1606 coram Litta,& latius 13.Iunij 1607.corã Illustriss. Lancell.

Quarto addebãtur testes in

Cur.

Cur.examinati, qui saltem ex publica voce, & fama deponebant de tali vnione, quæ publica vox, & fama cum simus in antiquis probat vnionem Felin.consil.2.num 16.& 21. Caputaquen. decis.347. num. 4. par. 3.

Quintò, omnem difficultatem remouere videbatur id, quod ex instrumentis apparebat, videlicet, centum quinquaginta ab hinc annis, vel Decanum ad præsentationem Canonicorum, vel Episcopũ ad Decani, & Canonicorum nominationem hanc Ecclesiã contulisse, cum enunciatiua speciali, quod Capitulum, & Canonici erant veri, & legitimi Rectores dictæ Ecclesiæ de Ablitas, & tanquam tales præsentabant : huiusmodi e-
5 nim præsentatio, tanquam ad Rectores pertinere non poterat, nisi in propriis Capellis, cap. 1. de capell. Monachor. cap.de Monachis de præben. cap. ad hæc de offic. Vicar. Rot. decis.798. num. 5.par.1. diuers. & fuit dictum in Tirasonen. Iurispresentan. 10.Februarii 1586. & 13. Maii, & 22. Iunii 1588. coram Bubalo.

Quibus non obstabant in contrarium adducta; Nam Primum quod sola perceptio Decimarum esset signum æquiuocum cessabat, ex quo vltra talem perceptionem concurrebant alia superius ponderata, vt in puncto fuit decisum in dicta Vlixbonen. iurisconferen. coram Illustrissimo Lancellotto. Secundum vero circa præsentationes, & collationes de ista Ecclesia, quod omnes sint in mensibus ordinariis ex facto remouebatur; Cum vt veteres collationes omittantur, quæ promiscue factæ fuerunt omnibus anni mensibus, adsit collatio facta 4. Octobris 1559. altera 20. Maii 584. & vltima præsentatio, & institutio 2. Februarii 1607. qui omnes menses cum Capitulum non gaudeat alternatiua sunt Apostolici.

Sed quia pro parte Valentini opponebatur iura prædicta, & scripturas non esse in forma probanti, ideo cum isto præsupposito fuit capta resolutio.

Mediolanen. Decimarum, & primitiarum de Carlatio.

Lunæ 23. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas

timas, & primitias datur ei de cuius possessione, seu quasi con stabat tempore motæ litis, num. 1.

In possessorio retinendi exactionem sufficiunt leuiores probationes, num. 2.

Confessio partis probat possessionem aduersarij, num. 3.

Ex locationibus regulariter non probatur possessio contra tertium, num. 4.

Fallit concurrentibus adminiculis, num. 5.

Ponuntur quædam adminicula in facto sub num. 5.

Ex locationes non effectuata non probatur possessio, num. 6

Sufficit, quod non appareat effectuata ibi.

Fallit concurrentibus adminiculis ibi.

Libris visitationum statur in ijs, quæ pertinent ad officium visitantis, & concernit statum Ecclesiæ sub num. 6.

Confessio Rectoris, & Parrochianorum non præiudicat Ecclesiæ, num. 7.

Verum quoad præiudicium diffinitiuum secus in intermedio, prout est iudicium manutentionis sub num. 7.

DECISIO XII.

DVbitaui cui esset dandum mandatum de manutenen. in quasi possessione exigendi decimas, & primitias in Territorio, & pertinentijs loci de Carlatio an Rectori dicti loci, an vero Præposito, & Canonicis Ecclesiæ de Porletio, & an constaret de attentatis; Et quoad primam partem Domini esse dandum mandatum
1 Præposito, & Canonicis censuerunt, de quorum possessione, seu quasi constabat tempore litis motæ, §. Hodie inst. de interdict. Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor, num. 14. & 18. ff. vti possid. & in puncto fuit dictum in Beneuentana Decimarum 16. Maij 1597. coram Litta, & 23. Ianuarij 1602. coram Seraphino in impress. decis. 1417. par. 2.
2 Possessio, seu quasi exigendi, vltra quod in hoc iudicio sufficiunt leuiores probationes, vt sæpè tenuit Rota visa fuit concludenter probari tū ex confessione ipsiusmet Rectoris, & Parrochianorum, qui in visitatione Illustrissimi Cardinalis ordinarij petendo confirmari, seu de nouo fieri erectionem dictæ Ecclesiæ de Carlatio in parrochialem fatentur Præpositum, & Scholasticū exigere dicta decimas, & primitias in summario Prę positi num. 1. Quæ confessio
3 probat possessionem Cardin. Seraph. dicta decis. 1417. n. 2. & superat omnes alias probationes, l. cum te, C. de transact. Roland. cons 75. num 23. lib.

lib.2. Gramm. decis.36.num. 66. Verall. decis.107. num.2. par. 3. Tum ex locationibus factis per Præpositum de decimis, & primitijs huiusmodi eodem summario num.6. quæ
4 licet regulariter non probent possessionem contra testium cap. inter dilectos, vbi Felin. num.8.de fid. instr. Alex.consil. 10. num. 3. lib. 4 Gabr. de locat. conclus. 4. num. 1.
5 Cassador.decis. 20. num.2.super reg.hoc tamen fallit concurrentibus adminiculis, Felin. vbi sup.versic.Item secus, Soccin. consil. 187. num. 16. ad fin. lib. 2. Grat consil. 50. num. 49. & seq. lib. 1. Gabr. vbi sup. num. 16. Card. Seraphin. decis.896. num.2.par.1. & fuit dictum in causa Bononien.Datij 27 Ianuarij proxime præteriti coram R. P. D. meo Verospio.

Adminicula autem hic dantur, & quidem vrgentia scilicet plures locationes, vt post Soccin. vbi supra considerauit Rota in dicta Bononien. Decretum Illustrissimi Archiepiscopi in erectione de Parrochialis in quo omnes decime, & primitiæ de quibus agitur Præposito, & Scholastico reseruātur cum narratiua, quod in possessione illas exigendi hactenus extiterunt, & existunt eod. summ. num.2. Nec non alia decreta in visitatione facta, & signanter de anno 1600. eod. summ. num.4. in quibus inter alios reditus Præpositura referuntur istæ decimæ, & primitiæ, quæ omnia decreta probantur ex libris visitationum, quibus in hac materia standum est in ijs, quæ pertinent ad officium Visitantis, & concernit statum Ecclesiæ, Verall. decis.158. par. 2. & fuit dictum in alia Mediolanen. decimarum sancti Donati 19. Martij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano, cum alijs allegatis per informantes.

Accedat, quod illæ locationes non omnino possunt dici inter alios cum fuerint factæ Consuli, & hominibus dicti comunis Carlatij, qui sunt in causa eodem summ.num.6.ita quod ipsi non sint tertij, sed partes formales.

6 Non obstat, quod non probetur possessio ex locat onedum non apparet effectuata, quia stantibus adminiculis illa sufficit ad proban. possessionem, absque alio effectuationis documento, vt tenuit Rota in Bononien. conseruationis indēnitatis 25.Maij 1607. coram Reuerendissimo Bononien. & in illa Bononien.Datij, de qua supra coram R. P. D meo Verospio.

7 Neque obstat quod illæ confessiones Rectoris, & Parrochianorum

norum

norum præiudicare non possint Ecclesiæ, quia quicquid fit ad effectum præiudicij diffinitiui; secus tamen est ad probandum factum de quo solum agitur in hoc intermedio & summarijssimo iudicio manutentionis, vltra quod dictæ confessiones plurimum adminiculantur ex decreto reseruationis, & alijs decretis, & locationibus supradictis.

Vltimo non obstat sententiam A.C. fecisse transitum in iudicatum, & sic Præpositum non audiendum, quia ex facti serie contrarium potius colligitur cum in tempore fuerit appellatum, siquidem intimatio facta fuit 20. Nouembris & appellatio interposita 30 eiusdem mensis, vltra quod decretum A. C. non concernit decimas de quibus agitur, cũ in illius vim Rector Parrochialis manuteneatur solum in iuribus, & pertinentiis ad illum spectantibus, in istis autem decimis manuteneri non poterat, cum ex supradictis non constet de illius quasi possessione decimandi, nec quod ipse vllum ius in illis habeat.

Et ex his patet responsio ad secundam partem dubii, non constare, videlicet, de attentatis ex pacto Præpositi. Et ita conclusum.

Maceraten. Dotis.

Veneris 27. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Sustinens contra matrimonij debet consequi fructus, seu inter usuria dotis, num. 1.

Non est excessiuum interesse ad rationem sex pro centenario; quando in eo loco est consuetudo soluendi ad rationem octo, num. 2.

DECISIO XIII.

Dominis visum fuit sententiam A.C. esse confirmandam, quia de solutione dotis constat ex apocha matrimoniali, & de solutione residui non docetur.

Quo vero ad interusuria, constat ex solidatione facta a partibus in scutis 105. ad rationem scutorum sex pro quolibet centenario, quæ interu-
1 suria tamquam proprium interesse deberi non videtur dubitan. cum Franciscus sustinuerit onera matrimonii, vt tradunt Canonistæ in c. salubriter de vsur. & declarat Bart. in l. in insulam, §. Vsuras, n. 3. ff solut. matr. quẽ cæteri com. sequuntur Capic. dec. 183. n. 2 Osas. dec 132. n. 1. Surd alios referẽs de al. ti. 1. q. 42. n. 1. & seq.

C Nec

Nec videri debet huiusmodi interesse excessiuum ad rationem sex cum, vt dicitur in ista Ciuitate, adsit consuetudo soluēdi ad rationem octo pro centenario, quæ consuetudo in hac materia attenditur, Ruin. cons. 224. num. 14. lib. 1. Couar. lib. 3. var. cap. 1. num. 3. vers. Septimo ab eadem ratione in fi. Io. Bapt. Lup. de vsur. comment. 1. §. 4. num. 91. post princip. vers. Vel secundum comunem, Surd. vbi sup. num. 27. in fin. Card. Seraph. decis. 1406. num. 3. par. 2. & fuit dictum in Asculana Prædij 17. Martij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno. Ex quibus ita fuit conclusum.

Mediolanen. Decimarū.

Veneris 4. Iulij 1614.

SVMMARIVM.

Iura, & instrumenta producta citata parte ad dicen. contra & ea nihil opponente videntur plene probare, num 1.

Instrumenta publicata a Notarijs rogatis habentur loco originalium, & absque alia solemnitate probant, num. 2.

Instrumenta extracta ab habentibus facultatem ab Ordinario faciunt plenam fidem, num. 3.

Status assertioni extrahentium, quod habuerint talem facultatem, num. 4.

& est tritissimus stylus in Rota ibi.

Instrumenta subscripta a Cancellario, & Archiuista successoribus in officio faciunt plenam fidem, num. 5.

Successor in officio potest publicare scripturas sui prædecessoris, absque alia solemnitate, n. 6.

Sufficit se successorem in officio nominare in subscriptione, sub num. 6.

DECISIO XIIII.

1 Licet iura, & instrumenta de quibus in dubio vno excepto fuerint producta in partibus cum citatione ad dicen. contra, & pars nihil opposuerit saltem generaliter; vnde eo ipso videbantur plene probare. Felin. in c. fin. n. 7. in 2. fall. de fid. instrum. Aegid. decis. 539. Put. decis. 155. lib. 1. in nou. Caputaq. decis. 5. num. 5. par. 3. Nihilominus, ex alijs fuit dictum illa esse in forma probanti.

2 Si quidem Primum, Secundum, & Tertium fuerunt publicata ab ipsis Notarijs rogatis, vnde habentur loco originalium, & absq; alia solēnitate probant Bart. com. receptus in auth. si quis in aliquo n. 3. C. de eden. Bal. in l. publicati n. 9. & ibi Ias. n. 4. C. de testam.

Felin.

Felin.vbi sup. n.5. Lap. alleg. 77.Anchar.in c. Albericus, n. 13.de testib. Aret.in c quoniã contra n.12.notab.13.de probat. Couar. pract. cap. 19. n. 3.in princ.vers.Nam ea scriptura,Rota decis. 1. de fide instrum. in nou. & 4.eod.tit. in antiq.Verall.decis.170. num. 1.par.1.& decis.351.in princ. par.2.& fuit firmatum in pluribus causis, & signanter in Farfen. Territorij 12. Iunij 1606.coram bon.mem.Penia & in Mediolanen.iurispatron. 1.Iulij 1611.coram Reuerendissimo Damasceno,& in Hispalen. legitimitatis 12. Decembris eodem anno coram R.P.D.meo Vbaldo,& in alia Mediolanen.Decimarum sancti Donati 23.Ianuarij coram R.P.D.meo Pirouano.

3 Quartum,quintum,sextum, septimum, octauum, & nonũ fuerunt extracta ad habẽtibus facultatẽ ab ordinario, quod sufficit,vt eis sit plena fides adhibenda,c.cum P. Tabellio, vbi Abb.num 2.Felin.in prin. de fid.instrum.Alex.in d.auth. si quis in aliquo num.5.in fin. vers.Faceret etiam,&ibi Dec. num.16.fall.9.C.de eden.Verall.decis.351.num.2.vbi n.3. reddit rationem par.2.cum alijs adductis in illa Mediolanen.coram R.P.D. meo Piro-

4 uano, & in hoc statur eorum assertioni de facultate sibi cõcessa iuxta decis. Verall. 245. & 266.par 2. qui stylus in Rota est tritissimus,& receptissimus, vt in deciss.allegatis in d.Mediolanen. & hic per informantes.

5 Decimum, & vndecimum fuerunt subscripta a Cancellario, & Archiuista successoribus in officio, quod præstat eis integram fidem,Bart.in l.si quis ex argentarijs,§.cogetur num.3.ff.de eden.Veral.decis. 244.num.3.& decis.351. n.2. & 3. par. 2. Nec dubium est;

6 quia successor in officio possit prædecessoris sui scripturas publicare absque aliqua solemnitate, vt in his terminis fuit firmatum in Vrgellen.Parrochialis 29.Nouẽbris 1602. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Tarraconen. præpositurarum 14. Ianuarij eodem anno coram R. P. D. meo Decano, & in d. Mediolanen. Decimarum coram R. P.D.meo Pirouano in quibus & alijs, Rota etiam dixit sufficere se talem nominare in sua subscriptione.

Ex quibus omnibus, vna tantum parte informante resolutum fuit iura, & instrumenta de quibus in dubio esse in forma probanti.

Aſſiſien. Exequutionis laudi.

Veneris 4. Iulij 1614.

SVMMARIVM.

Alimenta litis debentur pauperi, & in facto taxata fuerunt octo pro quolibet dubio a Rota, n. 1.
Pauperi litiganti prouidendum eſt a iudice de procuratore, & aduocato, num. 2.

DECISIO XV.

DOmini attenta paupertate Camilli, & fratrum de Alegrettis, de qua ſatis conſta-
1 re viſum fuit, ordinarunt eis dari ſcuta 8. pro quolibet dubio diſputan. in cauſam per Rotam declaran. & quod per
2 me eis prouideatur de Procuratore, & Aduocato.

Anconitana Affectus.

Veneris 10. Octobris 1614.

SVMMARIVM.

Inhibitio præſentata in tempore cauſat attentata, quæ omnino ſunt reuocanda, num. 1.
Inferior non poteſt iudicare de validitate, & iuribus inhibitionis Rotalis, ſed debet ei parere, num. 2.

DECISIO XVI.

DOmini ordinarũt attentata eſſe reuocanda, cum in-
1 hibitio per Petrum Hieronymum Floridum contra Liuiũ Bauerium, obtenta fuerit præſentata in tempore, quicquid contrarium pronunciauerit
2 Gubernator Anconitanus, cui, vtpote iudici inferiori nõ licuit iudicare de validitate, & iuribus inhibitionis Rotalis, ſed potius ei parere, & obtẽperare, vt ſępiſſ. fuit decisũ.

Hiſpalen. Portionis.

Lunæ 24. Nouembris 1614.

SVMMARIVM.

Rota propoſita cauſa, & citata altera parte, & non informante procedit, num. 1.

DECISIO XVII.

REpropoſita cauſa die Lunæ 24. Nouemb. & parte D. Franciſci Salzed ſæpius citata
1 & nõ informãte, Domini abſq; difficultate perſtiterunt in deciſis die 2. Maii proxime præteriti ex cauſis, & rationibus de quibus in deciſione.

Viſ en.

Visen. Pensionis.

Veneris 28. Nouembris 1614.

SVMMARIVM.

Arbitrium Iudicis debet regulari prout de iure, num. 1.

Literæ Apostolicæ de iure habent executionem paratam contra eum, qui consensit reseruationi pensionis, vel vbi constat de quasi possessione exigendi eam, num. 2.

Alias non, quia debent prius iustificari, num. 3.

Titulum in beneficio non habens, non potest suo consensu, aut facto solutionis præiudicare tertio, & constituere prætensum pensionarium in quasi possessione exigendi, num. 4.

Indefensus in iudicio non dicitur, qui aliquando comparuit, num. 5.

DECISIO XVIII.

INtrare arbitrium fuit resolutum ad effectum superfedendi
1 in solutione pensionis; Quia arbitrium Iudicis debet regulari prout de iure, Bart. in extrauagant. ad reprimendam verbo videbitur num. 8. Paris. consil. 56. num. 5. lib. 1. Menoch. de arbitr. quæst. 13. nu. 15. Rota decis. 348. num. 4.
2 parte prima. De iure autem licèt litteræ Apostolicæ habeant executionem paratam, Cassad. decis. 10 num. 8. de rescript. Mohed. decis. 13. ad fin. vt lit. penden. cum alijs allegatis in Neritonen. pensionis 26. Nouembris 1607. coram R. P. D. meo Caualerio, & in Tullen. pensionis 21. Iunij 1609. coram Reuerendissimo Attrebaten. Hoc tamen procedit, vbi agitur contra eum, qui consensit reseruationi, vel alias vbi constat de quasi possessione exigendi pensionem, vt stante clausula Arbitrio, fuit decisum in Asculana Pensionis 28 Iunii 1593. coram bon. memor. Orano, & in Lauden. pensionis 29. Martii 1599. coram bon. memor. Penia. & in aliis sæpissimè. Quod ex facto non apparebat cum Georgius, contra quem agitur reseruationi non consenserit, nec pro parte Francisci pensionarii fuerit doctum sufficienter de quasi possessione exigendi. Quo fit vt literarũ
3 iustificatio sit omnino necessaria, vt præter decisiones allegatas fuit tentum in Salamantina pensionis 26. Martii 1593. coram bona memoria Giptio, & in Abulen. pensionis 28. Ianuarii. 1600. coram b.m. Litta, & in Portugallen. pensionis 6. Iun 1606. coram R.P. D. meo Decano.

Quibus non obstabat, quod pensio fuerit reseruata de consensu Francisci Ribeiro, qui illam dicitur soluisse, quia cum ille non esset titularis, vt fuit decisum coram Reuerendissimo Lugdunen. & requiritur
4 ad hunc effectum iuxta reg. 44. non potuit dictus eius cõsensus obesse Georgio, qui illi non successit, & per consequens licet idem Franciscus pensionem soluisset, quod controuertitur non potuit in quasi possessione exigendi constituere pensionarium saltem cõtra tertium, cum non haberet, vt dixi titulum, Rot. decis. 184 num. 2. par. 1. diuers. & fuit dictum in Pacen. pensionis 5. Decembris 1584. coram b. m. Card. Pamphilio.

Non obstat, quod dicebatur adhuc non constare de nõ iure Francisci Riberio nec illi sententiam, & rem iudicatam obesse cum indefensus
5 succubuerit. Ad hoc enim, vt quis non dicatur indefensus satis est, vt aliquando comparuerit, Put. decis. 306. num. 5. & 6. lib. 2. & tenuit Rota in causa Carthaginen. & Abulen. beneficiorum 15. April. 1611. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno. In casu autem nostro Franciscus pluries in iudicio comparuit coram A. C. coram Illustrissimo Millino, & Reuerendiss. Lugdunen. & sic non potest dici contra ipsum indefensum fuisse pronunciatum. Esto forsan, quod diffidens de iuribus suis causam, vsque ad extremum prosequutus non fuerit.

Quod similiter excipiebatur de non iure Georgij, ob non seruatam regulam de annali fuit sublatum ex decisione Reuerendiss. Lugdunen. 27 Februarij 1606. vtraque parte informante emanata. Ex quibus fuit decisum esse locum arbitrio ad retardandam solutionem pensionis.

Conchen. Decimarum dell'Infantado.

Lunæ 1. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

Sententia confirmata parte non opponenti operatur, vt non possit dici de nullitate primæ, num. 1.

An sit verum si non transiuerit in iudicatum, n 2.

In parte actorum amissa præsumitur contineri, quod deficit in processu, num. 3.

Attestatio notarij, qui non tenetur custodire acta, quod aliqua actorum fuerunt amissa, videtur sufficere ad probandam amissionem, num. 4.

Testes nulliter examinati præstant

stant adminiculum, num. 5.
Sententia dicitur conformis libello, qui consequutiue concludit, quod in sententia, n. 6.
Sententia, quod sit conformis libello, non procedit in summarijs, num. 7.
Causa inter Ecclesiasticos de iure decimandi est summaria, & habet locum clem. dispendiosa sub num. 7.
Admissio ad probandum cum termino ad faciendum suas diligentias continet certam, & expressam citationem ad videndum iurare testes, num. 8.
Citatio ad videndum præsentare & cognoscere testes differt a citatione ad videndum iurare testes, num. 9.
Terminus datur ad probandum est aptus comprehendere citationem ad videndum præsentare, iurare, & cognoscere testes sub num. 9.
Ecclesia dotata de decimis dicitur habere ius reali in eis, n. 10.

DECISIO XIX

VT annuerem Rectoribus, qui decisioni factæ die 2. Iunij præteriti, nondum acquiescebant, repropofui causam die 1. Decembris, & Domini vnanimiter in decisis perstiterunt, siquidem opponebatur contra sententiam Rotalem de nullitate, & iniustitia ex triplici capite. Primo, ex defectu citationis ad sententiam. Secundo ex eo, quod non erat conformis libello. Tertio, quia fundabatur in testibus nulliter examinatis ob defectum citationis ad viden. illos iurare, quæ tamen nullitates visæ fuerunt non subsistere, & bene tolli ex responsionibus datis in 1. decis.

Etenim prima nullitas ex defectu citationis ad sentētiã videbatur cessare ex eo, quod 1
sententia fuit cōfirmata parte nō opponète, quę cōfirmatio operatur, vt nō possit amplius dici de nullitate primæ iuxta decis. Cæs. de Graff. 9. num. 11. de caus. possess. & propriet. & fuit pluries decisum.

Hæc tamen responsio, vt vnus ex DD. dicebat solū pro- 2
cedit quando sententia confirmatoria transiuit in iudicatū, & ideo non applicabatur casus in quo quæritur, an sententia sit confirman, vel infirman. quod videtur ostendere non adesse rem iudicatam, ideo placuit indistinctè alia respon- 3
sio data in decisione, quod pars actorum fuerat amissa vnde eo ipso præsumebatur hoc quod deficit in illa contineri, glos. fin. in c quoniam contra de probat. com aliis alleg. in ead. dec. Amissio autē actorū probabatur ex attest. Notarii, quæ licet sola videretur suffi-

cere ex quo illa non allegabatur per ipsum Notarium, qui tenebatur custodire ex deductis in puncto per Mandell. cons. 101. num. 8 vers. Et quãuis contrarium; illa tamen choadiuuabatur ex testibus,
5 qui etiam nulliter examinati præstant adminiculum, Veral. decis. 206. num. 6. & dec. 208. num. 8. par. 2. & fuit dictum in Calaguritana beneficii 20. Iunii 1603. coram Litta, & in Mediolanen. prætensæ simulationis contractus 10. Decẽb. eod. anno, & 17. Maii 1604. coram Reuerendiss. Attrebaten.

Secunda nullitas ob difformitatem sententiæ cum libello similiter cessabat ex respon
6 sione data in decis. Quod sententia licet non sit conformis libello in contextu verborum consequentia, tamen est clara, quia si in libello concluditur petitio, vt detur Episcopo mãdatum contra Rectores, vt ei soluant partem Decimæ Croci, & olei, sententia vero condemnat Rectores ad faciendũ notas, & listas prædictarũ Decimarum, & ad in futurum ponen. dd. decimas olei, & Croci in tertia maiori, necessario cõsequitur conclusio restitutionis decimarum, & solutionis earum in futurum, qui est effectus petitionis, vt fuit firmatũ
7 in decisione. Præterea regula, quod sententia debet esse conformis libello non procedit in summariis, Andr. Gaill. obseru. 66. n. 15. lib. 1. Verall. dec. 126. p. 3. Quando autem agitur inter personas Ecclesiasticas super iure percipiendi Decimas, illa causa est summaria, & habet locum clem. dispendiosam de iudic. vt tenet glos. ibi in verbo Decimis in vers. sed quid si non est quæstio Card. n. 20. q. 14. Rot dec. 14. de iudic. in nou. vbi quod illa opinio glos. est præstãtior, & sic semper fuit obseruatum in Rota. Quatenus vero sententia condemnat Rectores ad in futurum ponen. d. decimas in tertia maiori, & prætendunt Rectores se grauatos cum hoc spectet ad Colonos & Parrochianos, qui de iure ad id tenentur Domini in hac parte sententiam declarari voluerunt, quod hoc fiat per illos ad quos de iure, vel consuetudine spectat.

Tertia nullitas ex defectu citationis ad viden. iurare testes, & ipsa tollebatur ex deductis in hac causa 18. Maii 1612. coram R.P.D. meo Pirouano, & vltimo coram me.
8 Cum enim Prouisor admiserit partes ad proban. cum termino nouem dierum ad effectũ vt infra illos facerent eorum diligentias, & hoc decretum fuerit illicò partibus intimatum sequitur nedum virtualis citatio verũ etiam certa, & expressa, vt in d. decis. D. mei Pirouani,

rouani,& fuit dictũ in Vallisoletana iurisdict. 6. Iunij 1614. coram R.P.D. meo Verospio.

Nec obstabat decis.b.m.Card.Pãphilij in Conchen. Decimarũ de Villanueuo 2. Iunij 1599. quia tantũ dicit, quod citatio ad viden.præsentare,& cognoscere testes non est sufficiens,

9 quia actus præsentationis differt a præstatione iuramẽti,& bene dicit, sed decisio in hac causa non fundat se in citatione particulari,prout est illa ad viden.iurare, sed in termino dato ad proban.apto compræhendere citationem ad viden. præsentare, iurare, & cognoscere testes secũdum formam relatã a Gonzal Suar. de Paz. in sua prax.1.p.1.t.8.tẽp n.2.

Quæ vero late deducebantur pro iniust. sententiæ, quæ erant eadem alias deducta coram R.P.D. meo Pirouano bene visa fuerunt remanere sublata ex deciss.coram eo factis, & præcipue ex iure choræquali ipsius Ecclesiæ Cathedralis,

10 quæ ab initio fuit dotata de decimis, in quibus propterea habet ius reale, & per consequens bene intrat subrogatio ad eius fauorem, vt in dd. deciss. in quibus referuntur aliæ factæ in alijs causis Conchen. Decimarum coram b. mem. Card. Pamphilio, Mantica, & Iusto: Ex quibus DD. perstiterunt indecisis.

Cremonen. Pensionis.

Veneris 5. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

Sententia lata non seruatis terminis substantialibus est nulla num. 1.

Iustificatis literis Apostolicis dãda est executio, num. 2

Clericatus probatur ex literis patentibus ordinarij, num. 3.

Obitus probatur ex fide Parochi, num. 4.

Prouisio Apostolica probatur ex supplicatione manu Papæ signata, num. 5.

Ex instrumento captæ possessionis successoris probatur vacatio per obitum prædecessoris, num. 6.

Clausula, vt asseritur, releuat ab onere iustificãdi gratiam, n. 7.

Successor dicitur alicuius etiã is, qui mediate illi succedit, n. 8.

Clausula, quomodocumque succeden. comprehendit omnem modum, qui potest excogitari; sub num. 8.

Prouisione facta beneficij vacantis per obitum alicuius, dicitur consumpta, eius vacatio; nec amplius dicitur beneficium vacare per obitum illius, num. 9.

Enunciatiua in literis alicuius non vocet ei, qui non habet ab eo causam, num. 10.

Vbi nulla citatio ibi nulla lis. 11

Clausula derogatoria generalis litis sufficit pro mentione litis, num. 13.

DECI-

DECISIO XX.

PEr felicem memoriam Sixtum V. de anno 1588. fuit reseruata annua pensio scut. 50. ad fauorem Scipionis Rotæ super duabus Capellis, quæ asserebantur de iure patronatus Laicorum, vna scilicet S. Elisabetthæ in Ecclesia S. Andreæ Brixien. altera verò S. Vrsulæ in Ecclesia sancti Georgij Cremonen. tunc vacan. per obitum Acchillis Cantij in Curia cum consensu Baldi Catanei de eisdem Capellis prouisi, qui se, & successores suos obligauit pro solutione dictæ pensionis, iuxta formam litterarum, in quibus adest clausula habita, vel non habita, &c. & tam Baldum, quam quoscumque alios, etiam ex resignationis, & permutationis causa, siue ex quacumque vacatione, vel alia dispositione in Capellis prefatis quomodocumq; succeden. pro solutione pensionis huiusmodi in ampliori forma Cameræ teneri &c.

Supradictus Baldus vigore suæ prouisionis possessionem assequutus fuit, & postmodū resignauit alteram Capellam S. Elisabetthæ Iacobo Benetto Cremonen. alteram verò S. Vrsulæ cessit ad fauorem Ioannis Antonij Schitij, qui literas in vim præfatæ cessionis expediuit, ac demum per eius obitum fuit prouisus de eadem Capella Anibal Persicus. Huiusmodi verò pensionem integraliter soluit dictus Iacobus Benettus ab anno 1597. vsque, & per totum 1604. probabili errore ductus, quod in resignatione Iacobi narratum fuerat integram pensionem reseruatam fuisse super eadem Capella, quam similiter D.Scipio exegit bona fide credens eundem Iacobum assequutum fuisse ambas dictas Capellas,& non alteram tantum per d. Baldi resignationem.

De anno 1605. obijt Iacobus, & cum illius successor Petrus Manzolus integram pensionem, nisi tantum pro medietate soluere recusaret D. Scipio pro altera medietate se conuertit contra Annibalem Persicum alterius Capellæ S. Vrsulæ possessorem vigore litterarum reseruationis,& pro illarum exequutione agere cæpit coram A. C. qui dictum Annibalem absoluit, à qua sententia cum pro parte D. Scipionis appellatum fuisset causaque mihi cō. missa. Dubitaui an sententia A. C. esset confirman vel infirman. & Doctores esse infirman. vnanimiter censuerunt tam ex capite nullitatis,

quàm

quàm notoriæ iniustitiæ.

1 Ex capite nullitatis, quia fuit lata non seruatis terminis substantialibus, Cassad. decis. 8. nu 6. de rescript. Caputaq. dec. 269. par. 3.

2 Ex capite iniustitiæ dum absoluit Annibalem à solutione pensionis, cum tamen stante iustificatione literarum D. Scipionis danda fuisset exequutio, c. si capitulo vbi glos. in verbo exequatur de concess. præb. in 6. Sarnen. in tract. Breu. num. 4. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. & fuit dictum in Boianen pensionis 27. Iunij 1603. coram Illustrissimo Millino, & in alia Cremonen. pẽsionis 15. Aprilis 1611. coram R. P. D. meo Caualerio, & in Barbastren. beneficij 13. Iunij proxime preteriti coram R. P. D. meo Dunozetto, & sæpius in alijs.

3 De iustificatione autem constabat. Nam Clericatus D. Scipionis probabatur ex litteris patentibus ordinarij c. 2. & ibi Abb. in 1. notab. de cleric. peregr. Rebuff. in pract. form. lit. tons. num. 22. Rolan. cons. 4 num. 5. lib. 1. Gram. decis. 81. num. 1. Rota in pluribus causis hic allegatis per informantes, & in specie in dicta Barbastren.

4 Obitus Achillis in Curia probabatur ex fide Parrochi, Mandos. super reg. 18. quæst. 10. sub num. 4. Rebuff. in comment. ad Constit. Gall. tom. 2. tit. de regest. baptis. sepult. art. fin. vers. Et sic patet, Rota decis. 220. num. 1. par. 2. diuers Et in Pampilonen. parrochialis de Aizor. 13. Maij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Calaguritana beneficij de Cuazu 10. Martij præteriti coram R. P. D. meo Remboldo, & in alijs.

8 Baldum fuisse prouisum de Capellis super quibus fuit imposita pensio constabat ex supplicatione manu Papæ signata, Cassad. decis. 2. num. 10. de pens. & decis. 8 num. 9. de rest. spoliat. cum alijs per Modern. ad reg. 8. glos. 10. num. 45. & hic per informantes.

Vacasse dictam Capellam S. Vrsulæ per obitum Achillis, & hoc iustificabitur ex instrumento captæ possessionis

6 per Baldum, & ex literis prouisionis dicti Ioanni Antonij, per cuius obitum fuit prouisus Annibal, cum tñ sufficiat iustificare gratiam de facto Aegid. decis. 116. in fin. sæpius canonizata.

7 Narratiua Iurispatronatus non visa fuit egere iustificatione, quia facta per clausulam, vt asseritur Cassad. decis. 4. num. 9. de probat. & dec. 6. num. 2. & 6. de Iurepatr.

Rota

Rota decis. 412. num. 3. par. prima diuersor. cum alijs allegatis.

8 Quod Annibal esset successor Baldi in hac Capella, constabat ex quo ipse fuit prouisus per obitum Ioan. Antonij, qui illam obtinuit per cessionem sibi factam à Baldo, vnde non solum est successor facti, quod sufficit, Achil. decis. prima, & 6. de pensionib. & fuit dictum in Reatina pensionis 28. Ianuarii 1613. coram R.P.D. meo Pamphilio, confirmata in præterita Rota coram R.P.D. meo Vbaldo, & præsertim stantibus illis verbis quomodocumque succeden quia dictio vniuersalis quomodocumque comprehêdit omnem modum, qui excogitari potest, Marsil. consil. 80 num. 37. Rot. decis. 505. nu. 19. par. prima diue. for. & faciunt tradita per gloss. in cap. susceptum verbo expresse, & ibi Ioan. Andr. & alij de rescr. in 6. Quinimmò fuit etiam successor iuris dum Ioan. Antonius vigore dictæ cessionis eandem Capellam possedit.

Nec valet dicere Ioannem Antonium impetrasse dictam Capellam vti adhuc vacan. per mortem cuiusdam Alphõsi ante obitum, cuius Baldus fuit successor, & per consequens dici non possit Anibalem Baldo successisse: Baldus enim prouisus fuit non solum per Achillis obitum, sed etiã alterius cuiuscumque personæ, & sic etiam Alphonsi, quatenus ex illius persona, non autem Achillis hæc Capella vacaret, Lap. in dicto cap. susceptum, num 5. Rot. decis. prima, vbi add. in verbo quouis alio modo, & ibi Papaz. num. 7. de rescript. in nou. & decis. 36. lib. 1. par. 3. diuer-

9 sor. Vnde tempore prouisionis factæ Io. Antonio, per quã fuerat consumpta vacatio per obitum Alphonsi dicta Capella amplius non vacabat per eius obitum, iuxta tradita per glos. in clem. 1. in verbo collato, vt lit. pend. & ibi Doct.

Non obstat Achillem fuisse prouisum de eadem Capella per resignationem cuiusdam Ioannis Baptistæ Aueroldi, cuius titulus prætenditur vitiosus propter litem, tunc temporis inter prætensos patronos vertentem, dicta enim lis solum iustificatur per enunciationem in literis Ioan. Antonij, qui propterea D. Scipioni

10 tanquam ab illo causam non habenti nocere non potuit, l. certum, § sed an, & ipsos, ff. de confess. Achil. decis. 4 num. 2 eod. tit. Rot. decis. 685 num. 4 par. prima diuersor. cum aliis allegatis.

Vnde cessat pariter aliud obiectum de huius pensionis in-

inualiditate ob non factam mentionem litis pendentiæ, quia de illa non constat, & per Commissionem exaduerso al-
11 legatam, nulla fuit lis inducta cū nulla emanauerit citatio. clem. fin. & ibi Doct. vt lit. pend. Et quatenus constaret de lite, sufficeret pro eius mē-
12 tione illa clausula, Non obstante quacumque lite, cuius statum, &c. Gemin. conf. 120. num. 6. Rebuff. in prax. 3. par. sig. in vers. quatenus litigiosū litis statum, num. 4. & fuit dictum in Pampilonen. de Ians 19. Decembris 1605. coram R. P. D. meo Decano, & in dicta Reatina coram R. P. D. meo Pamphilio.

Et ita conclusum pro informatione sententiæ A. Cam.

Mediolanen. Decimarū.

Mercurij 10. Decemb. 1614.

SVMMARIVM.

Aliud est iura esse bene extracta, aliud quod probent, n. 1.

Iuramentum non fuisse repertū in aliquo Archiuio, non interest, dum est vltra 100. ann.

In antiquis vltra 100. ann sufficit quod scriptura habeat faciē publici instrum. licet non probetur notariatus, nec recognitio manus, sub num. 2.

Legalitas sufficit pro fide notariatus, n. 3

DECISIO XXI.

Domini steterunt in decisis sub die 4. Iulij proxime præteriti, scilicet iura, & instrumenta esse in forma probanti ex deductis in decisione contra quæ duo solum opponebantur, Primum, quod testes de quibus in secundo Instrumento non erant rite examinati, cum partis citatione, & aliis de iure requisitis, sed tantum per Notarium ad perpetuam rei memoriam absq. mandato Iudicis, & ideo non faciebant aliquam fidem ex allegatis. Alterum quod tertium instrumentum non fuerat repertum in aliquo Archiuio, nec constabat de aliis instrumentis rogatis per eundem Notarium, neque de fama Notariatus, ac propterea nulla fides ei danda videbatur.

Ad primum placuit responsio, quod hodie non disputatur de validitate examinis, scilicet, an processus sit validè fabricatus, sed tantum de solemnitate circa extractionem, & publicationem, quæ non cōtrouertitur solemnis. Et aliud est esse iura bene extracta, & in forma probanti, quod firmat decisio, aliud verò quod probent, de quo hic non agitur, & quatenus pars hoc opponat, & audiri præ-

prætendat ei reseruatur d. exceptio suo loco deducen.

Ad secundum placuit similiter responsio difficultatem cessare ex antiquitate vltra centum annos, qua stante non requiritur aliqua probatio notariatus, nec recognitio manus, sed sufficit, quod scriptura habeat faciem publici instrumenti, vt fuit resolutum in Causa nullius beneficij della Monda 1. Decemb. 1578. coram Rubeo, quam Rota fuit sequuta in Ferrarien. bonorũ, seu Palatij 3. Iulij 1602. coram Illustrissimo Millino, & in Farfen. Territorij 20. Martij 1607. coram bon.me. Penia, & tradit Put. decis. 151. lib. 1. Rota decis. 52. duplicata in decis. 54. par. 1. diuers.

Vltra quod adsunt literæ testimoniales ordinarii, quæ
3 vulgo dicuntur legalitates, & sufficiunt pro fide Notariatus ex Bal. in l comparationes num. 25. C. de fid. instrum. Felin. in c. 1. num. 18. ad fin. versic. Et adde ex eodem tit. Boer. decis. 154. num. 4. Aufrer. ad Capell. Tholos. decis. 331. num. 4. & fuit dictum in Farfen. Territorii 12. Iunij 1606. coram eodem bon.me. Penia. Quibus stantibus non visum fuit necessarium, quod instrumentum fuerit repertum in aliquo Archiuio.

Et ita conclusum esse permanendum in decisis.

Firmana Iurispatronatus.

Lunæ 5. Maij 1614. & Lunæ 15. Decembris eiusdem.

SVMMARIVM.

Sententia lata instante eo, qui sine mandato comparuit, nulla est, num. 1.

Sententia lata non instante parte, vel procuratore, est nulla, num. 2.

Iuspatronatus probatur per continuatus præsentationes effectuatas vltra centum annos, num. 3.

Præsentationes effectuatæ probantur, quod per cessum, vel decessum vnius fuit alter præsentatus, & institutus, num. 4.

Testes de publica voce, & fama iuncta longissima quasi possessione præsentandi probant iuspatronatus in antiquis, & in personis non suspectis, num. 5.

Iuspatronatus laicale non cadit sub regula reseruatoria, num. 6.

Iuspatronatus laicale per transitum ad Ecclesiasticos reputator Ecclesiasticum, num. 7.

Iuspatronatus laicale effectum Ecclesiasticum non requirit mentionem, & derogationem in

in illius collatione facta a Papa, num. 8.
Iuspatronatus mixtum requirit expressam mentionem, & derogationem, num. 9.
Iuspatronatus mixtum sequitur naturam laicalis, quoad effectum derogationis sub num. 9
Iuspatronatus mixtum dicitur, quod est pro medietate laicorum, num. 10.

DECISIO XXII.

PRoposui dubium altera tantum parte informante, quia procedebatur per contradictas; An sententia Reuerendissimi Episcopi Maceraten. esset confirman. vel infirman. Et cum pro parte Theodori prætenderetur eam infirmari tam ex capite nullitatis, quã notoriæ iniustitiæ omisso capite iniustitiæ super quo non satis inter DD. conueniebat, fuit vnanimiter resolutum ex capite nullitatis esse sententiam infirman.

Cum enim dicta sententia fuerit lata instante Benedicto Ello, qui absque mandato cõ-
1 paruit, & reuocauit manda-tum Venanzoli, qui in actis
2 reperiebatur procurator, hinc sequitur sententiam non posse sustineri, quia Venanzolus, qui vere erat procurator non institit pro sententia, & Benedictus, qui se pro procuratore gessit mandato carebat, & consequenter sententia fuit nulla, cap. in nostra in fin. de procur. l licet, vbi Doct. C. eod. cum aliis per Vant. de nullit. sent ex defect. inhab. seu mandat. num. 59.

Cæterum, quia Anibal prouisus Apostolicus possidebat & parum, vel nihil proderat Theodoro Palmisiano, qui fuerat præsentatus a patronis reuocatio sententiæ ex capite nullitatis, nisi etiam illa fieret ex capite iniustitiæ: Ideo reproposita causa die 15 Decembris; Stricte, quod caput iniustitię Domini ex eo etiam capite pro infirmatione sententiæ responderunt.

Fundamentum solidissimũ fuit, quia huiusmodi altare erat de iurepatronatus, vt pa-
3 tet ex continuatis præsentationibus vltra centum annos ex quibus dicitur probatum iuspatronatus. Federic. consil. 234. num. 3. ad fin. versic. Quis enim diceret, quem sequitur Dec. consil. 174. num. 4. versic. Et Federicus, Rota apud Cassador. decis. 2. num. 6. de probat. Than. decis. 84. in vna Nullius, Seraph. decis. 1141. num. 1. lib. 2. & fuit dictum in alia Firmana iurispatronatus 8. Maii 1591. corã Orano, & in Mediolanen. Clericatus 7. Maii 1610. coram Reuerẽdissimo Domino meo

Dama-

Damasceno, quæ præsenta-
4 tiones eo ipso probantur esse ctuate, quod per obitum, vel cessionem vnius fuit alter prę sentatus, & institutus iuxta consil. Oldrad. 229. num. 2. sę pius canonizatum, & in specie in d. decis. Seraph. num. 1. versic. Et istæ.

5 Accedunt testes de publica voce, & fama, quæ iuncta longissima, quasi possessione pręsentan. optime probat iuspatronatus, cum simus in antiquis, & in personis non suspectis, Cassador. dicta decis. 2. num 4. & seq. de probat. Achill. decis. 4. num. 9. & decis. 6. de iurepatr. Put. decis. 60. in fin. & 140. num. 1. lib. 1. Rota decis. 792. num 1. & seq. par 1. & 376. num. 2. versic. quod etiam par. 3. lib. 3. diuer. & fuit dictum in Palentina Capellæ 12. Maij præteriti coram me.

Quibus omnibus simul iunctis dubitari non potest huiusmodi altare esse de iurepa-
6 tronatus, quod cum sit laicale non cadit sub regula reseruatoria iuxta glos. receptam in cap. 2. in verbo Collatio de præben. in 6. Lap. alleg. 96. Felin. in tract. quan. litt. Apostolicæ noc. patro. in princip. Couar. pract. cap. 36. num. 2. versic. his accedit, Cassad decis. 1. num. 3. de dilat. cum alijs per Modern. super regula octaua. glos. 18. num. 2.

Nec obstat, quod iuspatronatus huiusmodi postmodum deuenerit ad Fratres, & Mona
7 sterium sancti Augustini Ciuitatis Firmi, & sic debeat Ecclesiasticum reputari iux. tex. in cap. vnic. §. fin. vbi glos. & doct. de iurepatr. in 6. & consequenter altare subiaceat reseruatione reg. 8. adeo, quod collatio Papæ sit valida absq;
8 alia mentione, & derogatione Felin. vbi sup. num. 1. lim. 3. Couar dicto cap. 36. num. 2. Cassad. decis. vltima, num. 11. de probat. & decis. 4. num. 2. de iurepatr. quia obiectum procedit in iurepatronatus
6 Ecclesiastico simplici secus in mixto, vt in nostro casu, quod ad effectum derogationis sequitur naturam iurispatronatus laicorum, Federic. consil. 66. Rocch. in verbo ius num. 23. vers. Contra istam conclusionem, Rebuff. de nominat. quæst. 15. num. 7 Felin. & Couar. vbi supra ille num. 6. ampliat. 6. iste num. 5. vers. Tertio oportunè, Cassador. decis. 4. num. 10. in fin. de probat. & decis. 7. num 10. de iurepatronatus, Achill. decis. 3. eod. tit. Put. decis. 157. lib. 3. Rot. decis. 574 num. 10. par. 1. diuers. & in alijs cumulatis per Modern. dicta glos. 18. num. 13. & 14. & hic per informantes.

Quod

10 Quod autem simus in iurepatronatus mixto, & sic pro medietate laicorum patet ex quo tempore obitus Antonij Discreti vltimi possessoris, qui fuerat præsentatus a Monasterio per quendam fratrem Paulum pro medietate, & à quibusdam laicis pro altera medietate patronis, vt in institutione facta per Vicarium firman. summ. nu. 3. aderant duo ex illis, qui præsentauerant eundem Antonium, scilicet Rogerius Ser Pauli, & Ioannes alias Vasitto eod summ. n. 3. & in secundo summario num. 1. & similiter extabant hæredes aliorum, qui fuerant prædefuncti, vt Ptolomeus Pelleus, & alij qui omnes præsentarunt Ausonium Guarnerium, qui mox ius suum cessit Theodoro Palmisiano præsentato per Fratres d. Monasterij, vt in secundo summario.

Vnde clare apparet tempore vltimæ, ac modernæ vacationis per obitum dicti Antonij Discreti, quæ fuit de mense Iulij 1591, extitisse, & extare compatronos laicos, & per consequens cessare reseruationem, & collationem Apostolicam ex prædictis, Felinus in dicto tractat. quando litt. Apostol. noc. patron. in princip. Rota decisione 71. versic. Item dicebant, de rescript. in antiqu. Cassador. decis. 6. num. 5. de iurepatr. Et ita conclusum.

Burgen. Quindenniorũ.

Lunæ 16. Martij 1615.

SVMMARIVM.

Transactio est etiam de re in iure dubia, num. 1.

Transactio ligat successores etiã particulares, sub num. 1.

Ad iudicandam vtilitatem, vel læsionem inspicitur tempus contractus, & sufficit, tunc negotium vtiliter gestum, quam uis ex euentu contrarium appareat, num. 2.

Noua opinio declaratoria iuris antiqui futuris, & pendentibus, solum causis inseruit. num. 3.

Vnio ex sui natura tollit vacationem, & priuilegium annatæ. num. 4.

Ius annatæ competit speciali iure, sub num. 4.

Vnio est subreptitia, nisi exprimatur ius annatæ, sub numero 4.

Vbi in vnione non est expressa annata, ius Capituli remanet illæsum, sub num. 4.

Facta vnione, nihilominus priuilegiatus debet habere suã annatam, num. 5.

Facta vnione Ecclesiæ secularis alicui

alicui monasterio iura Episcopalia remanent illæsa nu.6.

De beneficijs vnitis,& alijs perpetuis soluitur quindennium, sub num. 6.

Non dicitur constare de notoria iniustitia, quando fertur sententia super materia super qua adest opinionum variatio, & conflictus, num.7.

Transactio præiudicialis Ecclesiæ requirit confirmationem superioris, vt obliget successorem, num. 8.

Vtilitas, intelligitur sequuto effectu, nec sufficit ab initio apparuisse actum vtilem, num. 9.

Constitutio Principis declaratoria iuris antiqui,non trahitur ad præterita, num. 10.

Transactio ex falsa causa impugnatur, num.11.

Quindennia non debentur de beneficijs, quorum vniones habuerunt effectum ante indultum Pij Quinti, & Clemen. Octaui sub num. 11.

Consuetudo præterita, quæ non reputatur rationabilis à viris doctis non tenet,num.12.

Iudex debet reuocare sententiam cum apparet de veritate nouæ opinionis, num. 13.

Data vnione, & suppressione beneficij, non datur vacatio, & ita nec annata, num. 14.

Ius radicatum in Capitulo facit vt vnio dicatur subreptitia, nisi eius fiat mentio, n.15.

Ius annatæ incertum, & euentuale, non est considerabile, num. 16.

Vnionum plures species,nu.17.

Priuilegium annatæ potest esse compatibile cum vnione de vacaturo,num. 18.

Non tamen cum illa quæ mutat statum, & extinguit titulum,sub num. 18.

Priuilegium annatæ de quo in c. tua nobis,de verbor.signif.non comprehendit casum in quo non vacat amplius beneficium num.19.

Sententia quæ non iustificatur ex actis, dicitur notoria iniusta de stylo Rotæ, num.20.

DECISIO XXIII.

CONtra sententias Rotales pro impedienda illarum cõfirmatione multa deducebant informantes pro Capitulo, quæ ad duo potissimum reducebantur.

Primum erat, quod iuxta formam Commissionis in secunda parte fuerat commissa causa nullitatis, & notoriæ iniustitiæ sententiæ bon. mem. Cardinalis Pamphilij, & rescissionis transactionis inter Rectores, & Beneficiatos Sancti Aegidij, & Capitulum initæ, prout de iure: Et quod huiusmodi sententiæ tantum reuocarunt sen-ten-

tentiam Cardinalis. Vnde remansit firma transactio, quæ cum de eo tempore ius Recto
1 rum esset dubium propter opinionem, quæ tunc vigebat absque alia confirmatione ligauit successores, c. fin. de pact. in 6. Natt. consil. 441. n. 9. cum allegat. Et præsertim, quia illa tunc temporis fuit vtilis Rectoribus cum Rota sequeretur illam opinionem, quod Quindennia deberentur, & ad
2 vtilitatem, vel læsionem inspicitur tempus contractus, & sufficit tunc negotium vtiliter gestum, licet ex euentu contrarium appareat, l sed an vltro, §. is qui, ff. de negot. gest. Capic. decis. 180. nu. 5. Surd. decis. 278. num. 25.

Et licet Rota postea mutauerit opinionem in nouis resolutionibus, nō propterea videbatur dicta concordia re-
3 uocanda cum illa noua opinio declaratoria iuris antiqui futuris, & pendentibus solummodo causis inseruiat, glo. in c. vnic. in verbo de cetero, de postul, prælat. in 6. Card. in clem. 2. §. quod si Episcopi, q. 7. de reb. eccles. non alien. cum allegat.

Secundum respiciebat notoriam iniustitiam sententiæ, pro qua ne dum euitanda, sed etiam pro dicta sententia su-
4 stinenda considerabant, quod licet vnio tollat suapte natura vacationem, & consequutiue priuilegium annatæ, cum tamen istud ius annatæ competat speciali iure est necessaria illius expressio, alias vnio est subreptitia, aut saltem ius Capituli remanet illesum ex deductis in Taruisina Plebis de Medullo 1593. corā Card. Millino, & in Toletana Annatarum 23. Ianuar 1585. coram bo. me. Orano.

Et in his terminis dicebant loqui Io. Andr. in c. tua nobis, super glos. in verbo retinere, de verb. signifi. vbi dicit, quod
5 facta vnione priuilegiatus habebit; nihilominus suam annatam, qui non poterat intelligi de prima vacatione, vt in dec. bon. mem. Peniæ; quia esset restringere ad vnicum casum, sci licet quando vnio esset facta de vacaturo, & tamen allegat text. in cap. pastoralis, de pri
6 uileg. in quo facta vnione Ecclesię sæcularis alicui Monasterio iura Episcopalia remanent illesa, quæ tamen sunt perpetua, & cum Io. Andr. & Doct. ibi loquantur de non vacantibus sua natura, vt sunt beneficia de mensa Hospitalia, & similia non poterant intelligi de prima vacatione, sed etiam de tempore futuro, quando vacatio cessauerat.
7 Deniq. ad tollen. notoriam iniustitiam sufficere dicebant,

quod fuerit probabile dubiũ iuris, ex Corn. consil. 10. num. 3. lib. 4. Contard. de moment. possess. lim. 9. n. 10. id quod satis apparebat ex dec. Card. Seraph. in qua ponuntur fundamenta contraria opinioni, quam Rota ibidem sequuta fuit. Imo, & tunc vigebant multæ Rotę deciss. factæ corã bo. me. Litta, & aliis Auditoribus super eo, quod de beneficiis vnitis deberentur Quindennia Capitulo. Et licet Rota postea variauerit tamen eo ipso, quod sententia fertur super materia super qua adest opinionum variatio, & conflictus, tunc non dicitur constare de notoria iniustitia ratione dubietatis, Capic. dec. 10. num 18. in fin. & seq. Contard. vbi sup. nu. 50. & 51. 8

Quibus tamen licet ingeniose, & subtiliter excitatis, nõ obstan. DD. pro confirmatione tenuerunt ex deductis, tam in decis. Card. Seraphini, quã bo. me. Penię, & vltimo loco D. mei Dunozet, quia tamen aliqua egebant particulari responsione, quæ deducta non fuerant, & alias deducta hic magis ad viuum resecabãtur, ideo stricte ad singula fuit responsum. 9

Et quidem ad primũ, quod transactio non fuerat reuocata per sententias, & sic firma remansit eadem met sententię respondebant cum in Prima explicite Rectores, & Beneficiati fuerint absoluti a solutione Quindenniorum, etiam vigore assertę concordię inter eos, & Capitulum initæ, quæ sententia fuit confirmata per secundũ R.P.D mei Caualerii

Decisio vero c. fin. de pact. in 6. particularem habet rationem, quæ versatur in vtilitate Ecclesię parrochialis, quæ transegerat cum Monasterio, alias vbi illa transactio fuisset præiudicialis indigeret cõfirmatione superioris, vt obligaret successorem, prout declaran. Lap. in d. c. fin. post Anchar & Imol. tradunt Geminian. ibid. num. 10. Franc. n. 3 ad fin.

Nec obstat, quod transactio tunc videbatur vtilis, quod sufficit pro illa sustinenda ex allegatis, Quia cum facta fuerit ex causa vtilitatis beneficiatorum, debebat existere vtilitas, tam de tempore contractus, quam ex post, adeo quod non sequuto effectu vtilitatis nihil referret a principio illã apparuisset vtilem, iuxta communem distinctionem, glo. in c. fine exceptione verbo profuturum, vbi Archidiac. num. 5. Laur. de Rodulph. num. 14. Aegid. num. 6. in glos. Nonne, 12. quæst. 2. Federic. cons. 249. nu. 2. versic. Simile huic, Henric. Boich. in c. tua, in fine, de

de his,quæ fiunt à prælat. Rebuff.in comp.alien.n.72.vers. si vero loquamur.Rot.dec.65 nu.4.par.2. diuers.

Ad illud verò de noua opinione Rotæ,quod nón sit trahenda ad præterita: Vltra quod procedit in Constitutione Principis antiqui iuris declaratoria, & sic non applicatur ad decisiones Rotales, fuit responsum, quod transactio non impugnatur ex quo Rota sententiam immutauit, sed quia, vt apparet ex deci-
11 sione Cardinalis Seraphini, & bon. mem. Peniæ,Quindennia numquam fuerunt soluta ex qua obseruantia non soluendi, & præsertim ex indulto Pij Quinti,& memoriali fe lic.rec.Clementis VIII.manifestissime apparet non deberi Quindēnia de illis beneficiis, quorum vniones ante d.indultum fuerant sortitę effectum, & de quibus nunc agitur vnde applicari poterat limitatio, Felin.in c. fin.num.6.versic. secundus casus est, de con
12 stit.quod vbi consuetudo prę terita,non reputatur rationabilis à viris doctis, tunc non procedit,glo. in c.1. in verbo de cetero,de postul.prælat.

Et difficultas cessabat in hoc casu,quo fuerat commissa causa nullitatis, & notoriæ iniustitiæ sententiæ bon.mem.Cardinalis Pamphilij,& rescissionis transactionis; qua Commissione stante cum de eo tempore iam superuenissent Decisiones contrariæ in quibus apparebat veritas istius nouæ opinionis illam debuit Iudex
13 sequi, & dictam sententiam reuocare, & transactionem rescindere. Felin.vbi supra n. 7. versic. Excipiuntur in primo casu,idem Feli. in c.inter cæteras nu. 4. in 5. declaratione,de re iudic.

Ad secundum circa notoriam in iustitiā in quo primo dicebatur requiri specialem mentionem iuris Capituli in vnione beneficiorum, alias remanere illesum ex allegatis,fuit respōsum,vt in dec.Card.Seraph.& b.m. Peniæ, hoc procedere in his in quibus datur cōpatibilitas, ita quod vno posito nō sequitur negatio, vel exclusio alterius, vt erat casus in Toletana Annatarū coram Orano, secus in exactione Annatæ,
14 quæ cum non debeatur, nisi sequuta vacatione beneficij incompatibilis est,cum vnione, & suppressione beneficiorum, qua concessa, non datur vacatio.

Et licet in illa Taruisina Plebis de Medullo ius conferendi, quod per Statutum confirmatum,spectabat ad Capitulum, esset incompatibile, cum vnione tamen, ideo vnio fuit
15 subreptitia, ob non factam

mentionem iuris Capituli, quia illud ius erat certum, & radicatum, quia siue occurreret vacatio per obitum, siue per resignationem, vel permutationem semper authoritas capituli erat necessaria in conferendo, vel consentiendo, c. vnic. iuncta glos. in verbo collationem, & ibi Doct. de rer. permut in 6. & ideo tale ius erat considerabile; in hac autem exactione annatæ ius Capituli erat incertum, & conditionale, si & quatenus beneficia vacarent per obitum poterat enim contingere, quod beneficia, quæ fuerant vnita ante vnionem non vacarent nisi per resignationes, vel
16 permutationes; Vnde cum illud ius annatæ esset incertũ, & euentuale non erat considerabile, vt in terminis de gratia impediente beneficij vacationem in præiudicium ius habentis sequuta vacatione tradit Rota decis. 21. num. 5. versic. Pro parte contraria de præben. in nou. cum alijs allegatis in dictis decisionib. coram Card. Seraph. & bon. me. Penia.

Ad doctr Io. Andr. & Doct. in cap. tua nobis de verb. signific. fuit dictum illam pro-
17 cedere in vnione Ecclesiæ, per quam non extinguitur titulus, nec alteratur status Ecclesiæ vnitæ iuxta cap. exposuisti, vbi not. Abb. num. 7. de præb. quem text. citat. Ioan. Andr. in dicto cap. tua nobis num. 3. in glos. in verbo retinere versic Nec putat referendo opinionem Vincentij, & in simili vnione tenuit Rota in Parmen. Prioratus 14 Aprilis 1600. coram bon. mem. Penia, text. etiam in cap. pastoralis de priuileg. similiter loquitur in concessione Ecclesiæ, quæ non mutat statum illius, atque ita in statu pristino conseruatur, vt post Innoc. & Doct. magistraliter declarat Abb. ibi num. 7.

Ex quibus infertur Io. And. & Doct. ibi supra loqui in pri-
18 uilegio compatibili, cum vnione de vacaturo, quo casu priuilegium poterat sortiri effectum in prima, vel vlteriori vacatione, atque ita non applicari ad istas vniones beneficiorum, quæ mutant statum & extinguunt titulum beneficij iuxta decis. Rot. 11. de reb. eccles. non alien. in antiqu. Cassador. decis. 13. num. 1. super reg. cum simil. & propterea non dicuntur vacare, Federic. consil. 200. num. 2. Sarnen. in regul. de trienna. quæst. 8. Paris. consil. 31. nu. 10. lib. 4. Rebuff. in pract. tit. de vnion. num. 13. Osasc. decis. 116. n. 3. & in terminis, quod
19 illud priuilegium Annatæ de quo in dicto c. tua nobis non com-

comprehendat casum in quo non vacat amplius beneficiũ, iuxt. text. in cap. cum accessissent, de Const. post Vincent. Petr. & Abb. antiq. in d. cap. tua nobis, tenent ibi Io. Andr. num. 2. Card. in secunda oposit. vers. Quæro, an hæc indulgentia, & aliàs tenuit Rota in decis. bon. mem. Peniæ.

Demum ad vltimum de probabili dubio istius articuli, & de varietate Rotæ, vt pro pterea non dicatur constare de notoria iniustitia sententiæ, fuit responsum, quod de stylo huius sacri Tribunalis
20 sententia, quæ non iustificatur ex actis, semper dicitur notorie iniusta, Cæs. de Gras. decis. 16. num. 15. de probat. & decis. 2. n. 6. de solut. cum ibi allegatis.

Et ita conclusum vnanimiter sententias esse confirmandas.

Elboren. Fructuum.

Veneris 20. Maij 1615.

SVMMARIVM.

Decretum habens clausulam alioquin, &c. reddit impetrationem ipso iure nullam, n. 1.

Beneficiatus à die priuationis beneficii, non facit fructus suos, vnde eius hæredes tenentur eos restituere, num. 2.

Fructus male percepti ab eo, qui ipso iure fuit priuatus, accrescunt Capitulo, seu interessentibus, num. 3.

Gratia in forma Dignum, & commissaria ante executionem nihil ponit in esse, & ideo non suffragatur, num. 4.

Gratia in qua narratur falsum, non est vtilis, num. 5.

Ad valide impetrandam gratiã post pœnam priuationis incursam, debent exprimi fructus percepti, sub num. 5.

Clericus intra sex menses datos ad expediendum, facit fructus suos, habens titulum, & bonam fidem, num. 6.

Clericus ex simplici nominatione ad beneficium, non facit fructus suos, num. 7.

Ad effectum faciẽdi fructus suos, non requiritur titulus, sed sufficit qualis qualis occasio possidendi, sub num. 7.

Mortuo eo qui habuit solam supplicationem signatam literis adhuc non expeditis, dicitur beneficium vacare per obitum, & ita seruat Rota, num. 8.

Quidquid sit in Cancellaria, ibi.

Noua vacatio inducitur mortuo beneficiato post sex menses literis non expeditis, num. 9.

Distributiones quotidianæ interessentibus accrescunt, nu. 10.

Fructus distributiones in casum amissionis non accrescunt, sed cadunt Ecclesiæ sub num. 10.

DECISIO XXIV.

CVm olim Didacus Vaz. Pereira Canonicus Doctoralis Ecclesiæ Elboren. iuxta formam Indulti fel. rec. Pij Papæ Quarti post electionem de se factam per concursum, & institutionẽ Ordinarij ad Regiam præsentationem, teneretur infra sex mensem nouam prouisionem a Sede Apostolica obtinere, & iura Cameræ soluere, alias dictis sex mensibus elapsis Canonicatus, & præbenda eo ipso vacarent, & ipse nihil de prædictis obseruasset, & obijsset postquam per tres annos possederat Canonicatum, & fructus præbendæ similiter percepisset Capitulum contra hæredes egit vigore statuti confirmati pro fructibus male perceptis coram Ordinario Elboren. qui illos condemnauit pro fructibus perceptis per totum tempus exceptis primis sex mensibus datis ad expedien. pro quibus eos absoluit. Causa introducta in Rota coram me, & proposito dubio in contumaciam hæredum; An sententia de partibus esset confirman. Rota in omnibus eam confirmandam censuit.

Ratio Decisionis fuit, quia in Indulto concesso Serenifs. Regi Portugalliæ adest expræssa clausula Decreti obligans eos, qui præsentati fuerint a Rege ad huiusmodi præbendam petere confirmationem Apostolicam infra sex mẽses a die institutionis cũ clausula alioquin dictis sex mensibus elapsis, &c. Cum igitur Didacus non expediuerit litteras infra sex menses, incidit sine dubio in pœnam contentam in dicto decreto, quod nõ solum est comminatoriam, sed inducit nullitatem ipso iure, iuxta decis. Crescen. 18. de præben. vbi aliæ referuntur, & nouiss. fuit dictũ in Colimbrien. pensionis 5. Nouemb. 1614. coram R.P.D. meo Manzanedo, & in terminis collationis a legato vigore indulti, cum simili clausula expedien. infra sex menses tenuit Rot. in vna Vlixbon. benef. 4. Decemb. 1600. coram b m Card. Pâph.

Quo fit, vt a die priuationis Didacus non fecerit fructus suos, & consequenter illius hæredes eos teneantur restituere, vt post Angel. in l. Prędonis loco, ff. de petit. hæred. trad. Castr. ibi n. 2. dicens tenendum menti singulariter cũ alijs allegatis per Modern. Hispan. ad reg 8. glos. 56. n. 125, Neque ad hunc effectum re-

respectu fructuum opus erat alia declaratoria, Felin. in cap. Rodulphus n.38. de rescript.

3 Et aure merito dd fructus adiudicati fuerunt Capitulo, quia interessentibus accrescebant tam de iure communi, ixta cap.1. de cleric. non resid. in 6. glos. in clem. 2. verb. pars dimidia de ætat. & qualitat. quam vigore statuti confirmati, de cuius obseruantia deponunt septem testes pro parte Capituli examinati super 8. articulo summ. num. 6. & latius in processu a fol. 104. vsque ad fol. 132.

4 Neque mouebat in contrarium noua gratia obtenta per Didacum, quia cum esset in forma Dignum, & Commissaria ante exequutionem, quæ nunquam facta fuit nihil posuit in esse, & ideo non potuit Didaco suffragari, clem. 1. vbi Card. n. 7. & 8. Vital. n. 15. de concess. præb. Mandos. in reg. de annal. quæst. 55. n. 3. Card. Seraph. decis. 1440. n. 3. & fuit dictum in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1593. coram b.m. Cardinali Pamphilio, & in Calaguritana Beneficij de Ocon. 30. Ianuarij 1606. coram Reuerendiss. Lugdunen. & in alia Calaguritana de Brã teuilla 7. Nouembris 1614. coram R.P.D. meo Pirouano.

5 Quę gratia, ex alio non poterat Didaco esse vtilis, quia falso narrauerat se nullos in dictis sex mẽsibus percepisse; & nihilominus contrarium probatur ex testibus summ. n. 3. Cum tamen ad effectum validè impetrãdi post incursam pœnam priuationis esset necessaria huiusmodi exprẹssio fructuum, quos perceperat, Rebuff. in reg. de subrog. glos. 4. n. 23. in fin. Cassador. decis. 6. n. 1. & seq. de præben. Put. decis. 13 eod. tit. & decis. 26. & 131. lib. 1.

6 Quo vero ad sex menses datos ad expedien. Didacus pro illo tẽpore fecit fructus suos, cum fuerit institutus ab ordinario etiam vigore indulti, & sic habuit titulum sufficientẽ, & bonam fidem ad eos acquiren. c. ex frequẽtibus vbi not. Abb. n. 2. de instit idẽ Abb. in c. grauis n 4. vers. Si vero habuit de restit. spoliat.

7 Et non obst. Rebuff. vbi sup. n. 23. quia loquitur in recipiẽtẽ fructus ex simplici nominatione, non autem vbi præcessit institutio, prout in casu isto; Et tanto magis, quia ad effectum, vt quis fecerit fructus suos non requiritur titulus, sed sufficit qualis occasio possidendi, Surd. decis. 25. num. 5. & decis. 211. num. 7. & fuit dictum in Rom. Vineę 7. Iunij 1610. coram Illustriss. Lancellotto, & sat est, malam fidẽ abesse, l. sed etsi lege, §. scire

vbi

vbi not.Bart. num. 2. ff. de petit. hæredit. Surd. consil. 115. num. 7. Cassador. dicta decis. 6. num. 9. versic. Quia procedit de præben. & tenuit Rota in dicta Romana Vineæ, & in Pampilonen. de Iansi 26. Octobris 1607. coram R. P. D. meo Decano.

8 Nec obstat, quod per illius obitum, qui literas non expediuit beneficium vacare non dicatur, sed eo modo, quo prius, Simonett. de reseruat. quæst. 55. cum alijs allegatis. Quia licet ita teneat Cancellaria tamen cõtrarium seruat Rota, quod nimirum per illius obitum, qui solam habet supplicationem signatam litteris non expeditis beneficiũ vacare censeatur, Rot. decis. vltima num. 4. de rescript. in antq. quæ est in pract. firma in Palatio, vt ait Cassad. decis. 8. num. 8. de restit. spoliat. & idem traditur in decis. 40. par. 3. lib. 2. & decis. 1919. par. 3. lib. 3. diuers. Et quamuis indultum Pij Quarti inducat no-
9 uam vacationem literis non expeditis, hoc tamen intelligitur post sex menses datos ad expedien. vt sunt verba clara ibi alioquin dictis sex mẽsibus elapsis Canonicatus, & præbenda eo ipso vacare censeatur, prout in similibus terminis firmat Nauarr. in cap. accepta in opposit. 8. solut. num. 37. de restit. spoliat. & fuit allegata decisio in Hispalen. beneficij de Xerez. 12. Maij 1603. coram bon. mem. Litta.

Ex quibus conclusum vnanimiter sententiam de partibus esse confirmandam.

In extensione tamen præsentis decisionis, quoad fructus Capitulum scrupulum mihi iniecit exceptio de qua in ventre statuti, ibi exceptis pœnis, quæ statim ad certum
10 locum applicantur. Vt enim omittam distributiones, quæ interessentibus accrescunt d. cap. vnic. de cleric. non resid. in 6. & glos. in clem. 2. de ætat. & qualitat. in verbo pars dimidia, cuius naturæ est communis massa, seu grossa ad hoc destinata, vt inter residentes certo anni tempore diuidatur Couar. lib. 3. var. cap. 13. n. 7. post med. versic. Et sanè ni fallor, Guttier. canon. quæst. lib. 1. cap. 2. num 107. & sequen. Nauarr. consil. 20. Canonicus Cathedralis num. 2. de celebr. Missar. vbi iuncto num. 1. expræsse tenet eos non deberi Cameræ Apostolicæ, quod etiam patet ex Cassador. dicta decis. 6. num. 6. versic. Aut inspicimus de præben. Alij tamen fructus, qui propriæ fructus sunt in casum amissionis non accrescunt interessentibus, sed cedunt Ecclesiæ iuxta di-

distinctionem glos. in clem. 2. verbo suspensus de vit. & honest. cleric. Felin in cap. Apostolicæ num. 12. versic. Durante autem de except. Couarr. vbi supra num. 7. post princ. versic. in ipsis vero fructibus, & solet fieri compositio cum Camera Apostolica pro eis male perceptis, Cassador. decis. 7. num. 2. de præben. Addo, quod statutum in quo se fundant Canonici loquitur de pœnis, quę per statuta Ecclesiæ infliguntur, huiusmodi autem pœna priuationis aliunde prouenit ex Constitutione scilicet Pij Quarti; Nisi in omnem euentum probet Capitulum huiusmodi fructus esse de distributionibus quotidianis: Ex quo inter ipsos interessentes diuiduntur, vt per Couar. dicto cap. 13. num. 7. versic. Et sanè ni fallor, Guttier. & Nauarr. vbi supra, quod tamen non probauit; Vnde super hoc vellem strictæ partes iterum audire, & DD. meorum Vota expectare.

Cremonen. Pensionis.

Lunæ 23. Martij 1615.

SVMMARIVM.

Donec non docetur de non iure beneficiati in beneficio non retardatur interim pensionis solutio. num. 1.

Reseruatio pensionis non facta mentione de alia, qua erat beneficium grauatum, est nulla num. 2.

Cum non constat de pensione, nisi ex narratiua in gratia non praiudicat, num. 3.

In reseruatione secunda pensionis debet fieri mentio de prima, quando prima est valide reseruata, num. 4.

Impugnanti secundam reseruationem pensionis ob non factam mentionem de prima incumbit probare de validitate prima sub num. 4.

Instrumentum publicum extractum ab archiuista facit fidem num. 5.

In litteris pensionis non est necessaria iustificatio, quod pensionarius sit asserta diœcesis, num. 6.

DECISIO XXV.

DOmini steterunt in decisis sub die 5. Decembris anni præteriti, dummodo iustificetur valor beneficij Sanctę Vrsulæ per Annibalem possessi, & valor obtenti de quo erit particulariter videndum.

Non obstat, quod pensio fuerit reseruata de consensu Baldi Catanei, quem dicitur non constare habuisse ius in beneficio, & sic pensio remanet

net nulla ex defectu consensus, quia placuit responsio, quod Schitius per cuius obitum fuit prouisus Anibal obtinuit sibi cedi ius a dicto Baldo, & per consequens cum ipse magnifecerit illius ius, nec Annibal eius successor po
1 test illud impugnare, vel saltem donec non docetur de notorio non iure Baldi non potest interim retardari solutio, Achill. decis. 1. & 9. de pension. & fuit dictum in Reatina pensionis 28. Ianuarij 1613. coram R.P.D. meo Pamphilio & in eadẽ 1. Decembris 1614. coram R.P.D. meo Vbaldo.
2 Prout non obstat, quod in reseruatione huius pensionis non fuit facta mentio de alia pensione, qua erat grauata ista Capellania, de qua erat facienda mentio, Cassad. decis. 3. de pension. Crescen. decis. 1 in princ. de reb. Eccles. non alien. Verall. decis. 77. lib. 2. in manuscript. & 301. par. 2. in impress. Accoromb. decis. 16. & fuit dictum in Valentina pensionis 25. Maij 1601. coram Illustrissimo Millino, & in alijs; Quia fuit responsum, quod non constat de tali pensione, nisi ex narratiua ipsius Annibalis in eius gratia, quæ non præiudicat D. Scipioni ab illo causam non habenti, l. certum, §. sed an, & ipsos, ff. de confess. Achil. decis. 4. num. 2. eodem titulo, nec percutit tempus reseruationis suæ pensionis, prout requiritur, Crescent. vbi sup. num. 1.
4 Illa etiam conclusio, quod de prima pensione est facienda mentio, in secunda intelligitur de valide reseruata, alias de pensione nulla non requiritur mentio, Verall. dicta decis. 301. par. 2. & propterea, qui dat de nullitate secundæ pensionis ob non factam mentionem primæ, tenetur probare illius validitatem, vt sępius fuit resolutum, & in specie in Senogallien. pensionis 23. Iunij 1586. coram Cardinali Platto, & in Valentina pensionis 25. Iunij 1601. coram Illustrissimo Millino, & in eadem 4. Decembris 1602. coram Reuerendiss. Bononien.

Ad illud vero, quod non iustificabatur Clericatus D. Scipionis cum non exhibeantur literæ patentes, sed sumptum informe, in quo etiam adest diuersitas in diœcesi cum in eo legatur nomen Scipionis Rotæ Ciuitatis Castelli reseruatio autem pensionis cantet ad fauorẽ Scipionis Rotæ Ferretran. diœc. Placuit respõsio Clericatum iustificari ex instrumento publico extracto
5 ab Archiuista, quod facit fidẽ, vt fuit dictum in Siracusana Quartæ 24. Maij 1606. coram Litta. & in Hispalen. Decimarum

rum de Ajamonte 12. Maij 1616. coram R. P. D. meo Pamphilio, & vlterius est subscriptum ab Episcopo Callien. ad trad. per Doct. in c. post cessionem de probat.

6 Expressio autem Feretran. Diœc. de qua in literis pensionis non indiget aliqua iustificatione, tum quia fuit facta a Papa non a parte, Seraphin. decis. 330. num. 3. Tum quia est superflua, & minime necessaria, Aegid. decisione 4. cum alijs adductis in Conchen. beneficij 11. Maij 1609. & 10. Maij 1610. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.

Ex quibus, & alijs in decisione adductis, & hic per informantes, quæ DD. placuerunt, & per quæ tolluntur omnia in contrarium deducta fuit conclusum esse stãdum in decisis.

Anconitana Cõputorũ

Veneris 27. Martij 1615.

SVMMARIVM.

Socius debet habere suam portionem in societate,

DECISIO XXVI.

SEntentiam R.P.D mei Pamphilij confirmandam esse DD. censuerunt, quoad primam partitam scut. 1369. quæ ex tenore dd. sententiæ debebat cedere in vtilitatem societatis, non autem solius Lucini demptis tamen scutis 116. quæ erant debita Lucino reseruato, quod de altera partita scut. 1665. particulariter videretur.

Cum enim dicta prima partita non esset debita Lucino particulari eius nomine, sed societatis, vt clare apparet ex discursu, & decisionib. in hac causa factis; ideo quicquid ipse Raua remansit debitor, non ipsius Lucini, sed societatis debitor remansit, & tamquam de credito societatis 1 ipse pro sua contingente portione participare debebat l. si societatem, l. si non fuerint, ff. pro soc. instit. eod. in princip. versic. Et quidem, Bal. in l. 1. quæst. 4. num. 22. C. pro soc. Ant. Gomez. tom. 2. var. cap. 5. num. 5. Couarruu. lib. 3. var. cap. 2. num. 3. ad med. versic. Hinc primo apparet, Menoch de arbitr. cas. 125. n. 5 cũ alijs alleg. per Hect. Felic. de societ. c. 15. n. 44. & fuit dictum in Meliten. Conseruæ 3. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Buratto confirmata 28. Nouemb. 1614. coram eodẽ. Nec obstat, quod pro parte Lucini dicebatur fore sibi reficiendam partitam scutorum 3060. & Cambiorum, quę fuit soluta

ſoluta de pecunijs ſocialibus, & tamen erat ſoluenda de proprijs pecuniis Rauæ poſt quam erat proprium ipſius debitum, non autem ſocietatis: Quia fuit reſponſum, quod fideiuſsio pro Rota,& Balladoro non fuit facta à ſolo Raua, ſed a ſocietate,& litteræ Cambij fuerunt ſubſcriptæ tam nomine Raaę, quam Lucini, & in Bilancio facto Venetiis dd. Rota, & Balladorus fuerunt poſiti inter debitores ſocietatis. Et in omnem euentum, tam in calculo facto hic in Vrbe,quàm in ſententia bo. me. Cardinalis Seraphini, fuit Lucino reſeruatum ius pro iſta partita erronee appoſita in dd. Bilancio, & Laudo Venetiarum, vt in deciſionibus in hac cauſa factis, et per conſequens bene remanet iuſtificata ſententia Rotalis, quæ dictum laudum, & mandatum tanquam erroneum in dicta partita ſcut. 1369. reuocauit demptis, vt ſupra ſcutis 116. in quibus erat creditor Lucinus. Et ita concluſum.

Tiraſonen. Penſionis.

Veneris 3. Aprilis 1615.

SVMMARIVM.

Notarius actuarius poteſt extrahere examen teſtium a ſe examinatorum, num. 1.

Notarius actuarius poteſt dare exemplum authenticum, abſq; literis compulſorialibus, & alia ſolemnitate ſub num. 1.

Extractio actorum dicitur legitima, quæ facta eſt a Notario ſucceſſore in officio, num. 2.

Extractio facta in vim compulſorialium ſeruata forma eſt legitima, num. 3.

DECISIO XXVII.

IN cauſa Tiraſonen. Penſionis die 13. Martij proxime prę teriti cùm dubitaretur An conſtaret de vnione Eccleſiæ Parochialis loci de Ablitas ad Collegiatam Oppidi de Tudela, ad effectùm, vt penſio ſuper fructibus d. Pabrocchialis ad fauorem Petri Fernãdez ſine conſenſu Capituli reſeruata eſſet valida, vel inualida, Rota pro faciliori directione cauſæ voluit particulariter videre, An Iura Capituli eſſent in forma probanti, quo Dubio propoſito hodie 3. Aprilis ſolo Capitulo informante, quia procedebatur per cõtradictas illa eſſe bene extracta, reſpondit circumſcripto, An probarent de quo poſtea erit videndum.

Quantum enim ad examen 13. teſtium ſummario num. 3. &

& aliud 8. testium eodem sum. num. 4.

1 Si illud prout dicitur, fuit extractum ab eodem met Notario Actuario per quem dicti testes fuerunt examinati res carebat difficultate, cum ipse bene potuerit eorum exemplum authenticum dare absq. litteris compulsorialibus, & alia solemnitate in extractione requisita, Rot. decis. 1. de fid. instrum. in nou. & decis. 4. eodem titulo in antiqu. Veral. decis. 170. num. 1. par. 1. & decis. 351. in princ. par. 2. & fuit sępissimè resolutum, & in specie in Hispalen. legitimitatis 12. Decembris 1611. & in Tuden. Parocchialis 9. Aprilis 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Mediolanen. Decimarũ 4. Iulij 1614. coram me.

Sed est aduertendum, vt vnus ex DD. dicebat, quòd ex attestatione quæ datur in nouo summario num. 1. non colligitur, quòd dicti testes fuerint examinati coram illo Notario, sed tantum, quod ille fecit extrahere, & extraxit dictũ examen ex processu in causa Tirasonen. Parocchialis de Ablitas, qui erat in officio penes ipsum.

Quò verò ad Sententiam antiquã Ordinarij testes examinatos super Decimarũ perceptione, & assignatione congruæ pro Vicario, & Instrumenta pręsentationũ, & institutionum de quibus in eodẽ

2 nouo summario num. 2. Non videbatur posse dubitari de illorum legitima extractione, tum, quia fuit facta à successore in officio, Dec. in auth. si quis in aliquo num. 26. C. de eden. Veral. decis. 244. nu. 3. par. 2. & fuit dictum in Illerden. Visitationis 14. Nouembris 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in Mediolanen. Decimarum 23. Ianuar. 1612. coram R. P. D. meo Pirouano, & in eadem 4. Iulii 1614. coram me; Tum

3 quia ex superabundanti fuerũt extracta vigore compulsorialium à Rota emanatarum, seruata illarum forma, & citato Valentino de Gratia legitimo contradictore, Rota decis. 1. & 2. de fid. instrumen. in nou. & 4. eodem tit. in antiq. Vnde haberi debent pro legitime extractis, etiam respectu Petri qui non interuenit in illo iudicio, Veral. decis. 351. num. 6. par. 2.

Eadem ratio legitimæ extractionis fuit habita quoad alia duo instrumenta, videlicet, cuiusdam præsentationis à Capitulo factæ de Vicaria de Ablitas 15. Nouembr. 1498 & sententiæ de anno 1519. super

per iure percipiendi omnes Decimas per dictum Capitulum in præfato Oppido de Ablitas, quæ fuerunt extracta per Christophorum de Reus Notarius ex suis prothocollis, & originalibus penes se existentibus, & etiam vigore dictarum literarum compulsorialium eodem summario, num. 2. prout etiam literæ Apostolicæ Alexandri Tertij, & aliæ Legati Apostolici sub Celestino Tertio Instrumentum concordiæ cum Episcopo Donario Regia eiusque confirmationes factæ per Adrianum Quartum, & dictum Cælestinum quæ fuerunt extracta de suis Originalibus existentibus in Archiuio dictæ Ecclesiæ vigore compulsorialium d. num. 2. visa fuerunt bene extracta ex supradictis. Et ita conclusum.

Toletana Decimarum de Capilla.

Lunæ 6. Aprilis 1615.

SVMMARIVM.

Inter duos procuratores insolidū datos præfertur præoccupans, vnde actus facti cum alio sunt nulli, num. 1.

Sanatoria arbitrio Rotæ obtenta inerat arbitrium cum nihil releuans ex adducitur, n. 2.

Pars dando interrogatoria videtur præstare consensum, vt in ipsius absentia fiat examen, num. 3.

Defectus vbi non est totalis intrat arbitrium Rotæ pro illius sanatoria, num. 4.

Præoccupatio facta ab vno ex duobus procuratoribus insolidum non excludit ipso iure alterum, num. 5.

Clausula, & in alijs quibuscumque, &c. ampliat dispositionem vltra specificata, num. 6.

Etiam in maioribus expressis sub num. 6.

Continente expresso frustra exprimuntur contenta, quæ veniūt ipso iure, num. 7.

Obseruantia declarat verba contractus, & mandati, num. 8.

Mandatum præsumitur ex coniecturis, num. 9.

Persona alicuius tanquam procuratoris approbata non potest reprobari sub num. 9.

Dispositio c. si duo de procur. in 6. procedit in præoccupatione iudiciali, num. 10.

Cum nullitas apposita est turbida non impedit arbitrium pro sanatoria, num. 11.

DECISIO XXVIII.

FVerat resolutum in hac causa 10. Maij 1604. coram b. mem. Cardinali Pamphilio testes, qui iurarunt citato Nicolao

colao fuisse nulliter examinatos, ob defectum mandati, quia licet ipse fuerit in solidum substitutus simul cum Gabriele tamen Gabriel per productionem mandati, & alios actus illum in Officio præoccupauerat, cap. si duo de procurat. in 6, & cap. non iniuste, & vtrobique glos. & Doctor. ex. eodem titulo. Nec suffragari aliud mandatum eidem Nicolao datum, quia fuit restrictum pro Ciuitate Toletana, & sic non erat sufficiens pro Ciuitate Abulen. vbi testes iurarunt, Verall. decisione 335. parte secunda; Cum autem pro parte Moderni Excellentissimi Ducis fuisset obtenta sanatoria, cum clausula Arbitrio Rotæ, & proposito de more dubio, an intraret Arbitrium sub die vndecima Martij 1615. non liqueret, Hodie sexta Aprilis, illo reproposito Domini vnanimiter affirmatiue responderunt.

Ratio Dominorum fuit, quia Testes examinati citato Nicolao, vti procuratore Domini Archiepiscopi fuerint examinati cum eisdem interrogatorijs productis a Gabriele indubitato procuratore, vt constat ex lectura interrogatoriorum, de quibus in prima par. process. remissorialis fol. 1276. & ex lectura depositionis testium, vt supra examinatorum fol. 1468. quo casu, cum nihil aliud potuisset circa illos testes releuans adduci, quod non fuisset adductum in eisdem interrogatorijs, quæ plene fuerunt euacuata; ideo intrat arbitrium ad sanan. huiusmodi defectum, ex decis. Put. 301. lib. 3. sæpius canonizata, & in indiuiduo consimilis defectus in Calaguritana iuris votan. 19 Ianuarij 1590. coram bon. mem. Orano, & in Treueren. Decimarum 20. Martij proxime præteriti coram R. P. D. meo Dunozet.

2

3 Alia etiam ratio adducitur a Put. vbi supra, quia pars dando interrogatoria, videtur præbuisse consensum, vt in absentia eius examen fieret, quod efficit illud validum, Bal. in l. si quando, num. 14. C. de test. Felin. in cap. 2. nu. 13. in 8. limit. ex eod. Gabr. de citat. conclus. 1. num. 346. Cæs. de Graff. decis. 9. num. 6. vers. 3. nam pars, de sent. & re iudic. Rot. decis. 415. num. fin. par. 1. & 217. num. 2. par. tertia lib. 3. diuers. Vnde licet Gabriel verus procurator fuerit absens, & Nicolaus ab eo præoccupatus interfuerit examini sufficit illud factum fuisse cum interrogatorijs a Ga-

Gabriele productis, vt propter illius consensum possit examen sustineri.

Et in hoc fundamento dationis interrogatoriorum per Gabrielē, vt dixi fuit cõcors Dominorum sententia; Illa autem decisio coram bo. me. Card. Pamphilio fuit facta cum præsupposito, quod interrogatoria fuerint data per Nicolaum.

4 Aliud etiam motiuum placuit maiori parti Dominorũ, quod hic non adest totalis defectus mandati, quo casu æquitas suadet intrare arbitrium pto illius sanatoria, quemadmodum intrare solet in defectu citationis, vel iurisdictionis quãdo nõ est totalis, Vestr. in prax. lib. 5. c. 13. num. 2. & lib. 7. cap. 1. n. 6. Cæs de Graff. decis. 4. in fin. de rescript & de stylo attestatur R. P. D. Marchesanus in trac. de Commiss. par. 2 cap. 1. num. 63 & cap. 3 num. 35.

Quod autem hic non adfuerit totalis defectus mandati patet, quia aut volumus attendere substitutionem Nicolai,
5 simul cum Gabriele, & cum ambo fuerint substituti insolidum, licet absque clausula, quod non sit melior conditio præoccupantis, vel quod vnus possit percipere, quod alius inchoauit illa præoccupatio Gabrielis non excludebat Nicolaum ipso iure, & vbi is, qui præoccupauit instaret, ne alius admitteretur, vnde validum fuit examen hoc non opposito, Aretin. in l. si pluribus num. 4. vers. Illa tamen præoccupatio, ff. de leg. 1. & fuit dictum in Pampilonen. Matrimonij 4. Februarij 1585 coram b. m. Orano, & in Tuden. Parrochialis 20. Maij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.

Aut vero consideramus aliud mandatum Archiepiscopi datum eidem Nicolao, & negari non potest quin sit aptũ comprehendere etiam alia loca præter ibidē expressa; quia licet in eo fuerint specificata Regiæ Audientiæ, & Cancellariæ Vallisoleti, & Granaten. & Ciuitas Toletana, & oppidum de Alcalà, & Nicolaus fuerit deputatus pro Ciuitate Toletana, sicut pro alijs tribus locis expressis certi sunt Procuratoris constituti; Attamen post loca expressa sequitur, & in alijs quibuscunque Tribunalibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, quibus oportuerit, & fuerit
6 necesse, quæ dictio. & ampliat mandatum, vltra loca, & casus specificatos, Put. decis. 230. lib. 2. Crescent. decis. 3. de procurat. & est doctr. Bal. in rubr. num. 17. C. de contrah. empt. quod contractus

ctus ampliatur per ampliatiuas dictiones, & copulas, Attenta etiam generalitate verborum in alijs quibuscunque Tribunalibus, &c. quæ includit non solum alia, verum etiam maiora expressis, vt late per Felin. in c. sedes num. 5. in secunda, & quinta declaratione de rescript. vbi in specie loquitur in mandatis procuratorum.

Hinc cessat interpretatio exaduerso data ad illa verba, & in alijs quibuscunque Tribunalibus, vt intelligantur de Tribunalibus earumdem Ciuitatum pro quibus procuratores præfati respectiue fuerant constituti, quia cum superius fuissent nominata Ciuitas Toletana, & oppidum
7 de Alcalà non erat necesse expresso continente exprimere contenta, quæ eo ipso veniebant, l. 2. & l. qui in continentibus, ff. de verb. signific. l. cum Tabernam, ff. de pignor. Ideo, vt vitetur superfluitas, pro qua euitanda omnis possibilis interpretatio fieri debet, l. Si stipulatus, ff. de vsur. Gozad. conf. 74. num. 8. Gabriel. consil. 154. num. 10. lib. 1. etiam iuri contraria, vt pluribus firmat Cæph. conf. 267. num. 28. & seq. & fuit dictum in Romana Vineæ 14. Nartij 1608. coram Illustriss. Lancellotto, verba subsequentia, & in alijs quibuscunque tribunalibus necessario debent intelligi de alijs tribunalibus aliarum Ciuitatum.

Et hunc intellectum probauit obseruãtia subsequuta, dũ in Ciuitate Abulen. Nicolaus segessit pro procuratore, qui propterea tale mandatum habuisse præsumitur, Dec. consil. 77. num. 3. in fin. versiculo, Et ad hoc bene facit, & pro tali vero, & legitimo procuratore, etiam ille fuit habitus, & receptus a Iudice, & a parte Ducis;
8 quæ obseruantia declarat verba contractus, & mandati quatenus illa essent dubia, Castr. conf. 347. num. 4. lib. 1. Crauett. consil. 101. num. 3. Gabr. conf. 53. num. 15. & consil. 66 num. 24. lib. 2. Rot. dec. 571. num. 3. par. 1. Surd. decis. 134. num. 9.

Attento etiam, quod Nicolaus erat incola Ciuitatis Toletanæ, vt enunciatur in mandatis, & venit, & diu commoratus fuit in Ciuitate Abulen. pro hoc examine,
9 vnde præsumitur mandatum cum hæc non soleant fieri gratis, & præsertim, quia, vt dixi illius persona fuit per partem aduersam Ducis approbata cum fuerit tam, quam procurator Archiepiscopi citatus, vt in terminis

est decis. Seraph. 1467. num. 1. & in specie de duobus procuratoribus insolidum datis dicitur fuisse resolutum in Bononien. fideicommissi de Mauris 24. Nouembris 1606. coram Illustrissimo Lancellotto, & in Romana Dotis, seu testamenti 4. Decembris eod. anno coram Reuerendiss. Bononien.

10 Addebat vnus ex DD. circa intellectum, cap. si duo, illum text. loqui de præoccupatione iudiciali, quæ fit per litis contestationem, qualis nō fuit ista ad examen facien. vt in terminis fuit responsum in Tuden. Parrochialis de Robodera 20. Maij. 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno.

Ex quibus, vel est dicen. huiusmodi nullitatem non obstare, vel saltem negari non po-
11 test, quin sit turbida, quo casu intrat arbitrium pro sanatoria, etiam si sit nullitas mandati, Crescen. decis. 8. in fin. de re iudic. & fuit dictum in Eboren. Iurisconferen. 18. Martij 1611. coram R.P.D. meo Manzanedo.

Et ita conclusum.

Beneuentana Bonorum.

Lunæ 4. Maij 1615.

SVMMARIVM.

Iudex nulliter procedens non priuat anteriori possessione eum, qui non habet se pro spoliato, num. 1.

Statuta recipiunt interpretationem a iure communi, num. 2.

Ius commune probibet mulieres fideiubere, etiam pro patre, num. 3.

Minor masculus, vel pupillus a iure communi non prohibetur fideiubere sub num. 3.

Relatio quando induceretur iurium correctio non fit ad omnia præcedentia, num. 4.

Statuta debent restringi quantū fit possibile, vt minus corrigāt ius commune, num. 5.

Causa necessaria, & vtilis filij, dicitur bonor patris, etiā mortui, num. 6.

Nullitas cum est turbida non reuocatur immissio possessionis facta, num. 7.

Obligatio facta in carceribus cū solemnitatibus requisitis excludit metum, num. 2.

Opponens de nullitate exequutionis, quod non prius fuerit super mobilibus, debet probare fuisse mobilia, & tradidisse inuentarium, num. 9.

Obligatio Cameralis non admittit excussionē, vt prius mobilia

ca.

capiantur sub num.9.
In maioribus 14. annis non est necessaria curatoris citatio, aut illius comparitio, & defensio, cum sit in electione actoris citare, quem velit, num. 10.
Praxis aliud obseruat sub num. 10.

DECISIO XXIX.

PLura opponebantur pro Vitellijs in repropositione dubij contra decisionem ad ostenden. quod Iudex nulliter, & iniuste processerat ad im-
1 missionem, & per consequens eos non priuauerat sua anteriori possessione, ex quo eis competebat manutētio, cum non se habuerint pro spoliatis, vt sæpius fuit decisum, & signanter in Mediolanen. beneficij 10. Martij 1614. coram me.

Et primo deducebatur nullitas obligationis minorum
4 ex dispositione statuti Beneuentani sumn. primæ positionis num. 1. quod vt ipsi dicebant prohibet minores, & mulieres pro aliquo etiam patre vel marito fideiubere alias obligatio sit nulla, nec confirmetur iuramento.

Verum placuit responsio,
5 quod statutum loquitur de contractibus mulierum in prima parte prohiben. ne possint fideiubere; in secūda vero parte eisdem alios cōtractus permittit seruatis tamen certis solemnitatibus, vt ibi vnde dum postea in secundā parte statutum mandat, quod in contractibus pupillorum, & minorum seruentur omnia dicta in contractibus mulierum debet relatio fieri ad illam partem statuti vbi mulieres cum certis solemnitatibus contrahere permittuntur non autem vbi illæ a fideiussionibus ar-
2 ceantur, quia statuta recipiunt interpretationem a iure communi, l. 1. §. lex falcidia, vbi not. omnes, ff. ad l. falcid. quod ius comune prohi-
3 bet quidem mulieres fideiubere, etiam pro patre minorem autem masculum, vel pupillum non prohibet, l. si paternam, vbi glos. & Doct. C. ad Velle. l. Filius familias cum cōcord. in glos. & ibi quoque not. Doctor C. de fideiuss. Et
4 relatio non fit ad omnia præcedentia quando induceretur iurium correctio Panorm. in c. Ecclesia vestra il secondo per illum text. num. 5. de elect. Ias. in l. talis scriptura, num. 39. ff. de leg. 1. Capic. decis. 21. num. 11. Gabr. de clausul. cōcl. 9. n. 5. Quod multo
5 fortius procedit in statuto, quod debet restringi quātū fieri possibile, vt minus corrigat ius comune etiā verba impropriando, Abb. in c. cū dilectus

num. 21. de consuet. Roma. conf.199.num.4.Gozad consil.88 num.8. Grat.consil.46. num.8. lib.1.

Secundo, hęc nullitas fundabatur in defectu causæ necessariæ, vel vtilis, quam requirit statutum ex quo de tẽpore ratificationis primæ obligationis, scilicet de anno 1612. Pater erat mortuus, & sic cessabat causa eum liberandi ab imminenti carceratione, sed fuit responsum,
6 quod causa satis vrgente, & sufficiens obligationis, & ratificationis huiusmodi fuit honor paternus, ne scilicet simul eodemque tempore detegeretur periurus, & mendax, cum eadem bona filijs, vt prætenditur donata alteri, deinde hoc tacito, tamquam sua, & propria obligasset in impositione census ad fauorem Octauij, & fratrum de Galeatijs, & cum pro parte illorum fuerit appellatum a sententia A. C. quę canonizauerat hanc, & alias nullitates, & causa super validitate huius obligationis reperiatur commissa R.P.D.
7 meo Dunozetto, interim stante turbiditate istius nullitatis, & immissione data a Iudice non debet ita indirecte ad eius reuocationem procedi per viam manutentionis ad quam agitur solum, quando Iudex notorie iniustè processit; alias remedium ordinarium dicendi de nullitate sententiarum penitus esse sublatum, vt optime firmauit Rota in causa Rom. de Bombellis, Veneris 31. Maij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.

Tertio opponebatur nullitas istius obligationis, quod fuerit facta metu carcerum,
sed fuit dictum, quod Vitellij in carceribus reperiebantur vigore mandati Iudicis ex cuius interuentu, & propinquorum, ac aliarum solemnitatum excluditur omnis metus, Bal. in l.2.quæst.9. C. de rescin. vendit. Aym.consil.114 num.3.cum alijs per Menoch. præsumpt. 128. num.5. & 6. lib. 3. 8

9 Quarto, allegabatur nullitas ex defectu processus, eo quod fuerit facta exequutio super stabilibus non facta excussione super mobilibus, sed placuit responsio data in decisione, quod Vitellij non docent de inuentario, ex quo appareat adesse mobilia, & in omnem euentum excussionem cessare ex obligatione Camerali de qua in instrumento.

Quoad aliam, & quintam nullitatem, ex quo minores non fuerint defensi aliqui eam intelligebant, quando minori competunt defensiones; aliqui eam remouebant ex

citatione minorum, & oppositione pro parte eorumdem de nullitate censu, qua non obstante cum fuisset relaxatum mandatum contra bona hereditaria fuit ab illa relaxatione appellatum, & in eius appellationis vim obtenta inhibitio ab Auditoris Cameræ, quæ postmodum fuit moderata; ex quibus, & alijs in processu ipsos non indefensos remansisse dicebant, & cum essent maiores 14. annis, & omnes adulti non erat necessaria Curatoris citatio, aut illius comparitio, & defensio cum sit in optione Actoris, quem velit citare, Alex. in l. Si ex legati num. 8. ff. de verb. obligat. Card. in clem. religiosus, quæst. 5. in fin. num. 9. de procur. Mandos. de commiss. form. 4. versic. Ad legitime comparendum, & de ætat. minor. quæst. 10. num. 5. & 9. Et licet aliqui ex DD. de hac conclusione dubitauerint, quia in practica seruatur, quod si adultus habet Curatorem debet Curator citari, & non sufficit citare adultum, sed si eo caret tunc adultus citari potest, vt legitime compareat, & sibi Curatorem petat adden. ad Dec. consf. 449. num. 11. in verbo Adultum Afflict. decis. 262. num. 7. & ibi Vrsill. num. 3. Socin. in tract. de cit. art. 29. num. 49. Attamen de consensu maioris partis ex illa, & alijs rationibus obtinuit esse stan. in decisis.

Romana Dotis.

Lunæ 11. Maij 1615.

SVMMARIVM.

Mediator non est testis idoneus, num. 1.

Defectus vnius testis suppletur integritate alterius, num. 2.

Veritas potest comprobari ex adminiculis vnius causæ cum nõ constat de alia num. 3.

Assecuratio non importat præcise, quod quis se obligat soluere de proprio num. 4.

Dos intelligitur promissa; etiam verbis ambiguis, & interpretationi indigentibus, num. 5.

Neutri ex testibus contrarijs creditur, num. 6.

Testes cum potest debent reduci ad concordiam in eorum depositionibus, num. 7.

Etiam vt probent sub n. 7.

Testes deponẽtes de negotio principali, licet sint ambigui de loco dicuntur contestes, num. 8.

Testis in alio iudicio examinatus non probat, num. 9.

Fallit ex adminiculis aliorum testium sub num 9.

DECISIO XXX.

DVbitaui, an D. Moranzanus teneatur ad soluendũ Hippolito scuta 500. de proprio, & 29. Martij præteriti resolutio fuit Dilata cum autem die tertia Aprilis inter DD. non liqueret hodie fuit capta resolutio Moranzanum teneri fundamentum fuit quia per duos testes contestes scilicet Horatium Maglionum I. V. D. & familiarem Sanctissimi ab Hyppolito, & Darium de la Penna ab eodem Moranzano inductos vna cum alijs adminiculis satis sufficienter fuerat probata promissio Dotis scut. 1500. facta per Moranzanum, videlicet scuta mille in tot locis Montium, & aliorum scut. 500. quæ Moranzanus promisit soluere de proprio.

Non obst. quod Horatius primus testis esset mediator, ac propterea non idoneus, nec omni exceptione maior, etiam ad proban. d. promissionem dotis, vt contra Ruin. conf. 34. nu. 5. lib. 4. Menoch. conf. 92. num. 87. Benintend. decis. 61. num. 3. vers. Sed in promissione dotis tenet D. Farinac. de test. quæst. 60. illat. 16. limit. 17. num. 447.

1 Et quod hæc negatiua opinio est verior, & magis communis tradit Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 95. num. 32. Quia cum eius dicto concurrit de-

2 positio Darij de la Penna a Moranzano approbati, quo casu defectus vnius testis suppletur integritate alterius, vt declarat idem Ioseph. Ludouic. vbi supra num. 35. cum duobus seqq. & pro reg. firmat Gabr. de test. conclus. 5. num. 1.

Et tanto magis quia dd. testes adminiculantur ex depositione Francisci Catalani, qui deponit de auditu, & confessione eiusdem Moranzani, & in exequutionem istius promissionis fuerunt ab eodem Moranzano soluta scuta 92. & in tot localibus expensa alia scuta 210. vt constat ex duabus Apocis ab ipso scriptis, & subscriptis, & ex

3 depositione eorũdem testium ex quibus satis videtur comprobari veritas huius promissionis scut. 500. cum non constet de alia causa, Aym. consil. 158. num. 13. Ruin. conf. 61. num. 9. lib. 1. Olasch. decis. 58. num. 18. Rot. decis. 751. num. 6. vers. Prima fuit par. 1. & in terminis fuit dictum in vna Romana dotis, seu pecuniaria 17. Iunij 1602. coram Reuerendiss. Bononien.

Non obstat, quod Darius de la Penna declarauerit suam depositionem, quod illa verba

ba; E gl'altri 500. scudi assi-curaua esso Signor Gio. Matteo, non dixerat, quod assecurabat de suis proprijs pecu
4 nijs, quia huiusmodi assecuratio idem importat, ac si Moranzanus soluere se obligasset, adeo, quod statim conueniri poterat, Ruin. consil. 19. num. 3. versic. Plus autem dico, & num. seq. lib. 4. Stracc. siue Petr. Santer de assecurat. par. 3. num. 57. versic, In
5 quæstione tamen, Vltra quod dos nedum intelligitur promissa verbis expressis, sed etiã verbis ambiguis, & interpretatione indigentibus, Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 10. num. 23.

Neque refert, quod depositiones Horatij, & Darij sint contrariæ dum Horatius dicit fuisse præsentem conclusioni tractatus Matrimonij, & Darium pariter fuisse præsentem subdens, & la conclusione, se ben mi ricordo fu a Mõte Cauallo, Darius verò in sua depositione dicit, fuisse apud S. Petrum dando in contestem, & præsentem eundem Hora-
6 tium, quæ depositiones tãquã contrariæ operantur, vt neutri sit credendum ex allegatis, quia si bene distinguantur tempora nulla resultat contrarietas inter hos testes; Nam Horatius dicit conclusionem matrimonij fuisse factam a Monte Cauallo, & all'hora fu promessa vna dote al detto Hyppolito in questo modo, &c. Darius autem dicit, dopò più volte hanno parlato insieme sin che detto matrimonio seguì & de tempore conclusionis nihil deponit de tractatu dotis; Quinimo subdit; e se all'hora fusse trattato di dote non me ne ricordo, ma doppo in San Pietro si trattò, &c. & sic aliud est tempus conclusionis matrimonij, & aliud post conclusum matrimonium, quod sufficit ne depositiones inter
7 se sint contrariæ, sed bene conueniant, & ad concordiam reducantur, prout fieri debet, etiam vt probent Felin. in c. cum tu num. 6. vers. Quarta cõclusio de test. Ruin. cons. 5 num. 17. lib. 4. Cas. de Grass. decis. 5. num. 13. de Spõsal. & dicta testium non sunt cauillanda, sed viuanda, Bal. in l. de quibus num. 135. ff. de leg. Alex. consil. 185. num. 5. lib. 7.

Imò cum locus non esset de substantia tractatus super constitutione dotis, ex quo nõ resultabat diuersus effectus, si fuisset celebratus vno loco magis, quam in alio te-
8 stes satis dicuntur contestes super dicto tractatu, ex quo ambo in eo concordant etiam si vnus deponat precise,

che

che fù in S. Pietro; alter verò dubitatiuè per verba, se ben mi ricordo che fù à Monte Cauallo, iuxta tradita per Alexand cons. 156. num. 10. in fin. vers. Non obstat etiam & num. seq. lib. 5. Crauett. cons. 78. num. 9. vers. Amplius si vnus testis.

9 Vltimo non obstat, quod Darius non fuit examinatus in hoc iudicio; sed in alio, & ad alium finem scilicet pro recuperatione nonnullorum bonorum, quæ Moranzanus prætendebat esse sua, ac propterea non probet etiam inter easdem personas, iuxta decis. Veral. 419. lib. 1. in manuscript. Vltra enim quod non poterat dici omnino diuersum Iudiciũ, ex quo Hyppolitus pretendebat illa habuisse ad computum horum scut. 500. Cessat difficultas ex alijs duobus testibus, & adminiculis.

Senogallieñ. Predij.

Lunæ 11. Maij 1615.

SVMMARIVM.

Obligatio Cameralis ex publico instrumento non vulnerato habet exequtionem paratam, vt res iudicata, & propterea retardari non potest, num. 1.

Et seruatur in praxi sub nu. 1.

Exceptio requirens altiorem indaginem, & turbida non retardat exequtionem Camer. oblig. num. 2.

Emptor vt debeat fructus solum respicitur quod possideat licet res non sit libera, vel non fuerit sequutum implementum, num. 3.

Et in terminis accollationis, census, sub num. 3.

Cessionarius succedit in tempus cedentis, num. 4.

Rem, & pretium retinere iniquum est, sub num. 4.

Quando per indirectum haberetur exequutio sententia post appellationem suspenditur illi actus, num. 5.

Possidens rem, & fructus percipiens ex ea tenetur ad onera ipsius, num. 6.

DECISIO XXXI.

DVbitaui An Domini de Fidelibus teneantur ad fructus censuum ab ipsis accollatorum, & pro quo tempore, & DD. indistinctè Bernardinum teneri ad solutionem fructuum census, vel creditoribus anterioribus pro eadem quantitate voluerunt.

Quantum enim ad fructus ante sententiam R.P.D. Zambeccarij non erat dubium quin pro illis ipse teneretur cum prædium sibi esset traditum

tum, & constaret de ipsius obligatione Camerali ex publico instrumento non vulnerato, cuius exequutio quemadmodũ sententię, & rei iudicatæ propterea retardari non poterat, Angel. in l. 4. §. Condemnatum num. 4. de re iudic. Castr. in l. post rem iudicatam in fin. vbi attestatur de pract. Romanæ Curiæ, ff. eod. Cæph. cons. 439. num. 16. Gabr. cons. 67. num. 8. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 17. num. 5. Galles. ad form. Camer. oblig. par. 1. quæst. 2. num. 11. & 18. Thesaur. decis. 26. nu. 11. Seraph. decis. 736 in princ. & decis. 1437. num. 1. Rota dec. 741. num. 1. par. 1. diuers. & alias sæpe.

2 Nec releuare videbatur exceptio non adimplementi pro parte Bernabei venditoris. Tum quia illa ex deductis in alia positione erat valde turbida, & requirebat altiorem indaginem, ita vt illa non possit retardare solutionem vigore huius obligationis Cameralis liquidæ & claræ, Roman. cons. 76. num. 3. & seq. Galles. vbi supra 4. par. quæst. 1. num. 17. Canar. de exequ. instrum. quæst. 51. Io. Paul. decis. 65. Seraph. decis. 1107. num 4. & dictum fuit in Calaguritana, seu Hispalen. pensionis 28. Iunij 1605. coram bon. mem. Penia, & in Rom. census 23. Februarij 1609. coram Reuerendissimo Bononien. & in Romana exequutionis Laudi 12. Decembris 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in specie de exceptione, super qualis pendebat quare ideo dicebatur requirere altiorem indaginem fuit decisum in vna Romana de Anguillaria 6. Martij 1592.

3 coram Orano. Tum quia fructus cum ex promissione emptoris debeantur solum inspicitur, quod emptor sit in possessione, licèt res non sit libera, vel non fuerit adimpletum, Bald. in l. 2. num. 7. vbi etiam Castr. num. 1. C. de vsur. Alex. cons. 147. num. 3. lib. 5. cum alijs per Gabr. de empt. & vendit. conclus. 4. num. 9. & latiùs per Surd. cons. 101. num. 23. & decis. 117. num. 7. & fuit dictum in vna Beneuentana pecuniaria 15. Iunii 1607. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno, & in terminis accollationis Cẽsus in vna Asculana pecuniaria 11. Decẽbris 1606. coram R. P. D. meo Decano.

Minus quoque dicta solutio retardari poterat ob sequestra exequuta, & molestias illatas emptori super hac possessione ab aliis creditoribus, quia facilis, & expedita videbatur prouisio, iuxta conuen-

ta in instrumento in quo emptor suscepit onus Censuum scutorum 4270. & omne comodum, & incomodum illorum promittens fructus ab illo die imposterum decurrendos soluere,&c. cum pacto expresso, quòd in euentum, in quem insurgerent alij creditores anteriores, qui molestarét dictum emptorem ipse posset anterioribus satisfacere dictis censibus omissis,& pro illa rata remaneret liberatus à dicto onere. Si enim isti Creditores sunt anteriores potest eis satisfieri,& hoc modo emptor erit liberatus aduersus posteriores, si verò sunt posteriores seluendo census accollatos poterit illos repellere ex iuribus sibi cesis, nec interim sub isto prætextu debet reti-
4 nere rem, & pretium aduersus æquitatem l. curabit C. de acti. empt. l. Iulianus §. ex vendito ff. eodem cum simil.

Quo vero ad fructus post sententiam super rescissione huius vēditionis quicquid sit an hodie possit executiue agi contra emptorem ob assertã vulnerationem, cum dicta sententia esset suspensa per appellationem non poterat ipse interim se eximere à dicto onere soluendi fructus ne hoc mo
5 do per indirectum habeatur executio Sententiæ, quę reperitur suspensa per appellationem, & licet cesset via executiua, non tamen cessat æquitas scripta, de qua in dicta l. Curabit, & in dicto §. Ex ven-
6 dito. Quinimo de rigore iuris cum ipse rem possideat, & fructus percipiat, tenetur ad onera rei, ex qua fructus percipiuntur l. hactenus, & l. si pendentes §. si quid Cloacarij. ff. de vsufruct. l. neque stipendium ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. quero ff. de vsufruct. legat. Card. in clem. 1. notab. 3. de cens. Valasc. de iure Emph. quest. 17. num. 1. & seq. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. cap. 27. num. 8. Pinel. in l. 1. 2. par num. 72. C. de bon. matern. plene, etiam Garz. de expen. cap. 11. num. 45. & seq & fuit dictum in Romana restitutionis fructuum 23. Iunij 1603. co am Reuerend. P. Atrebaten. Vbi consequenter fuit facta illatio ad solutionem Censuum. Et ita conclusum.

Anconitana Computorum.

Veneris 22. Maij 1615.

SVMMARIVM.

Qui accepit in satisfactionem credita exigenda, & in casu quo non posset exigere, vel non exe-

exegerit alius teneatur, vt contra illum agere possit, debet docere quantum exegerit non valuerit, num. 1.

Exequutio obligationis conditionalis non potest fieri a iudice, nisi constet de purific cōd n. 2.

Mandatum exequutiuum est nullum, nisi prius constet de purificatione conditionis in obligatione conditionali num 3.

Alleganti solutionem incumbit onus probandi eam, num. 4.

Verum quando quis aliun de fundat suum creditum, & negat solutionem, secus si creditū oritur ex ipsa nō solut. sub n 4.

Quando in negatiua consistit, purificatio obligationis conditionalis, debet ab actori negatiuā probari, quia ipsa est causa exercity sue actionis, num. 5.

Relatio peritorum liquidarint librum in quo non apparet de exactione, non concludit, cum potuerit exactio non adnotari, num. 6.

Negatiua probatur ex inspectione libri; quando affirmatiua de necessitate debet probari ex illo libro, num. 7.

Fides notarij cum sit sumptum, sumpti non probat, num. 8.

Ex incompatibilitate temporum resultat incompatibilitas, & diuersitas crediti, num. 9.

Institor penes quem est totum negatiu im rationis præsumitur habere penes se apochas debitorum, num. 10.

Is cui sunt assignata nomina debitorum si ea non procesit, vt is cuius interest, possit debitores conuenire sibi imputet; num. 11.

DECISIO XXXII.

PRosequendo disputationem super altera partita scutorum 1665 quæ fuerat reseruata in decisione sub die 27. Martij proxime præteriti; Hodie proposito dubio super dicta partita, & vtraque parte informante, Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis, etiam, quoad illam stare voluerunt ea moti ratione de qua in decisione R.P.D. mei Pamphilij, quòd Lucinus non
1 docuit se non exegisse, cum tamen ad effectum, vt contra Rauam agere potuerit, teneretur docere, an & quantum a debitoribus Societatis exigere non voluerit, l. fin. ff. si cert. pet. cum alijs allegatis in d. decisione.

Obligatio enim Rauæ de soluendo omne id, & totum, quod per Lucinum non fuerit exactum a debitoribus societatis nouæ erat illiquida, & conditionalis, quatenus scilicet per Lucinum non potuerit exigi a debitoribus, l. decem stipulatus vbi Ias. num. 12. & comm. alij. ff. de verb. oblig. l. si decem cū ibi notat

ff.

ff. de solut. vnde illius exequutio fieri non potuit, nisi
2 liqueret iudici de purificata conditione, Bal. Angel. Alex. & cæteri in l.fin.§.Titius,ff.de vulg. idem Alex. consil. 119. num.2.lib.1.& consil. 90. n. 8. lib.3. Socin. consil. 51 num. 7. lib. 1. late Xuarez in l.post rem iudicatam n. 4. & 5. lim. ff. de re iudic. Couar. lib. 2. var. cap.11 num.2. cum aliis adductis per Carol. de Graff. in tract. de except. cap. 33. num. 13. & seq. Guidop. decis. 15. num. 4. Ac propterea
3 non facta dicta liquidatione mandatum exequutiuum ab A.C. obtentum fuit nullum, vt tenent omnes supradicti, quibus additur Gallesf. ad formam Camer oblig par.3.princ. consid.2. num.2. & in specie huiusmodi obligationis de restituen. omne, & totum id, quod plus debito solutum apparebit, quod non sit exequendum mãdatum exequutiuum ante factam liquidationem ab Auditoris Cameræ relaxatum, fuit dictum in causa Vrbeuetana Dotis 15. Martij 1600. coram bon.mem. Iusto approbata in dicta decis. R.P. D. mei Pamphilij.

Nec obstat, quod Lucinus non teneatur docere se non exegisse, sed sufficiat hoc negare, & alias alleganti solu-
4 tionem incumbat onus probandi ex Salic. in l.2.num.17. C. de iur. emphit. Rip. in l. in illa num. 15. ff. de verbor. obligat. cum alijs allegatis; quia hoc procedit, quando quis aliunde fundat eius creditum oritur ex ipsa non solutionem; at quando creditum oritur ex ipsa non solutione, prout in casu isto, in quo Lucinus accepit in satisfactionẽ credita exigenda, & conuenit, quod in casu, quo non posset exigere, vel non exegerit Raua teneretur ei satisfacere; tunc ipse agens tenetur iustificare negatiuam non solutionis, Rip. in d. l. in illa num. 16. versic. Sed istæ fallentiæ.

5 Et ratio est, quia in hac negatiua consistit purificatio obligationis Rauæ, quæ vt supra dictum fuit est conditionalis, ideoque a Lucino probari debuit, Ias. in dicta l. in illa num. 15. in fin. secunda fallentia, Gabr. de probat. conclus. 6. num. 18. prout regulariter est probanda ab actore negatiua, quæ est causa exercitij actionis, Bart. in l. Ergo, num.2. ff. ex quib.caus. maio. & in dicta l. in illa n. 5. vbi Rip. num. 13. in 2. ampl. cum alijs per Gabr. vbi supra num. 10.

Quod tanto magis est dicen. quia vt vnus ex Dominis animaduertebat obligatio Ra

uæ

uæ facta ad fauorem Lucini, post quam ex carceribus Anconæ exiuit, fuit ex causa laudi, a mercatoribus Venetis pronunciati, & ad illud debet referri, & tamen in Laudo nõ fuit dictum, quod Raua teneretur restituere Lucino totum id, quod ex debitoribus sibi assignatis exigere non posset, sed solum, quod teneretur illum subleuare, nisi pro rata lucri, & damni, quam in societate habebat. l. si societatem, l. si non fuerit, ff. pro Soc. Bal. in l. 1. quæst. 4. num. 22. C. eod. Menoch. de arbitr. cas. 125. num. 5. cum allegatis in alia decisione coram me.

Non obstat, quod Periti retulerint Lucinum non exegisse, quia vt patet ex eorum
6 relatione referunt tantum, quod viderunt per librum nũcupatum, lo spoglio, Lucinum non exegisse quę relatio non concludit negatiuam nõ exactionis cum potuerint exigi illa credita, & non adnotari in dicto libro, & negatiua
7 tunc probatur ex inspectione libri, quando affirmatiua de necessitate debet probari ex illo libro, Corn. consil. 148. num. 31. & seq. lib. 1. Ruin. consil. 35. nu. 19. eod. lib. Rot. decis. 5. num. 4. in fin. par. 1. diuers.

Nec obstat, quod Raua exegerit vnum ex creditis consignatis Lucino, quia hoc nul-
8 libi iustificatur, & fides Notarij est sumptũ sumpti, quod propterea non probat, l. 3. C. de diuers. rescript. Doct. in auth. si quis in aliquo vbi Dec. num. 30. C. de eden. Rota decis. 733. num. 1. par. 1. Quinimo excluditur ex ipsa solutione, quę apparet facta Rauæ de anno 1592. Et assignatio creditorum exigendo-
9 rum facta Lucino fuit de anno 1594. & sic non potest esse idem creditum, sed diuersum licet fuerit cum eadem persona ad trad. per Bart. & Doct. in l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstr.

Similiter, neque obstat Lucino consignata ab initio non fuisse apochas, & per consequens illas retrocedere non potuisse: Cum enim ille esset administrator, & institor rationis, vt apparet ex capitulis eiusdem rationis, & constet ex libris rationis ipsum a debitoribus apochas rece-
10 pisse, vtique præsumitur penes se illas retinuisse, & tanto magis cum fuerit conuentum vt Lucinus totum negotium rationis terminaret, & a debitoribus exigeret, quod facere non potuisset, si penes se apochas non haberet, vnde bene firmatum fuit in decisione D. mei Pamphilij ipsum non

non potuisse agere contra Rauam; ex quo non retrocessit ei nomina debitorum, nec libros, & apochas consignauit ad hoc, vt debitores conuenire posset, l. si cui libertas & l. cum seruus in fin ff. de condit. & demonstr. Rot. Ianuen. decis. 189. num. 3. Verall. decis. 104. par. 1.

Hinc cessat aliud obiectum quod Raua habuerit facultatem videndi libros comunes: quia non inde sequitur, ipsum potuisse partitas non exactas exigere; cum illi non fuerint dd. apocæ retrocessæ ex allegatis. Et ita conclusum per DD. sententiam Rotalem esse confirmandam.

Romana Census, seu fideicommissi de Scalabrinis.

Veneris 22. Maij 1615.

SVMMARIVM.

Census impositio a matre pupillorum tam tutorio, quam proprio nomine non tenet sine solemnitatibus statutarijs, num. 1.

Statutum dans formam cum annullatione actus reddit ipsum nullum sub num. 1.

Census impositio dicitur alienatio, num. 2.

Consanguineo adhibito ad integrandam personam mulieris proprio nomine se obligantis non satisfit statuto requirenti interuentum cōsanguineorum pro interesse minorum, num. 3.

Idem in curatore loco alterius cō sanguinei adhibito, sub n. 3.

Obligatione inualida quoad minores remanet obligati sine causa matris, quæ se obligauit tanquam tutrix, & proprio nomine, num. 4.

Mulier se obligant, etiam pro filijs, nec habens releuatorem dicitur decepta stante statuto, quod causa in scriptis redigatur, &c. vt statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. num. 5.

Census impositio super re aliena, tanquam sine fundo non tenet, num. 6.

Data scientia in creditoribus rei alienæ, vel nullitatis contractus non intrat obligatio ad damna, & interesse, num. 7.

Et datur scientia ex assertione facta in instrumento, ibi.

Actus factus in vtilitatem minorum non obstante statuto requirente certas solemnitates tenet, num. 8.

Versio in vtilitatem est probanda per asserentem ad effectum validitatis actus, num. 9.

Decretum Iudicis non interuenientibus proximioribus in obligatione minorum, vel mulieris nihil operatur, n. 10.

Emptor

Emptor census non tenetur probare versionem num 11.

Verum quando est actus factus cum debitis solemnitatibus sub num. 11.

Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse num. 12.

Census non potest imponi super re fideicommisso subiecta, *num*. 13.

DECISIO XXXIII.

IOannes Baptista Alberinus,& Marinus de Hortis asserentes se creditores q. Petri Pauli de Scalabrinis tria credita prętendebant contra filijs dicti Petri Pauli, eosque molestabant super vna domo, quæ remanserat in hæreditate patris fideicommisso ex testamento Nicolai Aui paterni dd. filiorum subiecta. Et quia inter alias exceptiones oppositas pro parte dd. filiorum, etiam opponebatur de defectu crediti ipsorum agētium; Ideo sub die 30. Martij 1615. dubitaui, an constaret de credito, & cum de resolutione DD. non liqueret, causa iterum hodie proposita, fuit resolutum, quoad scuta 300. constare de credito, quoad residuum non constare, & quod interim æstimetur domus, & firmetur status hæreditatis.

Præsupponi autem debet hæc tria credita fuisse a creditoribus prætensa vnam scut. 200. occasione census impositi de anno 1576. ab Anna matre, & Tutrice d. Petri Pauli, ac aliorum filiorum Nicolai super hac domo, aliud scut. 60 ratione alterius census impositi per eandem Anna de anno 1578. Aliud vero scut 300. impositum per d. Petrum Paulum de anno 1591.

Et quoad priora duo credita, visum fuit de eis non constare, quia illi census fuerunt impositi per d. Annam tamquam Tutricem, & Curatricem dd. filiorum Nicolai, quę etiam se obligauit tam tutorio, quam proprio nomine,&
1 ideo huiusmodi impositiones non poterant sustineri: respectu enim pupillorum non interuenerunt solemnitates statuti Vrbis lib. 1. cap. 113. & præcipue proximiores consanguinei sine quibus non potest aliquo modo subsistere dicta impositio cum statutum procedat vlterius annullando actum aliter factum, l. non dubium, cum ibi not. C de leg. Corn. conf. 151. num. 4. lib. 4. & in terminis d. statuti fuit resolutum in Romana Donationis de Cuppis 24. Maij 1600. coram b.m. Card. Pamphilio.

Nec dubitari potest, quin d. statutum habeat locum in impositione cēsus cū imponatur

super re immobili, & illius im
2 positio dicatur alienatio. Cor
bul. de caus. priuat. ob alien.
num. 3. adeo, quod prohibi-
tus alienare non possit hu-
iusmodi annuos redditus con
stituere, Bal. in cap. ad audien
tiam il secondo num. 11. de re
script. Tiraqu. de retract. li
gnag. §. 1. glos. 6 num. 5. ad fin.
vers. Nec qui potest, Foller. in
pract. censual. in verbo hu-
iusmodi census super rebus
num. 41. Rot. decis. 480. num.
1. & 2. par. 1. & decis. 121. n. 5.
par. 2. diuers. & fuit dictum
in Romana inualiditatis cen-
sus 24. Maij 1591. coram
Cardinali Pamphilio, & in
Leodien. census 29. Ianua-
rij 1596. coram Orano, & in
eadem 15. Iunij 1597. coram
Corduba.

Nec obstat, quod in primo
censu interuenerit vnus Con
sanguineus, & loco alterius
fuerit datus Curator loco con
sanguineorum, quia, vt patet
ex lectura instrumenti, illi in-
3 teruenerunt ad integrandam
personam Tutricis, quæ se
obligabat etiam nomine pro-
prio, non autem pro interes-
se minorum, quorum respe-
ctu erant adhibendi, vt in pun
cto est decis. in dicta Romana
Donationis de Cuppis ante
allegata.

Respectu vero Annæ Tutri
cis, quæ se obligauit, etiam
nomine proprio, minus quo-
que dd. census poterant susti-
4 neri; quia cum obligatio quo-
ad minores esset inualida obli
gatio Annę de proprio remāsit
absque causa, quia tamquam
Tutrix ipsa non tenebatur se
obligare de proprio pro soluē
5 dis debitis testatoris, nec con
stat, quod ipsa habuerit rele-
uatorem, & sic tanto magis
apparet, quod mulier remāsit
decepta contra statut. Vrbis,
cap. 151. lib. 1. quod ad euitan
dum, vt mulieres non decipiā
tur, voluit, vt causa in scriptis
redigatur, & insinuetur, ac ple
ne per Iudicem cognoscatur,
vnde eius obligatio fuit nulla
vt decisum fuit in Rom. nulli-
tatis obligationis 23. Ianua-
rij 1602. coram b.m. Card. Pā
philio, & in Rom. Argentorū
27. Iunij 1607. coram Reue-
rendiss. Bononien.

6 Vltra quod cum domus su-
per qua dd. census fuerunt im
positi, ad Annam non specta-
ret, sed ad eius filios, vigore fi-
deicōmissi Auiti illorum impo
sitio, etiam respectu Annę fuit
nulla, tamquam facta super re
aliena, & sine fundo contra
Const. Pij V. Surd. cons. 318. n.
1. & seq. & n. 6. vers. Ad id ve-
ro, & fuit dictū in Viterbien.
Census 6. Aprilis 1590. coram
7 b.m. Card. Platto. Nec hoc ca
su data nullitate censuum in-
trabat obligatio ad damna, &
inte-

interesse, cum ex assertione ipsius Annæ in dictis instrumentis scirent Creditores hãc domum ad filios, non autem ad Annam spectare, ad text. in l. si fundum, vbi glos. & Doct. C. de euict Aym.conf. 64.num.4. Put. decis. 257. n. 2. lib. 2.

8 Non denique subsistebat, quod dicebatur primum censum proprietatis scut. 200. fuisse impositũ pro extinguendis societatibus fideicommittentis,pro quibus soluebatur maius interesse, &sic tamquã vtilem minoribus debere sustinere,etiam sine alijs solemnitatibus, l. cum hi, §. eam, ff. de transact. cum alijs per Roman.cons.316. & 453.vbi firmat hanc conclusionem in terminis statuti, & plures referens sequitur Tiraquell. in 15.l. Connub.glos.8.num.76.

9 Quia ad huiusmodi effectum esset probanda versio in talem extinctionem, cum alias impositio census sit nulla, ob non interuentum proxi-

10 miorum ,quo casu,nec etiam pro decreto Iudicis præsumitur, & illud interpositum,nihil prorsus operatur, ad text. in d.l.cum hi, §.si Prætor, vbi not.scriben.Rot.in Firmana Dotis 8. Iunij 1601. coram b.m.Penia, & in Romana prætensi Erroris calculi 21. Iunij 1610.corã Reuer. Bononien.

Non obstat, quod emptor census non teneatur probare

11 versionem, quia hoc procederet si census fuisset impositus cum debitis solemnitatibus, sed vbi reperitur prout hic nulliter impositus, si emptor prætendit illum sustinere ex eo, quod versus fuerit in vtilitatem minoris,hoc probare debet,l.si prædium ibi,emptor autem si probare potuerit ad vtilitates tuas cessisse pecunias, vbi glos. in verbo probare, l. prædiorum, &ibi quoque glos & vtrobiq. Salicet. & Doct.C.de præd.mino. Socin.consil. 115. nu. 13. lib. 1. vbi de communi, & fuit dictum in Romana Casalis 23. Maij 1588. coram Orano.

Quod autem dicebatur satis probari versionem ex testamento Nicolai, in quo ipse inter alia debita fatetur se relinquere duas societates officij scut. 100. pro qualibet earũ. Visum fuit non concludere, quod pecunię acceptę ad censum,fuerit conuersæ in extinctionem illarum, quia neq. hoc dicit instrumentum, sed solum, quod pro extinguenda societate officij hæreditaria scut. 200. quæ post mortem Nicolai fuerat disdicta ipsa Anna alia scuta ducenta, pariter ad societatem officij acceperat, & postea ad effectum extinguendi istam secundã so-

cietatem fuerunt acceptæ pecuniæ ad censum, sed de ista secunda societate nullibi constat, & potest esse, quod illæ primæ societates fuissent lucratę, vel extinctæ ex alijs pe-
12 cunijs hæreditarijs, vnde intrat regula non probat hoc esse, l. non hoc, C. vnde legit.

Quo vero ad alium censum scut. 300. impositum per Petrum Paulū non controuertebatur pro parte filiorum eius validitas respectu solemnitatum, sed dicebatur non potuisse per eum imponi super
13 ista domo fideicōmisso subiecta, nec sustineri ex legitima, quam iam antea consumpserat, quod pendet a verificatione calculi alias ordinata, & sic Domini voluerunt, quod æstimetur domus; & firmetur status hæreditatis Nicolai.

Crotonen. Beneficij.

Lunæ 1. Iunij 1615.

SVMMARIVM.

Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta causat attentata, num. 1.

Iudex non potest cognoscere de iuribus inhibitionis, num. 2.

DECISIO XXXIV.

Sine difficultate resolutum fuit mandatum de manutenen. concessum per D. Episcopum ad fauorem Basoini, tanquam attentatum esse reuocandum; quia fuit concessum 1
post commissam causam in Rota, & inhibitionem in partibus eidem Episcopo præsentatam, quæ cum esset Rotalis iusta, siue iniusta erat timenda, Rot. decis. 26. in fin. de appell. in antiqu. Verall. decis. 93. par. 2. cum alijs adductis in Romana Iurisnominan. 5. Nouembris 1613. coram R.P.D. meo Dunozet. & in Ariminen. fructuum 13. Iu-
2 nij 1614. coram me. Nec ad eundem Episcopum spectabat iudicare super iuribus inhibitionis, an compræhenderet, vel non compræhenderet casu manutentionis, Achill. decis. 29. num. 6. de appellat. Put. decis. 395. in fin. lib. 2. Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 20. ampliatione 11. num. 4. & 5. & fuit dictum in illa Ariminen. fructuum coram me.

Cal-

Calciaten. Coniudicum

Lunæ 1. Iunij 1615.

SVMMARIVM.

Pro validitate sententiæ Rotalis requiritur, quod constet de iurisdictione per commissionem, de mandatis procuratorum comparentium, de citatione ad sententiam personaliter exequuta, & qui sint seruati termini substantiales, num. 1.

Portionarij sunt de Capitulo ex consuetudine vel statuto, numero 2.

Portionarij possunt eligi inconiudices sub num. 2.

Canonici soli, & nõ portionarij cõstituunt capitulum de iure cõmuni, num. 3.

Curia Romana ita seruat sub num. 3.

Fallit quando ex statuto, vel consuetudine aliter habetur, num. 4.

Decanus, & aliæ dignitates licet non sint de capitulo, fallit tamen quando statutum consuetudo aliter induxit sub n. 4.

Statutum fundamentale Ecclesiæ suffragatur, etiam facta dissolutione vnionis, num. 5.

Ratio eadem vbi militat, militat eadem dispositio circa statutũ Ecclesiæ, num. 6.

Vocati, & admissi ad actus Capitulares habentur pro Capitularibus, num. 7.

Ad effectum essendi de Capitulo non sufficit Portionarios in quibusdam, vel in omnibus actibus habuisse votum in Capitulo, num. 8.

Fallit quando in contrariũ est expresse statutum, vel consuetudo sub num. 8.

DECISIO XXXV.

PRo confirmatione sententiæ Rotalis fuit vnanimiter resolutum; constabat enim
1 de iurisdictione per commissionem de mandatis procuratorum hinc inde comparentium de citatione ad audien. sententiam personaliter exequuta fuerunt seruati termini substantiales, quæ sunt illa, quæ requiruntur pro validitate sententiæ, vt fuit dictum in Meliten. Nauis 12. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo.

Quo vero ad iustitiam illa videbatur esse patens ex deductis in vltima decis. Reuer. At-
2 trebaten. in qua fuit firmatum portionarios esse de capitulo, & d. decisione præsupposita Congregatio Illustrissimorum Cardinalium S. Concilij Interpretum illos in Coniudices posse eligi declarauit.

3 Et si enim de iure communi soli Canonici, & nõ Portionarij constituãt Capitulũ iux. do

ctrin. Compostell. in cap. 1. num.4. versic. Numquid portionarij de elect. vbi dicit Curiam Romanam ita seruare, quam opinionem Doct. com. sequuntur, & Rota sæpius approbauit, vt in decisione Verall.84. par.1. cum alijs adductis in Abulen. iurisdictionis 6. Februarij, & 17. Aprilis 1589. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Gerunden. iurisinteressendi in Capitulo 11. Decemb. 1609. coram R.P.D. meo Decano, & in Hispalen. præheminentiarum 4. Iunij 1012. coram R.P.D meo Pamphilio, & in hac causa 25. Februarij 1611. coram Reuerен. Attrebaten.

4 Illa tamen communiter limitatur, vbi statuto, vel consuetudine aliter caueatur, scilicet Portionarios esse de capitulo, vt tradit Compostell. vbi supra versic. Et hoc est verum, & authoritatib. DD, & Rotæ resolutionib. fuit firmatum in d.dec Reuerend. Attrebaten.

Prout etiam videmus, quod licet Decanus, & aliæ dignitates non sunt de Capitulo, tamen secus est, vbi statutum, vel consuetudo Ecclesiæ disponit, quod censeantur esse de capitulo, Abb. in cap. cum inter vniuersas notab.1. & in c.auditis, no 3.n. 3. de elect. Gemin. in cap. fin. num. 5. ad fin. versic. Aut quærimus de præben. in 6. Felin. in prohem. Gregorius num.16. vers. Hæc fallentia, & in cap. cum olim num.4. post Abb. ibi num. 8. de re iudic. Rip. in cap. eam te, num. 14. de rescript. Franc. Marc. decis. 1029. num. 2. par. 1. & fuit dictum in Calaguritana iurisvotan. 27. Feb. 1595 corā Orano, & in alia Calaguritana iurisdictionis 10. Decembris 1599. coram Iusto.

Ex statuto autem fundamētali Ecclesiæ Calaguritan. & Calciaten. olim inter se inuicem vnitarū de anno 1235. apparet Canonicos, & portionarios esse de capitulo, cū fuerit constitutum, quod in prædictis Ecclesijs essent 40. Canonici, & 20. Portionarij integri, ita quod omnes in vnum Capitulum, & vnum Collegium esse censeantur, quod

5 statutum fundamentale suffragatur, etiam facta dissolutione vnionis, cum quælibet Ecclesia retineat suos honores, & sua statuta, & priuilegia, sicut antea ad text. in l.1. in fin. ibi & vtraque dignitate simili perfruatur, C. de Metrop. Beryt. lib. 11. cum not. ibi per glos. & Doct. & late per Tiraquell. in tract. cessan. caus. limitat. 15. Præsertim, quia in Ecclesia Calaguritan. post dictam dissolutionem portionarij remanserunt, prout hodie sunt de capitulo, vt deciss.

decisſ. & ſententijs Rotalibus exequutioni demandatis fuit alias firmatum in cauſa Calaguritan. iuriſdictionis, vnde
6 videtur idem iuris eſſe in Eccleſia Calciaten. cum eadem ſit ratio in vtraque ad text. in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & c. in cauſis de re iudic.

Accedat, quod diſſoluta vnione, factum fuit aliud ſtatutum, videlicet, quod in Eccleſia Calciaten. octo portionarij eandem habeant obligationem, quam Canonici, & quod habeant votum in capitulo in electionibus, & in omnibus alijs rebus, quod ſtatutum ſemper fuit obſeruatum, vt patet tam ex teſtibus portionariorũ, qui deponunt de hu-
7 iuſmodi obſeruantia, quam ex quamplurimis actibus capitularibus; ad quos actiue, & paſſiue per Canonicos fuerunt admiſſi dicti portionarij, qui actus ſicuti ſolis capitularibus competunt, ita ex eiſdem ſatis cognoſci poteſt, quo iure interfuerint, Ancharan. conſil. 422. num. 2. Rip. in cap. cum Eccleſia num. 52. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Ruin. conſil. 155. num. 10. lib. 4. & dixit Rota in Calaguritana iuriſdictionis 25. Maij 1598. coram Corduba, & in hac cauſa coram Reuerendiſſimo Attrebaten. & tanto magis, quia dicti teſtes ſubiungunt, quod portionarij fuerunt ſemper, & ſunt habiti pro capitularibus, & perſonis de capitulo, & in dictis actibus recenſentur Canonici, & portionarij cum aſſertione quod faciunt vnum capitulũ.
8 vnde licet ad effectum eſſendi de capitulo non ſufficiat, quod portionarij in quibuſdam, vel in omnibus actibus habuerint votum in capitulo iuxta doctr. Geminian. in dicto cap. fin. de præben. in 6. Et ita declarauit S. Congregatio Concilij interpretũ in cauſa Abulen. iuriſdictionis, & ſequuta eſt Rota in eadem, & alijs mox allegan. vbi tamen, vt ſupra dictum fuit ſtatuto, vel conſuetudine expreſſe cauetur, quod portionarij ſint de capitulo nulla dubitatio eſt, quin ipſi de capitulo cenſeri debeant, vt tradunt Geminian. vbi ſupra, & cenſuit eadem S. Congregatio, & Rota in dicta Abulen. iuriſdictionis in integros portionarios 17 Aprilis 1589. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, vbi quod antea fuerat tentum in vna Calaguritana fructuum corã Bubalo, & fuit quoque dictum in cauſa Corduben. iuriſdictionis 17. Iunij 1596. coram Orano.

Ex quibus ſolis portionarijs informantibus, ita fuit concluſum.

Signina Bonorum feudalium.

Lunæ 22. Iunij 1615.

SVMMARIVM.

Possessio ex statuto Vrbis censetur continuata in herede vnde competit manutentio, num. 1.
Procedit etiam in infante, & ibi ratio, num. 2.
Statutum Vrbis circa continuationem possessionis non habet locum in feudalibus emphytheoticis, num. 3.
Verum si non controuertitur esse feudalia, vel emphytheotica sub num. 3.
Fallit quando Dominus, vel agnati in continenti probationes afferunt super qualitate feudali, num. 4.
Confessio auiæ paternæ nō potest præiudicare non habenti causam ab ea, num. 5.
Dominus directus dicitur retinere possessionem ciuilem, & dominus vtilis naturalem, n. 6.
Dominus directus potest agere interdicto retinendi per recuperatione naturalis sub n. 6.
Verum si deuolutio est clara, & qualitas bonorum, num. 7.
Possessio naturalis non vacantis capta, nihil prodest, num. 8.

DECISIO XXXVI.

Mariæ dandum esse mandatum de manuten. fuit resolutum, quia de possessione Curtij ipsius patris de tempore obitus, & quod ille reliquerit ventrem vxoris prægnantem, indeque nata sit Maria in confesso est penes D. Ducem in instrumento captæ per eum possessionis in hoc iudicio coram A. C. postea per
1 eundem producto, & vigore statuti Vrbis lib. 1. cap. 147. possessio defuncti in illam fuit continuata, per quam competit manutentio, vt sunt verba statuti expressa, & in his terminis tradit Gabr. alios referens de acq. poss. conclus. 7. num. 3. Tiraquel. in tractat. le mort sai sit par. 3. declarat. 1. num. primo, Couarr. lib. tertio variarum resolutionum, cap. quinto, num. sexto, ad medium, versiculo Item, & hic possessor. idem pract. cap. 17: num. 5. versiculo At si quis habeat Ant. Gomez. in l. 45. Taur. num. 194. Azzeued. in l. 8. num. 22. lib. 5. tit. 7. nou. collect. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 13. n. 5. versic. Quamuis autem, & seq. Menoch. de retin. remed. vlt. n. 16. Guidop. dec. 552. n. 2. vers. & in hac materia, & n. 3. Verall. decis. 213. par. 3. & nemo,

mo, ex ijs qui de hac re scripserunt contradicit secundum Tiraquellus vbi supra numero 2.

2 Quod statutum procedit etiam in infante; cum enim ad illam ciuilissimam possessionē acquirendam nullus actus requiratur, sed ea solum ex statuti dispositione transferatur, ideo nihil interest, an successor intellectū habeat nec ne, cum pro eius parte nihil exercendum veniat, Ant Gomez. de iure hoc late comprobans in d.l.45. Tauri nu.112. vers. sed his non obstantibus, quem sequitur Molin. d. lib. 3. cap. 12.nu.24.& de stylo,& pract. defendit Tiraquell.in d.tract. le mort. Saisit par. 2. declar. 17. num. 4.

3 Nec obstare videtur statutum huiusmodi locum non habere in bonis feudalibus, & emphytheoticis, vt fuit resolutum in Imolen. bonorum 20. Aprilis 1592. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio; Id enim procedit, quando nō controuertitur bona esse emphytheotica, vel feudalia; si vero de hoc dubitetur, vt in pręsēti casu debetur interim filię non autem Domino directo manutētio iux.tex.expressum in c.1.§.inter filiam vers. Defuncto, ibi, respondi filiam in possessione feudi manere debere donec de eo iudicetur, si de feud. defunct.& supra eod §. inter filiam ibi responsum est apud filiam possessionem interim collocandam, per quę iura sic in terminis decreti Mediolanen. huic Romano similis statuto ad effectum manutentionis tradit Dec. cō sil. 467. num.9. versic. Et ista conclusio iuncto num. 2. ad fin. cum alijs suo more congestis a Tiraquell. in d. tract. 4. par. declar. 5. num. 20. & 21. Molin.d.lib.3.cap.4.num. 41, Rosental. de feud. cap. 7. num. 3.

4 Et licet hæc conclusio restringi soleat nisi Dominus, vel Agnati incontinenti probationes afferant super qualitate feudali, vt est receptior opinio, de qua per Rosental. vbi sup.conclus.52. num. 1. & Molin.d.cap.4.num.43. attamen probationes D. Ducis non fundant huiusmodi qualitatem feudalitatis, quia in extractione iurium,& examine testium Maria, siue eius Tutor, vel Procurator non fuerunt citati l.1.&toto tit.C. res inter al.act. Tum quia cōtra huiusmodi probationes multa possūt opponi, cōfessio vero Cornelię Auiæ paternæ

5 non potest pręiudicare Marię non habenti causam ab Auia, l. duobus, §. 1. vbi Ias. post alios, ff. de iureiurand. l. Seia in princ.ff.ad Velleian

Ruin.

Ruin.consil.147.num.13. lib. 1. Surd.conf.5.num.39.& con sil.82.num.21.idem decis.325 num. 3.Achil. decis. 4. num.2. de confess. Rot.decis.802.nu. 10.par.1.& in terminis fuit di ctum in Ariminen. deuolutionis bonorum 16. Febr. 1609. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.

6 Hinc cessat aliud obiectum ciuilis possessionis, quæ remanet penes Dominum directũ, cuius ratione potest agere interdicto retinen. pro recuperatione naturalis, vt in Ciuitatis Castelli bonorum 8. Aprilis 1589.coram bon.mem. Card. Pamphilio, cum aliis al

7 legatis. Quia hoc intelligitur quotiescumq. bonorum qualitas,& ipsa deuolutio est clara, secus prout hic, vbi illa negatur, & probabiliter controuertitur, ideo interim Mariæ non potest manutentio denegari ex allegatis, & in indiuiduo tenuit Rota in dicta Ariminen. vbi fuit declarata decisio in causa Ciuitatis Castelli,de qua supra.

Non obstat possessio naturaliter apprehensa per Dominum Ducem, quia stante prædicto statuto continuatiuo, possessionis defuncti in hære-

8 dem, illa non erat vacans, & sic possessio D.Ducis fuit nulla,& infecta,nec impedire potuit dictam continuationem aut aliquem alium iuris effectum producere, vt in indiuiduo per Dec. dicto consl.467. num.12. versic.Et ista conclusio,& num 17.vers.& hoc saltem videtur, Paris consil 41. num.9. & 10. lib.1.

Et ita conclusum Mariæ esse dandum mandatum de manutenen.

Romana Deuolutionis Domus.

Lunæ 22. Iunij 1615.

SVMMARIVM.

Facta intra terminum ad appellandum,sunt attentata, & veniunt reuocanda, num. 1.

Verum nisi doceatur causam esse inappellabilem, sub numero primo.

Aegidiana probibet appellationem in possessorio,num.2.

Aegidiana babet locum in Curia propter confirmation. Pontif. sub num.2.

Fallit vbi agitur de re Ecclesiastica in foro Ecclesiastico, num.3.& 4.

Appellatio de Iure canonico, datur in re Ecclesiastica in quacunque possessorio, ad vtrumq. effectum deuolutiuum, & suspensiuum, sub num.2.

Vt constet de bono iure attentantis, vt non sit locus purgatio-

in,

ni debet esse, vel confessio partis, vel res iudicata, n.5.
Immissio in possessionem, & associatio pendente termino ad appellandum, tanquam attentata est reuocanda, num. 6.
Attentata inprimis, & ante omnia sunt purganda, num. 7.
Attentatorum iudicium est priuilegiatum, & praeiudiciale, num. 8.

DECISIO XXXVII.

Constare de attentatis, fuit resolutum, quia mandatum de immitten. & associan. ad fauorem Lampadij Rectoris, fuit relaxatum per Dominum Locumtenentem Illustriss. Cardinalis Vicarij die 3. Iulij 1612. & associatio, seu immissio fuit exequuta die 5. eiusdem mensis, atque ita intra tempora, & decem dies datos ad appellandum, quo fit vt nisi doceatur Lampadium versari in ca-
1 su non appellabili actus ille exequutionis, attentatus dicatur, & veniat reuocandus, c. non solum, vbi glos. in verb. Innouata, Ioan. Andr. & Dominic. num. 6 Anchar. num. 10. de appell. in 6. Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 11. n. 17. & seq. vbi firmat hanc regulam, Mohed. decis. 11. num. 2. de praeben. Seraphin. decis. 983. num. 12. & in terminis mandati de associando, & immittendo, fuit dictum in Regien. bonorum 20. Decembris 1613. coram R.P.D. meo Dunozet.

Nec ad euitandum huiusmodi attentata, Lampadius se tueri potest Aegidiana consti-
2 tutione, quae prohibet appellationem in possessorio, quae constitutio ligat etiam in Curia propter confirmationem Pauli Tertij, Rot. decis. 120. num. 2. par. 1. quia dicta con-
3 stitutio non habet locum vbi prout hic agitur de re Ecclesiastica, & in foro Ecclesiastico, quo casu est locus appellationi ad vtrumq. effectum, quia de iure Canonico, datur appellatio in quocunque possessorio. Abb. in cap. cum ad sedem num. 30. de restit spoliat. Dec. cons. 28. num. 4. ad fin. versic. De iure enim Canonico, Put. decis. 293 num. 5. lib. 2. Beninten. decis. 79. num. 1. Rota in Camerinen. iurispatronatus 15. Nouembris 1599. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno, & in dicta Regien. bonorum coram R. P. D. meo Duno-
4 zet. & quod Aegidiana non procedat in bonis, & rebus Ecclesiae, & in foro Ecclesiastico tradit Seraphin. decis. 424. & fuit saepissime resolutum, & in specie in dicta Camerinen. & in alia Romana Saluiani interdicti 1. Iun. 1609

coram

coram R.P.D. meo Manzanedo, & latius in Romana domus de Scapuccijs 19. Ianuarij 1611. coram R.P.D. meo Decano.

Minus etiam releuat non esse locum purgationi attentatorum vbi notoriæ constat de bono iure illius; qui attentauit prout constare prætendit Lampadius Rector de bono ipsius iure, & de malo Bu-
5 sotti; nam vltra, quod vnus ex DD. contrarium sentiebat circa prætensum bonum ius Rectoris, ad hunc effectum requiritur confessio partis, vel res iudicata, Lançellott. de attentat. par. 3. cap. 24. quæst. 1. num. 65. vbi allegat plures decisiones, & idem fuit dictũ in Nucerina hæreditatis 15. Nouembris 1595. coram bo. mem Iusto, & in Cæsaraugustana dismembrationis 23. Ianuarij 1610. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.

6 Igitur cum dicta associatio, & immissio facta per R.P.D. Locumtenentem fuerit nulla, & attentata, & de huiusmodi attentatis fuerit oppositum coram R.P.D. Roccio, & protestatum expresse ipsum Rectorem non posse audiri, nisi purgatis attentatis summ. num. 1. sequitur manifeste sententiam dicti D. Roccij ex hoc capite fuisse nullã, quia omnes iuris regulæ cla-
7 mant, quod in primis, & ante omnia purgentur attentata, cap. ex parte il secondo de appell. cap. non solum, & ibi Doct. eodem titulo in 6. Lancellott. de attent. par. 3. cap. 30. num 168. Et ideo dicitur
8 hoc iudicium attentatorum priuilegiatum, quia non potest procedi in negotio principali ante eorum purgationem, Put. decis. 51. lib. 3. Verall. decis. 56. par. 1. Fab. decis. 48. in princip. par. 3. lib. 3. cum alijs adductis in dicta Nucerina hæreditatis, & Cęsaraugustana dismembrationis; Ex quibus ita censuerunt DD. constare de attentatis.

Senogallien. Prędij.

Veneris 26. Iunij 1615.

SVMMARIVM.

Remissoria non denegatur, quando sumus in propbanis & articuli sunt releuantes, num. 1.

Etiam sine sumo sub num. 1

Articulorum releuantia in facto num. 2.

Articulorum releuantia cum potest probari per scripturam nõ datur remissoria, num. 3.

Fallit quando non omnia possunt probari per scripturam sub num. 3.

Remissoria, vt concedatur sufficit

vnum

vnum articulum esse releuantem de Stylo Rota num. 4.
Cum in assertioni iurata non est dictio taxatiua, non excludit maiorem summam, num 5.
Remissoria petita in vltimis audientijs vt suspitio calumniæ, num. 6.

DECISIO XXXVIII.

Dixerunt Domini remissoriam non posse denegari Bernabeo, quia omnes Regulæ illi suffragantur; sumus enim in prophanis, & articuli sunt releuantes, quibus positis etiam absque fumo, & passim illa conceditur, Castad. decis. 3. de dilat. Cæsar de Graff. decis. 1. num. 10. eod. tit. Put. decis. 219. ad finem lib. 1. & 413. lib. 2. Veral. dec. 68. p. 3. Chisanen. dec. 164. & fuit sæpissimè resolutum.

2 In huiusmodi autem casu patet releuãtia articulorum, Quia Bernabeus probare intendit esse faciendas multas detractiones ex bonis fideicommisso subiectis, confessionem ab eo factam in precibus, quod dicta bona non ascenderent, nisi ad scuta 2000 esse veram, Aes alienum Testatoris pro maiori parte ab ipso fuisse solutum, & alia, quę dãtur in articulis, quæ omnia sunt detrahenda de fideicomisso, ex deductis per Surd. cons. 7. nu. 23. & seq. & dec. 333. num. 16. & latissimè in Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Illustriss. Lancellotto, & in Montis Falisci fideicomissi 16. Iunij eodem anno coram Reuerendiss. Bononien.

3 Nec obstat, quod hæc maiori parte probare possint ex Instrumẽto diuisionis, & sic per scripturam, quo casu remissoria non datur, Aegid. dec. 9. Rot. decis. 44. de test. in antiqu. cum alijs adductis in Carthaginen. fructuũ secunda Maij 1611. coram Illustrissimo Lancellotto; Quia vt patet ex lectura Articulorum Bernabeus plura intẽdit probare, quæ in d. Instrumento diuisionis non continentur, scilicet omnia debita Rocchi testatoris, melioramenta etiam post diuisionem facta ab ipso Bernabeo,

4 Cum tamen iuxta stylum huius Tribunalis sufficiat vnum articulum esse releuantem, ad hoc, vt remissoria in omnibus concedatur, Castad. decis. 5. num. vltimo de sequestr. possess. & fruct. Seraph. decis. 1364. num. 3. & fuit dictum in Neapolitana Illegitimitatis 18. Maij 1609. coram bo. memoria Penia, & in Hispalen. Archidiaconatus 8. Maij 1609. coram Reu. Pat. Dom. Caualerio.

Non

Non obstat, quod in secundo articulo aliquę particulæ contineantur alteratæ a summis contentis in instrumento diuisionis, quod videtur tendere contra instrumentum in dicto instrumento prę stitum, & suspicionem ca-
5 lumniæ dare. Quia licet ibi fuerit iuramento affirmatum debita hæreditaria esse in tanta summa, cum tamen nulla fuerit apposita dictio Taxatiua, non videtur contraria, nec exclusa probatio debitorum in maiori quantitate, & ideo cessat suspicio calumniæ, cum ex hoc non videatur aliquod apparere periurium.
6 Vltimò, neque obstat alia suspicio calumniæ, ex quo remissoria petitur in vltimis audientiis. Nam id procederet, si peteretur ad differendam causæ expeditionem, in quibus terminis loquitur Seraphinus decis. 1450. Quod non applicatur casui nostro, cum in statu expeditionis causa non reperiatur.

Nullius Iuris Decimandi.

Mercurij 1. *Iulij* 1615.

SVMMARIVM.

Mandatum de manutenendo datur, cum constat de quasi possessione tempore litis motæ, num. 1.

Possessio anterior est manutenenda, quia secunda iunior, præsumitur clandestina, n. 2.

Manutentio debetur ex assistentia iuris communis, numero tertio.

Rota recessit ab hac opinione. num. 4.

Assistentia iuris non suffragatur quando alius est in possessione, num. 5.

Possessio longeua, & plus quam decennalis habetur loco tituli, & sufficit ad effectum manutentionis etiam in possessione contra ius, num. 6.

In iudicio summarijssimo, vt est iudicium retinendi, non requiritur scientia superioris ad acquirendam possessionem exigendi decimas, num. 7.

Manutentio non impeditur propter petitorium intentatum. num. 8.

DECISIO XXXIX.

ROta censuit esse dandum mandatum de manutenen. Archihospitalis s. Spiritus,
1 quia constat de illius quasi possessione exigendi decimas in locis de Meana, & Spinace-

nacetto, nedum tempore motæ litis, quæ incepit de anno 1612. quod sufficeret iuxta text. in §. Hodie Instit. de interdict. Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor. num. 14. & 18. ff. vti possid. & fuit dictum in Mediolanen. Decimarum de Carlatio 23. Iunij 1614. coram me. Verum etiam à plurimis retro annis, & in specie ab anno post magnam fluminis inundationem, & sic ab anno 1599. inclusiuè ad 1612. Quæ possessio anterior venit
2 manutenen. Quia Secunda, & Iunior Monachorum præsumitur clandestina, cap. licet causam, vbi Felin. num. 8. vers. Tertia causa, de probat. Alex. cons. 83. num. 12. lib. 5. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 725. Rota decis. 506. num. 5. & 6. par. 1, & decis. 19. num. 1. par. 2.

3 Non obstat assistentia Iuris comunis, quã prętendunt Monachi ex iure Parochialis Ecclesiæ dictorum locorum. Ex qua sola assistentia Rectori manutentio competit, Rebuff. de decim. quæst. 9. num. 4. Menoch. de retin. remed. 3. num. 135. & fuit resolutum in Taurinen. Decimarum 30. Aprilis 1604. coram Seraphino inter impress. decis. 1497. par. 2. cum alijs allegatis.
4 Quia Rota sæpe, ac sæpius de hac opinione dubitauit, & ab ea recessit, vt in eadem Taurinen. 30. Ianuarij. 1606. coram bon. mem. Penia, & in Reatina Decimarum 4. Decembris eodem anno coram Iusto.

5 Præterea iuris assistentia non suffragatur quando alius est in possessione. Tunc enim existenti in possessione; non autem habenti iuris assistentiam datur manutentio, Abb. in cap. 1. num. 8. vt lit pend. Lancellot. de attent. 2. par. cap. 4. decl. 4. num. 6. vbi alios refert. Et licet hæc conclusio habeat difficultatem ex deductis per Abb. vbi supra vers. Sed contra, & latius per Couar. pract. cap. 17. num. 6. vers. Verum opinioni, & vers. Quarto non sic respondendum erit, Menoch. de retin. remed. vlt. num. 24.
6 Attamen illa cessat in præsenti ex longeua, & plusquam decennali possessione Archihospitalis, quę habetur loco tituli, & sufficit ad effectum manutentionis etiam in possessione contra ius, vt in puncto ex notatis per Abb. in cap. cum venissent num. 8. de instit. & Franc. in cap. cum personę, §. fin. de priuileg. in 6. tradit Couar. vbi supra dicto num. 6. vers. 2. oportet, quem, & alios refert, & sequitur Rot. dec. 595. num. 4. par. 1. diuers.

Nec

7 Nec obstat, quod non probetur scientia Abbatis, quæ erat necessaria ad acquiren huiusmodi quasi possessionẽ ex deductis in terminis mandati de manutenen. in Ciuitatis Castelli Iuris pascendi 14. Martij 1601. coram Illustrissimo Millino. Quia omisso, quod contrarium in isto iudicio summarijssimo, tenet Rota si vera est decis. 17. nu. 7. par. 2. Tollitur obiectum ex lapsu longi temporis vna cum actuum multiplicitate, ex qua præsumitur scientia Abb. in cap. cum Ecclesia num. 25. de caus. possess. & propriet. Put. decis. 264. nu. 2. vers. Concurrebat etiam lib. 1. Seraph. decis. 306. num. 5. & 7.

Quæ verò dicuntur de priuilegijs apostolicis, & exemptionibus Monachorum non sunt huius inspectionis, quia respiciunt petitorium, & ideo interim non est manutentio impedienda, vt sæpè fuit resolutum, & signanter in causa Carthaginen. Decimarum 27. Iunij 1590. coram Giptio, & in Elboren Decimarum 1. Decembris 1606. coram bon. mem. Penia: Et ita conclusum.

Salamantina Archipresbyteratus.

Veneris 13. Mart. & Mercur. 1. Iulij 1615.

SVMMARIVM.

Non possidenti non datur manutentio, num. 1.

Fides notarij non sufficit ad probandam possessionem, num. 2. & sub num. 3.

Attestans de præterito non probat possessionem de præsenti, num. 3.

Possessio sine testib. capta non probat in præiuditium tertij, n. 4.

Copia extracta ab instrumento rogato per eundem notarium habetur loco originalis, & probat, num. 5.

Notarius potest de actu in præteritum à se gesto instrumentũ cõficere si de eo fuit rogatus, n. 6

Fides Curialium extraiudicialis & de auditu publico nihil facit, num. 7.

Vbi datur fumus possessionis, datur tempus ad reportandũ publicũ instrumẽtum ad effectũ probandi possessionem, num. 8.

Ex instrumẽto producto adeptionis possessionis alio non possidente, probatur possessio, n. 9.

Possessio instrumentalis est manutenibilis, num. 10.

Effectualis possessio probatur per in-

instrum. locationis fructuũ, n. 11
Etiã contra tertiũ concurrenti 4 *bus adminiculis, sub num.* 11.
Error in nomine beneficij non nocet cum constat de corpore ipsius, num. 12.
Procurator non errans acquirit possessionem domino erranti, num. 13.
Duæ Ecclesiæ intelliguntur sub vno Archipresbyteratu cum non constat de duobus, nu. 14.
Pluralitas titulorũ, seu dignitatũ non præsumitur, sub n. 14.
Possessio non debet esse difformis gratiæ, num. 15.

DECISIO XL.

DVbitaui cui sit dãdũ mãdatũ de manutenen. & neutri esse dandũ, fuit vnanimiter resolutum. Non Ioanni, quia
1 ipse non petit se manuteneri, nec docet de sua possessione, sine qua manutentio non datur Alex. cons. 92. num. 4. lib. 1. Guidop. cons. 13. n. 1. & fuit dictum in Beneuentana Bonorum 28. Maij 1614. coram me, Non Alphonso, quia
2 non probat suam possessionem, nisi ex fide notarij, quæ
3 non sufficit; tum quia attestatur de actu de præterito, Crauet. cons. 171. num. 5. Afflict. dec. 317. n. 4. Aegid. dec. 61. n. 5. Put. dec. 65. n. 2. lib. 1. Rota dec. 285. nu. 1. par. 2. diuers. & in Seguntin. iurisdictionis 27. Iunij 1584. coram Giptio; Tum quia est sine testibus, quæ non probat in præiudicium tertij, Paris. cons. 31. num. 28. lib. 4. Put. dec. 5. n. 1. lib. 3. Rot. dec. 15. p. 3. lib. 1. diuers. Ofasch. dec. 172. n. 6. Quicquid dicendum foret, si adessent testes, quia tũc posset sustineri actus tamquam factus ipsis testibus præsentibus, vt alias tenuit Rot. in Marsicana Capellę 21. Iun. 1613. coram R. P. D. meo Pirouano.

Nec obstat, quod notarius in d. fide sub die 22. Martij 1614. dicit, quod ipse die 4. eiusdem mensis tradidit Procuratori Alphonsi possessionem præsentibus pro testibus Petro Garzia, & Dominico Alphonso, quod videtur esse instrumentum publicum, seu exemplum instrumenti, & nõ fides, ex Lap alleg. 77. nu. 2. Butr. cons. 32. ad fin. vers. Si autem attestatur; Quia in 5
casu Lapi copia fuerat extracta ab instrumẽto rogato per eundem notarium, quæ habetur loco originalis, & sine dubio probat, iuxta doctr. Bart. in auth. si quis in aliquo n. 3. C. de eden. relat. ab eodem Lap. vbi sup. num. 3. vers. Et hoc expresse. In nostro autem casu notarius non dedit copiam ipsius instrumenti possessionis; sed solum fecit

fidem possessionis Alphonso traditæ de preterito, quæ non probat ex prædictis: Et licet Butr. vbi supra teneat Notarium posse de actu à
6 se gesto in præteritum instrumentum conficere, hoc tamē intelligit dumodo vere, vel præsumptiue constet notariū de eo, quod asserit in præteritū fuisse rogatū, in casu autem nostro nullibi apparet notariū fuisse rogatū de instrumēto possessionis; sed ipse hoc attestatur. Fides autē Curialiū nihil facit, quia extraiudicialis, & de auditu publico.
8 Visum tamen fuit Dominis indulgeri aliquod breue tempus Alphonso ad reportandū authenticum instrumentum, quia datur magnus fumus possessionis, & eo reproducto res carebit omni difficultate.

Reportato deniq. authētico instrumento possessionis captæ per procuratorē Alphōsi ad id specialiter constitutū
9 eoq. in actis producto D. sine difficultate illi esse dandum mandatum de manutenendo censuerunt, Quia possessio probatur ex instrumēto illius adeptionis alio nō possidēte, l. prędia cum ibi not. ff. de acquir. posses. Menoch. de retin. remed. 3. num. 575. Fastol. dub. 41. Rot. decis. 204 num. 3. par. 1. & decis. 61. num. 1. par. 2. diuers. cum alijs adductis in Mediolanen. beneficij 10. Martij 1614. coram me,
10 & talis possessio, licèt Instrumentalis est manutenibilis, Cæsar de Grass. decis. 5. in princ. de caus. poss. & propr. cum alijs allegatis per informantes.
11 Et tantò magis, quia apparebat de effectuali possessione ex instrumento locationis fructuū Parochialis, seu Vicariæ, de qua agitur summ. num. 2. Quod concurrentibus adminiculis sufficit ad probandam possessionē contra Tertiū, Fel. in c. inter dilectos nu. 8. vers. Item secus de fid. Instr. Socin. cons. 187. n. 16. ad fin. lib. 2. Grat. cons 50 nu. 49. & seq. lib. 1. Gabr. de locat. concl 4. nu. 16. Card. Seraphin. decis. 896. num. 2. & fuit dictum in Mediolanen. Decimarum 23. Jun. de anno præterito coram me: Quę adminicula desumi possunt ex fide Curialium attestantium de eadem possessione, & ex ipso instrumento possessionis captæ alio non possidente, quod solum per se sufficeret ex supra deductis.

Nec obstabat, quod in mandato procuræ exprimatur Parochialis S. Stephani della Sierra e Monleon. Salmantin. Diæcesis, & Procurator ceperit possessionem Archipresbyteratus Ecclesiæ Parochia-

rochialis sanctæ Mariæ Villę de Monleon. & postmodum eodem die possessionem Ecclesiæ loci sancti Stephani, Quia cum dictus Alphonsus in vim suæ prouisionis mandatum procuræ dederit, & Procurator vigore eiusdem prouisionis possessionem ceperit, in qua prouisione exprimitur Parrochialis Ecclesia Vicaria, seu Archipresbyteratus nuncupata loci de Monleon. Salmantin. *Diæ*cesis, quam quondam Ioannes Minor ipsius Ecclesiæ Rector Vicarius, seu Archipresbyter, etiam nuncupatus, dum viueret, obtinebat

12 &c. Error in nomine non vitiat cum constet de corpore beneficij, l. si me in vacuam 34. in princip. ibi, nisi forte in nomine tantum errauerimus in corpore consenserimus, ff. de acquir. possess. & ibi *Doct.* Rot. decis. 4. n. 5. in fin. & seq. de rescript. in antiq. & decis. 16. vbi Papaz. n. 1. eod. tit. in nou. Put. decis. 442. num. 5. lib. 1. &

13 satis est non errasse Procurarem dicta l. si me in vacuam, §. Primo ibi si ego errem, Procurator meus non erret, an mihi possessio acquiratur? Et cum placeat ignoranti acquiri poterit, & erranti.

14 Et licet sint duæ Ecclesiæ tamen cum non constet duos esse Archipresbyteratus, & pluralitas non præsumatur ambas venire sub vna Vicaria, & archipresbyteratu dicendum est ad Puteum dicta decis. 242. num. 4. Vltra quod Alphonsus non petit manutentionem, nisi illius beneficij, cuius possessionem vigore litterarum probat se adeptum fuisse, quæ literæ cum exprimant Archipresbyteratum Ecclesiæ Parochialis S. Mariæ loci de Monleon. & cũ eis concordet, possessio nõ potest illa dici esse difformis

15 gratiæ, prout erat in casu illius Cæsaraugustana fructuũ 31. Ianuarij 1597. coram bonæ mem. Cardinali Pamphilio ex aduerso allegata. Et vis non stat in verbis etiam quod in mandato fuerit præposita vna Ecclesia, vel alia postposita, satis enim est, quod de substantia constet ex prædictis.

Concheñ. Decimarum dell'Infantado.

Mercurij 1. Iulij 1615.

SVMMARIVM.

Scientia expressa, & indubitata partis citandæ supplet defectum citationis, num. 1.

Examen testium alias nullum ob non citationem, vel eam minus legitime factam data notitia partis Rota admittit, num. 2.
Contumacia existente non est necessaria citatio, num. 3.
Defectus notificationis sanatur ex scientia superueniente, num. 4.
Examen si non sunt expressa loca in specie, in quibus faciendum est, nullum est, num. 5.
Fallit quãdo altera pas habuit illorum notitiam, sub num. 5.
Decretum admissionis ad probandum continet citationem ad videndum iurare testes, num. 6.

DECISIO XLI.

CVm ad multã importunitatem Rectorũ hodie dubitasse an examen testium Episcopi per subdelegatũ ex commissione prouisionis factũ, esset validum, vel potius nullũ; D. vtraq, parte informante validum esse censuerunt.

1 Prima enim nullitas ex defectu deputationis receptoris à Iudice subdelegati, necnõ citationis partis ad viden. illũ deputari, cessabat ex actu deputationis sub die 26. Iunij 1602. in sum. D. Epi n. 1. & in sum. Rectorum n. 4. Necnõ ex sciẽtia d. subdelegationis, quã habuerunt Rectores, quia sub die 28. eiusdem mensis Procurator Episcopi petijt corã Prouisore mãdari curri termini probatoriũ. Attento quod receptor iã recesserat, & Prouisor mandauit terminũ currere, quæ omnia fuerunt intimata procuratori Rectorum, vt in process. fol. 209. 210. & 211. Vnde eadem pars Rectorum sub die 29. eiusdem mensis petijt decerni terminũ non currere, & mandari receptori, vt supersederet in examine instando vlterius sibi dari copiam interrogatorij pro parte Episcopi producti & Prouisor, attento quod originale d. interrogatorij, siue articulorũ erat penes receptorẽ, qui iã recesserat, concessit parti Rectorũ expressũ mandatum directũ eidẽ Receptori, vt post quã Rectores exhibuissent sua interrogatoria eis daret copiam dd. articulorum process. fol. 211. 222. & 223. & d. sum. Episcopi num. 3. quæ expressa, & indubitata sciẽtia Rectorũ supplet defectũ citationis Roman. cons. 410. n. 2. vbi addit. litera C. allegat plures concordan. Felin. in c. cũ contingat n. 8. de rescript. Vant. in rubr. quib. mod. sent. nullit. defendi possit nu. 122. Boer. decis. 235. n. 3 ad med. vers. Vnde talis citatio, Grauat. ad Vestr. lib. 3. cap. 6. num. 11. Et ex hoc vnico fundamento notitiæ partis, Rota in pluribus

ribus causis sustinuit examen testium alias nullum ob non citationem, vel eam minus legitime factam, vtpote ex defectu expressionis loci, & similium, vt in Legionen. *S.* Facundi 19. Martij 1590. coram bo. me. Card. Pamphilio Calaguritana oblationum 26. Martij eod. anno coram Comitulo, Aurien. S. Pelagij 11. Februarij 1604. coram Seraphino inter impress. decis. 1489. num. 1. vers. Nec etiam & in Aurien. congruæ, seu fructuum 4. Maij 1607. coram Reuerendiss. Attrebaten. vbi aliæ referuntur.

Imò non solum fuit probata scientia Rectorum, sed manifesta, & dolosa contumacia, ex quo ipsi habuerunt recursum ad Concilium Regium, & sub falso prætextu, quod Prouisor careret iurisdictione extorserunt prouisionem Regiã in qua nihilominus refertur status causæ circa examen, quod per Receptorem fiebat summ. n. 4. quo casu, & qua stãte contumacia non erat necessaria aliqua citatio, etiam si alias de iure foret requisita,
3 iux. text. in c. 2. de dol. & contum. in 6. Alex. in l. de vnoquoque n. 16. de re iudic. Gabr. de citat. conclus. 1. n. 299.

Hinc cessabat alia nullitas deducta ex l. 8. ti. 6. lib. 4. nou. recopil. vbi antequam receptor literis vtatur illas debet notificare parti, vt ad locum receptoriæ accedat, & ibi Alphonsus de Azzeued. notat idem esse de iure comuni scilicet desumptum ex l. Iudices vbi Castr. in princ. & n. fin. C. de fid. instrum. Ille enim defe-
4 ctus fuit sanatus ex superuenienti scientia Rectorum.

5 Prout etiam remouebatur tertia nullitas, quod non fuerant expressa omnia loca in specie in quibus fuit factum examen, prout erat necessarium iux. dec. in Conchen. decimarum 2. Iunij 1599. coram b. m. Card. Pamph. Burgen. iurispatr. 18. Decemb. 1595. coram Gipsio, & Conchen. limitum 23. Ianuarij 1591. coram Comitulo, quia sufficit,
6 quod Rectores sciuerint deputationem, & accessum examinatoris ad d. loca, vt præsuponunt omnes supradictæ decis. in quibus propterea fuit capta cõtraria resolutio, quia non probabatur scientia locorum in quibus fuerant testes examinati, & in terminis huiusmodi nullitatis ratione incertitudinis loci cũ fuisset dictum in certo loco, & alijs partibus, & locis Episcopatus quod examen sustineretur ob subsequutam scientiam partis est d. decis. Seraph. 1489. n. 1. vers. Nec etiam placuit, cum alijs supra alleg.

Et tanto magis, quia termi nus erat vtrique parti commu nis, & examen factum fuit in eisdem locis in quibus degebant Rectores, vt fuit ponderatum in dicta Legionen. S. Facundi coram Cardinali Pāphilio, & in Calaguritana oblationum coram Comitulo de quibus supra.

Denique alia nullitas ex defectu citationis ad viden. iurare testes coram Receptore in actu receptionis iuramenti, & ipsa tollebatur ex deciss. in hac causa factis coram R. P. D. meo Pirouano, & coram me, in quibus fuit resolutum decretum admissionis ad pro
6 bandum a prouisore factum, & partibus intimatum conti nere citationem ad viden. iurare testes, vnde non erat necessaria alia citatio in loco examinis, vt fuit pluries decisum, & signanter in causa Toletana de Salsedon 16. Februarij 1590. coram bon. mem. Penia, & in alijs, de quibus in decisione Seraphin. 1010. n. 3. & hic per informantes: Decisio autem bon. mem. Card. Pamphilij in Conchen. Decimarum de Villanueua 2. Iunij 1599. procedit, quando in loco decretæ remissoriæ citatio tantum fuit facta ad viden. prę sentare, & cognoscere testes, non tamen ad viden. eos iurare, prout in casu nostro adest citatio, vt fuit firmatum in dictis decisionibus, & in indiuiduo responsum ad d. decis. Card. Pamphilij 1. Decembris anni præteriti coram me. Ex quibus fuit resolutum examen esse validum.

Callien. Fructuum.

Veneris 13. Nouemb. 1615.

SVMMARIVM.

Debitor non est condemnaturus ad fructus restituendus iam sequestratos, num. 1.

Debitor depositario non soluendo tenetur in subsidium, n. 2.

Decretum non iustificatum remanet notoria iniustum, nu. 3.

Decretum notoria iniustum non venit exequendum sub num. 3

Decretum ad certam summam restituendum pro valore rei, non liquidato prius valore est nullum, num. 4.

Fructus post 30. annos non dicuntur extare, & ita non possunt liquidari, num. 5.

Mandato relaxato eum intimatione, si de intimatione non con stat, remanet nullum, num. 6.

Executioni præscribitur per 30. annos, num. 7.

Executio facta in vim mandati nulli nulla est, num. 8.

Citatio facta in cursu præscriptionis, & post eam perfectam repro

reproducta praescriptionem nõ interrumpit, num. 3.

DECISIO XXXXII.

DVbitaui an mandatum exequutiuum per DD. de Carbonaria petitum, esset concedendum, & Rota negatiue respondit; agebatur autem de exequutione duorum mandatorum, quae quondam fuerant relaxata, nempe vnum per b. m. Oradinum de anno 1569. contra Ioannem Baptistam de Tauroleonibus, q. Episcopum Callien. & alterũ per b. m. Cardinalem Lancellottum de anno 1575. contra d. Episcopi haeredes.

Illa potissima visa fuit ratio quod Episcopus nõ potuit iuste condemnari ad restituen-
1 dos fructus, quia penes eum non extabant, sed penes depositarium, penes quem de mandato Episcopi in visitatione facto illi erant sequestrati, l. 1. & tot. tit. ff. & C. deposit. nec probatur d. fructus nunquam ad Episcopum peruenisse, nec ad illorum restitutionẽ poterat cõdemnari, nisi in subsidium,
2 ex late traditis per Bart. q. 9. n. 4. vnde sequitur debuisse ante relaxationem mandati probari d. depositarium non esse soluendo, quod cum factum non fuerit, & decretũ Oradini
3 non iustificetur, remanet notorie iniustum Caes. de Graff. decis. 16. n 15. de probat. & saepius fuit decisum, Merito igitur non venit exequẽdum, Paris. cõs. 54. in prin. lib. 4. Gabr. cons. 43. n. 47. lib. 1. Caes. de Graff. decis. 4. in prin. de re iudic. & 1. num. fin. de appell.

4 Et tanto magis, quia d. decretum Oradini non modo fuit iniustum, sed etiam nullum, ex quo quatenus d. fructus non extarent mãdabat solui scuta 268. pro eorum valore, & tamen non praecessit aliqua liquidatio valoris, Bal. in l. 2. num. 7. & 8. C. de exequ. rei iudic. Socin. cons. 51. n. 5. & seq. lib. 1. Crauet. cons. 231. n. 9. Canar. de exequ. instrum. quaest. 14. Galles. ad form. oblig. Camer. tit. de liquid. Surd. decis. 23. per tot. & fuit dictum in Asculana Grani 16. Iunij 1608 coram Reuerendiss. Damasceno, & in Anconitana Computorum 28. Maij 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in eadem 22. Maij 1615. cõram me.

5 Qua nullitate, & iniustitia circumscripta, neque etiam hodie fieri potest liquidatio, cum fructus ob lapsũ 30. annorũ, & vltra non possint dici extare, & consequenter nec dandum nouum mandatum Carbonarijs, tanquam ad quid incertũ, l. 3. & seq. C. de sent. quę sin. cert. quantit. Natt. consil.

17. num. 4. cum sup. alleg. & hic per informantes.

Præmissa etiam procedunt, quoad secundum mandatum Cardinalis Lancellotti, cum .n. illud esset de exequen. mãdatum Oradini, etiã in istud reflectuntur, Addito, quod mandatum Card. Lancellotti fuit relaxatum cum intimatio
6 ne, de qua non constat, & sic remanet nullum, Put. dec. 174 lib. 1. & fuit dictum in Terraconen. Censurar. 15. Decẽb. 1604. coram b. m. Iusto, & in Rom. Domus de Roncionibus 17. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Buratto.

Deniq. obstat Carbonarijs exceptio præscriptionis, quia à die relaxationis mandati Cardinalis Lancellotti vsq. ad diem petitæ exequutionis coram me effluxerunt 30. &
7 plures anni, & tamen sufficit lapsus triginta annorum, vt exequutioni pręscriptum censeatur Innoc. & Bal. in cap. vlt. in fin. de except. idem Bald. in rubr. num. 22. vers. & dico, quod contra de præscript. Achil. dec. 5. in princ. eod. tit. cum alijs allegatis per Carthar. decis. Genuen. 120. num. 3.

Ad quam præscriptionem excludendam non valet exequutionem fuisse ceptam, vel alias d. pręscriptionem interruptam per citationem cum inhibitione de anno 1603. Quia cum fuerit mandatum relaxatum cum intimatione, quæ non reperitur facta, vt supra dixi, sicut remanet nullum mandatũ, ita pariter, & in eius
8 vim facta exequutio, & per cõsequens interrumpere nõ potuit d. præscriptionem, reg. non præstat. de reg. iur. in 6. Illa autem citatio vltra alios defectus, de quibus hic per informantes non fuit reprodu-
9 cta, nisi vno ab hinc anno, & sic post completã præscriptionem, quæ propterea interrumpi non potuit, Card. cons. 131. nu. fin. Abb. in cap. auditis n. 10. de præscript. Felin. in cap. illud nu. 13. eod. tit. Rot. dec. 86. nu. 2. par. 1. diuers. Et ita conclusum.

Burgeñ. Seruitij.

20. Nouembris 1615.

SVMMARIVM.

Oblatio de parendis seruitijs sufficit, vbi tunc non est seruitiũ præstandum, num. 1.

Lite mota contra particulares, & ratione particularis interesse non tenetur vniuersitas ad expensas, num. 2. & 9.

Actio personalis pro particulari interesse intentata transit ad haredes, & contra haredes, nũ

vni-

vniuersitatem, & contra, n. 3.
Res iudicata contra beneficiatum tanquam talem praeiudicat etiam successoribus. num. 4.
Condemnati per tres conformes, quae transiuerunt in iudicatū, non debent de nouo audiri, nisi prius parito iudicato, nu. 5.
Arbitrium regulatur prout de iure, num. 6. & 17.
Exequutio trium conformiū debetur de iure, num. 7.
Expensae veniunt etiam in exequutione, quando in sententia est earū condemnatio, nu. 8.
Expensae, quae debeātur antecessori tanquā spectātes ad Ecclesiā debentur etiā successori, n. 10.
Expensae, quae debebantur antecessori litiganti pro defensione iuris sui singularis nō debentur successori in beneficio, sub n. 10
Vsus ad plures actus commissione obtēta cum clausula, parito iudicato, eaq. producta non potest ab ea recedere, num. 11.
Quod semel placuit amplius displicere non debet, sub num. 11.
Virtus clausulae, parito, est vt denegetur audientia quousq. plene sit paritum, num. 12.
Tertius comparens in causa commissa, & admissus in eidem statu, & terminis dicitur acceptasse clausulam, parito, n. 13.
Litigans nomine dignitatis tenetur tanquam dignitas, & obligat successores in dignitate, num. 14.
Decisio ex melioribus rationibus potest reuocari num. 15.
Sententia respiciens onus pertinēs ad dignitatem non ad persōnā praeiudicat successoribus in dignitate, num. 16.
Arbitriū regulatur à iure, n. 17.
Recedendum non est sine causa à iuris dispositione impediente iurisdictionem sub conditione datam, donec conditio extiterit sub num. 17.
Clausula, parito, facit vt iurisdictio sit data sub conditione, ibi.
Negotiū vtiliter esse ceptū, sufficit, nec attēditur euentus, n. 18
Ne clausula, parito, cludatur est denegandum arbitrium, n. 19.
Quod vna via probibetur non debet alia admitti, num. 20.

DECISIO LXIII.

INtroducta lite in Rota inter plures Dignitates Ecclesiae Burgen. habentes Canonicatum, vel Portionem distinctā ex vna, & Canonicos, & Portionarios simplices d. Ecclesię ex altera super eo; An dignitates praefatae tenerentur in dicta Ecclesia, & Choro ad pręstandum seruitia Canonici & Portionarij, prout tenebantur, & prestabant caeteri Canonici, & Portionarij simplices, Ad quam causam aliae dignitates ob interesse, si in posterum obtinerent Canonicatum, vel portionem deinde venerant condemnati, fuerunt

fuerunt per tres sententias Rotales omnes, qui tunc obtinebant, & imposterum obtinerent Dignitates, & Canonicatus, seu portiones distinctas, & separatas ad ea præstanda in omnibus,& per omnia prout pręstabant simplices Canonici, & Portionarij, cum condemnatione expensarum in forma, & in vim,trium fuerunt relaxatæ exequutoriales, & successiue intimatæ singulis dictis Dignitatibus, quæ verbo responderunt parere excepto Decano,qui obedire expresse recusauit.

Vnde dato Dubio per R. P. D. Pirouanum. An esset danda Declaratoria sub die 4. Iulij 1614. fuit resolutum excepto Decano, de quo videretur contra alios non esse dandam; Non quoad præstationem dictorum seruitiorũ, quia sufficit oblatio de parendo, cum tunc nihil esset præ-
1 standum. Non etiam quoad expensas; Quia lis non fuerat mota contra Dignitates collegialiter; sed contra obtinentes de eo tempore Canonicatum, neque nomine Capituli pro interesse Ecclesiæ; sed propter vtilitatem singulorũ.
2 Et ideo contra Canonicos dignitates obtinentes, & tunc demortuos, ac Canonicis, qui de tempore rei iudicatæ non extabant pro expensis,
3 non daretur actio, cum illa solum transeat ad hæredes Canonicorum, & contra hæredes dignitatum per decis. 777. in princ. par. 1. diuers. & in causa Elboren. dismembrationis 7. Nouembr. 1603. coram Illustrissimo Millino, Contra dignitates autem superuenientes,deberet fieri liquidatio expensarum pro earum ratis, iuxta decis. Veral. 343. par. 1.

Sed quia eueniente casu seruitij, Abbas de Zeruatos, & Canonicus recusauit seruire; fuit disputatum,An esset danda declaratoria contra istum, & Decanum in alia disputatione reseruatum, & Rota die 16. Martij præteriti,censuit contra istos declaratoriam esse dandam;quia sufficit in sententijs fuisse citatas, & condemnatas dignitates,tunc Canonicatum habentes, & quæ in futurum habebunt.
4 Et quia res iudicata præiudicat successoribus in beneficio, quia sententia respicit onus ad dignitatem pertinẽs, non autem ad personam, quo casu successores etiam afficiuntur.

Cum autem pro parte Dignitatum fuisset mihi commissa causa restitutionis in integrum, cum clausula, Parito, quoad

quoad expensas arbitrio Rotæ iudicato. Hodie 15. Nouembris 1615. Dubitaui an intraret arbitrium, & Domini quoad ratam expensarum, quas reficere debent Dignitates, quæ fuerunt in illa lite & adhuc superuiuunt nullam difficultatem habentes, illud non intrare vnanimiter censuerunt; quia cum fuerint condemnatæ per tres sententias conformes, quæ transitum fecerunt in iudicatum nulla æquitas, nullaque iuris.
5 Ratio suadet, vt de nouo audiantur, absque eo, quod pa-
6 reant, quia Arbitrium regulatur, prout de iure, Bart. in extrauag. ad reprimendam verbo videbitur num. 8. Alex. cons. 33. num. 3. lib. 1. Cæs. de Graff. decis. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2. de re iudic. Et de iure exequutio trium
7 conformium debetur clem. vt calumnijs eod. tit. in qua exe
8 quutione veniunt etiam expensæ, quando in sententia adest illarum condemnatio, Ferret. cons. 43. num. 7. Odd. de rest. in integr. p. 2. quæst. 71. art. 6. num. 63. Lancell. de attent. 2. par. cap. 18. nu. 142. Moder. de clausul. clausul. 84. num. 1. & sæpius fuit resolutum.

Difficultas erat, quoad alias Dignitates, quæ successerunt. Alij enim credebant esse locum Arbitrio, quia ipsæ non tenentur ad aliquas expensas, vt fuit firmatum in 1. decis. coram R. P. D. Pirouano, & clarè etiam constabat ex decis. bon. mem Littæ 20. Nouembris 1595. in hac causa facta, in qua dictum fuit hic non agi de vtilitate aliqua Ecclesiæ, cum eius non interfit, vt seruitium ab vno magis, quàm ab alio præstetur, dũmodo dicto seruitio non defraudetur, sed potius de cõmodo singulorum, qui contendunt se exonerare, & tale onus in alios transferre, quo casu sumptus litis numquam possunt dici spectare ad Ecclesiam, nec debiti à Collegio; sed à singulis. Et ideo, vel sunt deducendi pro vtraque parte ex massa cõmuni, vel ex proprijs redditibus singulorum.

9 Hinc cessare putabant deducta per Abb. in cap. reprehensibilis num. 21. & seq. de appell. & ibi Franc. num. 21. Dec. num. 34. Quia loquuntur in beneficiato, qui litigauit pro defensione Ecclesiæ, vel quando lis fuit facta collegialiter, vt patet ex eorum lettura, quod non applicatur casui nostro, in quo non fuit actum collegialiter neç lis respicit vtilitatem Ecclesiæ; sed inte-

interesse singulorum, vt fuit firmatum in vtraque decisione, vnde cum istæ dignitates successores, quæ non fuerunt in illa lite non teneantur reficere expēsas omnis æquitas ex qua relaxari solet rigor clausulæ Parito suadet, vt sit locus arbitrio, ne ex aliorum negligentia ipsæ reperiantur impeditæ prosequi ius suum, l. si seruus comunis, §. quod vero, ff. de furt. cum concord. adductis per glos. in princip. inst. de nox. act. in verbo Iniquum.

Prout etiam respondebant ad decis. 761. & 809. par. 1. diuers. quia loquuntur in expensis, quæ erant reficiendę ante-
10 cessoribus, quę debentur successori tamquam spectantes ad Ecclesiam, non autem dicunt, quod successor teneatur ad expensas ad quas tenebatur antecessor pro defensione sui iuris singularis, vt loquitur decis. 777. par. 1. diuers. decis. autem R.P.D. mei Decani in causa Burgen. iurisdictionis de Berbrisca 6. Februarij 1604. quæ loquitur in clausula Parito, dicebant eam non attingere istum casum, quia non dicit, quod Episcopus successor teneatur soluere expensas, sed quod non possit audiri nisi fuerit paritum iudicato, etiam quoad expensas, quæ debent solui ab eo, qui illas soluere tenebatur.

Alij oppositum sentiebant, atque ita, quod arbitrium nō
11 intraret, quia cum dignitates commissionem obtinuerint, cum dicta clausula Parito, & illam in actis produxerint, nec non illius vigore processerint ad plures actus non videtur, quod hodie possint ab ea recedere, & petere illius reductionem ex Regula, quod semel placuit de regul. iur. in 6. Cum enim ex præsentatione commissionis, & citatione ad dicendum contra commissio facta sit communis sequitur ex clausula ista Parito fuisse quæsitum ius Capitulo, cu-
12 ius clausulæ virtus operatur, vt antequam audiri possent dignitates condemnatæ fieri debeat integra solutio, Staph. de lit. Iust. §. dicendum n. 42. Modern. de clausul. clausul. 84. num. 7.

13 Vnde videmus in fortiori casu, si tertius compareat in causa commissa cum ista clausula, & faciat se admitti in statu, & terminis, in quibus reperitur, tunc istam clausulam Parito, illi obstare, cum per hujusmodi admissionem dicatur eam acceptasse, Verall. decis. 1. lib. 1. in manuscript. & tradunt Modern. vbi sup. num. 4.

Præterea successores in dignitate tenentur ad expensas

ad

ad quas condemnati fuerunt illorum antecessores ex quo litigarunt nomine dignitatum Abb. Franc. & Dec. supra allegati in d. c. reprehensibilis, & fuit resolutum in dicta Burgen. Iurisdictionis de Berbrisca.

Nec obstabant deciss. factæ in hac causa coram R. P. D. meo Pirouano, & coram b.m. Litta, in quibus fuit dictum successores in dignitate non teneri ad expensas litis, iux. d.
15 decis. 777. par. 1. diuers. Quia cum hodie legatur decis. 809. ead. par. 1. reuocatoria d. dec. 777. cuius rationes videntur multũ stringere, & postea sub die 16. Martij prętetiti coram eodem D. meo Pirouano resolutum fuerit in sentẽtijs fuisse citatas, & condemnatas dignitates, tunc habentes Canonicatum, & quæ in posterũ sunt
16 habituræ, & rem iudicatam successoribus in beneficio pręiudicare cum sententia respiciat onus pertinens ad dignitatem non ad personam. Hæc
17 difficultas cessare videbatur, & ideo cum arbitrium reguletur a iure non est fine causa recedendum a iuris dispositione impediẽte iurisdictionem sub conditione datam donec fuerit paritum, Put. dec. 429. lib. 1. & decis. 283. lib. 2. Veral. decis. 150. num. 3. par. 2.

Nec valebat dicere suprad. procedere, quando fuit bona fide lis acta in vtilitatẽ Ecclesiæ, quia licet dignitates succubuerint; Non ideo tamen illæ cessarunt gerere necessariũ negotiũ pro defensione iuriũ ipsarũ Dignitatũ cũ sufficiat
18 negotium fuisse vtiliter cæptum, nec attendatur postea quid venerit, *Surd.* decis. 278. num. 8. in fin.

Et licet ex prędictis Domini essent varij, tamen pro denegatione arbitrij placuit indistinctæ illa ratio, quod si daretur arbitrium, quoad digni-
19 tates successores, quæ non tenerentur ad expensas eludere, tur clausula Parito, nam veteres dignitates causam nõ prosequendo iudicato non parerent, & nihilominus, quia idẽ ius habent cum nouis dignitatibus iuuarentur sentẽtia per illos obtinen. contra reg. text.
20 in c. tuæ de procur. & in reg. cum quid vna via de reg. iur. in 6. vnde ex hoc capite non intrare arbitrium vnanimiter fuit resolutum.

Bononien. de Capacellis.

Veneris 27. Nouembris 1615.

SVM-

SVMMARIVM.

Acta omnia sunt transportanda, alias sententia est nulla, n.1.

Acta de partibus sunt transportanda, quando influunt quocunque modo in causam pendentem in curia, num.2.

Acta primæ instantiæ sunt transportanda, vt Iudex appellationis possit instrui de iustitia vel iniustitia sententiæ, n.3.

Conc. Trident. sess. 24 c.20. quod omnia acta sint transportanda non habet locum in profanis, num.4.

Actorum transportatio, quæ non concernunt merita causæ, nec impugnant iustitiam sententiæ non est necessaria de iure communi, num. 5.

Sententia debet esse conformis libello, num. 6.

Clausula, quam, & quas, in commissione apposita comprabendit petitorium, & possessorium, num.7.

Clausula, quam, & quas, in commissione facit, vt sustineatur sententia in possessorio, quamuis libellus fuerit in petitorio sub num.6.

Commissa causa appellationis a sententia super petitorio in profanis tribuit solum iurisdictionem in petitorio, num.8.

Fallit, quando est commissa causa cum clausula (quam, & quas, n.9.

Petitorium non potest suspendi in causa appellationis super possessorio, num.10.

Fallit cum est commissa causa cũ clausula quã, & quas, sub n.10

Per clausulam quam, & quas, intelligitur agens deduxisse omne ius suum, nec se arctasse magis ad vnam causam, quam ad aliam, sub num. 10.

Reconuenti nis causa debet terminari in eadem sententia conuentionis, alias sententia est nulla, num.11.

Iudici, quando liquet de iustitia in conuentione prius quam de reconuentione potest ferre sententiam super conuentione omissa reconuentione, num.12,

Sententia lata ex instrumentis non productis, & non recognitis, est nulla, num.13

Protestatio non facta in tempore non releuat, num.14.

Non constito de idemptitate bonorum retardatur immissio, num.15.

Ob releuantes exceptione retardatur immissio, ibi.

DECISIO XXXXIV.

Contra sententiam Rotalem opponebatur de multiplici nullitate, & iniustitia, quibus tamen non obstantibus eam esse confirmãdam maior pars Dominorum censuit.

Prima erat nullitas, ob non integram transportationem actorum ex quo non fuerant transportata acta coram Rango no

gono, cum tamen, acta omnia sint transportanda non solum attenta dispositione Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 20. sed etiam iuris com-
1 munis, aliter sententia est nulla, Bart. in l.2. num.5.& communiter alij, C de eden. Felin.in cap.Ecclesiæ Sanctę Mariæ, num.16. ad fin. vers. Et idem si acta de constit. Vant. de nullit.rubr. a quo, & quib. mod. num.21. & seq. Cæs. de Graff. decis. 9. num.5.de caus. poss. & propr. & fuit dictum in Vrbeuetana Legati 5. Decembris 1603.coram bo. me, Litta.

Nec obstabat hæc acta non fuisse facta corã iudice a quo, sed coram Rangono Iudice secundæ instantiæ, quia nihilo
2 minus acta de partibus sunt transportanda, quando influũt quocunque modo in causam pendentem in curia, vt fuit decisum in Bracharen. Parrochialis 8. Martij 1602.coram Iusto, & quod in hac materia solum debeat attendi, an acta in causam influant, dictum fuit in Romana de Cincijs 1. Iunij 1607. coram Reuerendiss. Bononien.

Dicta autem acta coram Rangono influere in causam ex eo constabat, quia relationes peritorum factę coram ipso, erant de appendicibus iudicij facti coram Martinello primo Iudice, cum illi periti fuerint electi in prima instantia, licet tunc relationem non fecerint, vnde non est dubium, quod ex illa iudex appellatio-
3 nis instrui poterat de iustitia, vel iniustitia sententiæ, quæ est ratio cur acta primę instantię transportari debeãt, Castr. cons. 117. num. 2. lib. 1. Vant. vbi supra num. 21, & fuit dictum in Placentina administrationis s. Sacramenti 1. Decembris 1597.coram Gipsio.

4 Verum fuit responsũ, quod decretum Concilij, vbi supra, nõ habet locum in causis prophanis non Ecclesiasticis, vt sacra Congregatio illius Interpres sæpius declarauit; & Rota sequuta fuit in Romana Lignorum 28.Iunij 1603.coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, & in Perusina liquidationis fructuũ 21. Maij 1610. coram R.P.D. meo Decano, & in Romana Domorum 10.Iunij 1611.coram Reuerendissimo Bono-
5 nien. De iure autem communi non est necessaria actorum transportatio, quæ non concernunt merita causæ, nec impugnant iustitiam sententiæ, Castren. dicto consil. 117.n.1. & dixit Rota in dicta Romana Lignorum; Præfatæ autem relationes solum pertinent ad causam transactionis inter Iuliam, & Hyppolitam, quæ nihil

nihil commune habet cũ hac causa in quo Hieronymus egit vigore fideicommissi,&primogenituræ Ioannis Baptistæ & Tanarini vti primogenitus ab eis vocatus, & super qua dicta sententia lata fuit, & sic tamquam super re diuersa nõ fuit necessaria illarum transportatio, sed satis fuit transportare acta in hac causa facta vt fuit dictum in Conchen.limitum 17. Iunij 1596. coram bon.mem.Cardinali Pamphilio, & in Albanen. successionis 20.Maij 1602. coram Reuerendissimo Bononien.

6 Secunda nullitas ex eo deducebatur, quia sententia nõ erat conformis libello, nam in prima instantia fuit intentatum petitorium, & in causa appellationis fuit pronunciatum in possessorio,sed hæc nul
7 litas cessabat ex clausula, quã & quas in commissione apposita, quæ comprætendit, tam petitorium, quam possessoriũ Mohedan. decis. 6. ante num. 1. versic. Insuper de rescript. & fuit pluries resolutum, & signanter in Cæsaraugustana præceptoriæ 16. Martij 1607. coram bon.mem. Iusto, & in Nucerina Iurispatronatus 14 Maij 1612. coram R P. D. meo Caualerio.

Prout etiã cessabat id quod dicebatur nõ potuisse dictam sententiam ferri in possessorio
8 stante quod in Rota fuerat cõmissa causa appellationis interpositæ a sententia lata super petitorio, cum simus in prophanis in quibus huiusmodi commissio tribuit iurisdictionem tantummodo in petitorio, non autem in possessorio,Castr. 278. num. 2. in fin. & seq.lib.1. vbi respondit ad rationem, quod petitorium habet in ventre possessorium, quia in casu Castren. non erat commissa causa cum clausula
9 quam, & quas cuius vigore vtrumque censetur deductum vt supra dixi, & potest procedi prout in prima, Seraphin. decis. 1327.num.3. Barz. decis. Bonon. 47. num. 38.Rot. decis. 74. par.3. lib. 2. diuers. cum alijs adductis in Alerien. beneficij 12. Maij 1614. corã R.P.D. meo Buratto, & in istis terminis fuit dictum in Perusina fideicommissi 16.Februarij proxime præteriti coram R. P. D. meo Decano.

Vnde etiam corruebant late hic deducta per informantes pro Claudio super eo, quod
10 petitorium suspendi non potuit in causa appellationis,Roman.cons.381.cum alijs allegatis, quia totum hoc prouenit ex natura clausulæ quam & quas per quam apparet, quod agens a principio non se arctauit magis ad vnam causam, quam ad aliam,sed omne ius

ius suum à principio deduxit Rota in causa Romana Donationis quinquaginta milliũ 29. Maij, & 30. Iulij 1580. coram fel. rec. Clem. viij. & in Romana Pecuniaria, siue Societatis 26. Iunij 1606. coram Reuerendissimo Bononien. quo casu prosequutio ex vno capite nõ tollit aliud, Seraph. dec. 630. n. 3. par. 1.

Tertia nullitas, aut saltem notoria iniustitia fundabatur in eo, quod in eadem sentẽtia
11 non fuit terminata etiam causa reconuentionis capit. 1. in fin. & ibid. Abb. num. 4. Socin. in 6. notab. de mut. petit. Sed placuit responsio, quod contra Hieronymum non fuit motum aliquod iudicium reconuentionis, sed solum contra Hyppolitam eius matrem, quæ in ista causa nihil habet agere, sed solum in causa transactionis inter ipsam, & Iuliam. Et nihilominus obiectum cessabat
12 in casu isto, in quo Iudici prius liquit de possessorio, quod propterea omissa reconuentione solum potuit terminari, Abb. vbi supra num. 9. versic. Nam si longe prius Socin. in cap. 2. num. 17. eodem vers. Nam si longe dicto tit.

Iniustitia verò (omisso articulo principali super Primogenitura) deducebatur Primo ex non productione instrumentorum, & non recognitione illorum in partibus, sed fuit responsum hoc cessare, quia postea in Curia fuit facta noua productio in actis, & debita recognitio, Nec suffragari protestationem D. Riuani, quod non fieret recognitio, nisi sibi intimato. Quia
14 emanauit post audientiam, sub qua cadebat citatio, & postquam iam fuerat facta legitima recognitio dictorum instrumentorum, Bartol. in l. fin. §. Item si prædixerit ff. naut. caup. stab. Honded. cons. 24. nu. 45. lib. 2. Surd. dec. 246. num. 4.

Secundo opponebatur non fuisse probatam identitatem bonorum Ioannis Baptistæ, & Tanarini prout nec fuisse factas detractiones, quæ competebant Iuliæ, quibus casi-
15 bus retardatur immissio tam de iure comuni, quam iuxta laudabilem huius S. Tribunalis consuetudinem, & stylũ, Quæ exceptiones, quia visæ fuerunt releuantes, ideo fuit resolutum, vt supra sententiam esse confirmandam, nisi obstent exceptiones identitatis bonorum, & detractionum, de quibus erit particulariter videndum.

H Tole-

Toletana Decimarum de Capilla.

Veneris 4. Decembris 1615.

SVMMARIVM.

Quasi possessio decimandi immemorabilis non suffragatur laico, nisi quoque fama priuilegij, vel recognitio ab Ecclesia, vel aliud æquipollens concurrat, num. 1

Ad effectum vt doceatur de iure decimandi in laico cum immemorabili quasi possessione sufficit famam priuilegij esse diuturnam, & testes habiles, num. 2.

Ad probationem famæ sufficiunt duo testes, num. 3.

In Hispania non solet aduerti, quod testes deponentes de tempore continuo per dictionem, citra, vel hactenus probant copulam, num 4.

Dictio semper, & continue designant continuationem temporis, num. 5.

Testes de auditu, licet non specificent, à quibus probant tamen famam, num. 6.

Vassallus non repellitur à testimonio pro domino quamuis ei minus credatur, num. 7.

Defectus fidei testium potest suppleri per numerum, num. 8.

Item per habilitatem aliorum, sub num. 8.

Verisimilitudo subiectæ materiæ in causa probationis plurimũ stringit, num. 9.

Arg. Ab assuetis valet, num. 10.

DECISIO XLV.

Receptum est in hoc Sacro Tribunali immemorabilem quasi possessionem Decimandi non suffragari laico, nisi etiam fama priuilegij, vel recognitio ab Ecclesia, vel aliud æquipollens concurrat, quę opinio non solum de iure verior, sed apud illius interpretes etiam frequentior est, vt post Ioann. Andr. in cap. cum apostolica num. 9. ad finem versic. Satis videtur de his, quæ fiunt à prælat. fin. conf. capit. tenet Panormitanus ibi num. 12. Vbi quod cum hac opinione transeunt vt plurimum Doct. Felin. in cap. cum contingat num. 4. versic. Si tamen simul de for. compet. Vbi quod illa Decisio Ioann. Andr. est approbata per omnes, idem Felin. in capit. causam, quæ num. 3. de præscript. & ibi Alexand. de Neuo num. 8. Vbi de communi Rebuff. de decim. quæst. 13. num. 69. & 76. Alex. Monet. in eodem tractat. cap. 5. num. 118. late Henric. Canis. de decim. cap. 13. num. 9. & 10. Loffred. cons.

conf. 40. num. 42. verf. Quinimo, & fortius, Menoch. conf. 291. num. 43. lib. 3. Peregr. conf. 74. num. 8. lib. 1. alios cumulat Gabr. de præfcript. concluf. 1. nu. 22. verf. Contrarium, Addit. ad Bellug. in Spec. Princ. rubr. 13. §. Tractemus in verbo Inexpugnabilem verf. Sed quomodo probabitur, Azzeued. latiffimè in l. 1. num. 19. ad med. verf. Sed reuera cum pluribus feqq. lib. 9. titulo 21. nou. recopil. Barbof. in l. Titia num. 45. ad finem, verf. Tamen Rota, ff. folut. matrim. Cappell. Tholofan. decif. 440. Vbi optima addit Seraphin. decif. 1102. num. 1. Vbi quod fæpius fuit refolutum, & bene difcuffo articulo, Rota decif. 215. num. 2. & 3. par. 2. diuerf. Vbi quod hæc eft magis recepta opinio, & idem fuit tentum in pluribus alijs caufis, & fignanter in Toletana Iurifnominandi 8. Februar. 1588. Burgen. Decimarum de Scalante 5. Iunij 1591. & Comen. Decimarum 10. Aprilis 1595. coram Orano, & in Pampilonen. Decimarum 23. Iunij 1603. coram b.m. Card. Pamphilio.

Vnde cum in hac caufa, & coram eodem Cardinali fub die 20. Martij 1600. fuiffet refolutum probari immemorabilem quafi poffeffionem Excellentiffimi Duci de Bejar percipiendi decimas Ecclefiarum Status de Capilla. Hodie 4. Decembris 1615. Dubitaui an conftaret de fama priuilegij, & DD. conftare eamq. probari vnanimiter cenfuerunt.

2 Ad hunc enim effectum non requiritur, quod fama priuilegij fuerit immemorabilis, vel Quadragenaria, fed fufficit, quod fuerit diuturna, vt tenuit Rota in hac caufa die 8 Februarij 1588. coram Orano, Prout non requiritur, quod teftes fint omni exceptione maiores; fed fufficit, quod alias fint habiles, vt fuit refolutum in caufa Nullius Montis Porcij 21. Nouembris 1583. coram Bubalo.

Quibus præfuppofitis hæc fama probatur ex pluribus teftibus non Vaffallis in fumm. Ducis num. 2. & 4. & præcipue ex 42. annorum 76. 53. annorum 60. 89. annorum 65. 114. annorum 75. 115. annor. 72. 122. annorum 60. qui bene perftringunt dictam famam priuilegij, dum dicunt, quod ipfi de toto tempore fui recordatus femper audierunt, quod Duces de Bejar prædeceffores Moderni Ducis, qui pro tēpore fnerunt Status de Capilla habebant

Bullas,&priuilegia Apostolica ad percipiendum omnes deci mas præfati Status, & quod ita fuit, & est fama publica,
3 cum tamen ad probationem famæ sufficiăt duo testes,glos. in l. 3. §. eiusdem ff. de test. & in cap. 2. §. sæpe in verbo fama 4. quæst. 3. Bart. in l. de minore, §. Plurimum num. 19. ff. de quæst. Felin. in cap. tertio loco n. 5. de præsumpt. Dec. cons. 272. nu. 4. Vbi de comuni Cassad. dec. 5. de pro bat. Veral. dec. 150. num. 8. par. 2.

Et quamuis pro parte Episcopi pretendatur esse deducendum non solum tempus litis cum moderno Duce; sed etiam cum antiquiore, quæ incepit de anno 1575. Attamen dd. testes bene percutiŭt tempus etiam ante litem; quia 42. deponit de annis 65. sui recordatus 89. de 50. 53. 114. 115. de 40. 122. de 45. & cum fuerint examinati de ann. 1595 Dubio procul etiam toto illo tĕpore litis motæ subducto, adhuc superest tempus diuturnum à Rota requisitum.

Idem probant alij testes scilicet 103. annorum 90 de annis 60. & 123. ann. 64. de annis 50. qui deponunt, quod id audiuerŭt dici pro re publica, & notoria, & pro tali fama publica.

Et licet omnes prædicti testes, & alij remissoriales de-
4 ponant per dictionem, Citra, vel hactenus, sine Copula, Omisso, quod in illis partibus non solet ad hoc aduerti, vt notat Molin. de Hispan. primogenit. lib. 2. capit. 6. num. 3. in fine, & dixit Rota in Pampilonen. Decimarum infra allegan. Omisso etiam quod plures deponunt per verbum erat, & est. Attamen omnes subdunt alia
5 verba, quæ denotant continuationem temporis ipsorum auditus vt, semper, & continue, vel per totum præfatum tempus, & similia. Vnde bene concludunt, iuxta doctrin. Bartoli in l. Celsus nu. 25. & ibi Aquens. num. 51. & Balbus in tertia parte, quæst. prima num. 10. versiculo Limitat Bartolus ff. de vsucap. Felinus in capit. licet causam num. 8. versiculo Tertia causa de probation. Verall. decis. 84. lib. 2. in manuscript. Seraphin. decis. 798. nu. 1. & fuit dictum in Pampilonen. Decimarum 21. Maij 1603. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio, & in indiuiduo in hac causa super immemorabili 20. Martij 1600. coram eodem, vbi quod sæpius fuit decisum.

Quæ famæ probatio licet sola sufficeret ex prædictis;

Adhuc

Adhuc choadiuuatur ex pluribus alijs testibus,etiam non Vassallis,qui deponunt de auditu a maioribus, qui dicebãt se vidisse hæc priuilegia nem. pe 33. 34. 43. 52. 53. in sum. num. 2. & 4.

Accedat copiosus numerus testium Vassallorum, qui bene,& concludenter deponunt super eadem fama priuilegij; Alij enim, vt 10. 84. 87. 90. 96. 109. summ. num. 3. eam concludunt per verbum fuit, & est; alij, vt 68. 71. 76. 78. 79. 81. 91. 92. 99. 105. quod ita audiuerunt publice dici, quod sufficit, licet testes non
6 specificent a quibus audiuerunt, vel a maiori parte populi,& alia requisita per Bart. in d.l.de minore, §. Tormenta, alias §. plurimum num. 19. cuius opinionem non seruat Rota, sed opinionem Bal. in cap. per tuas de probat. & in cap. præterea de test.vt ait Cassador. d.decis. 3. nu. 4. de probat. Verall. decis. 7. par. 2. & decis. 289. par. 3. idem decis.295.lib.1.in manuscrip. & fuit dictum in Neritonen. pensionis 3. Iulij 1606 coram Reuerendissimo Bononien. & in Nolana Primiceriatus 1. Februarij 1613. coram R. P. D. meo Cauale. rio.

7 Nec obstat, quod sint subditi, & Vassalli ipsius Ducis quia Vassallus non repellitur a testimonio per Domino, licet illi de fide minuatur, Gabriel. de test. conclus. 10. n. 21. & 23. Put. decis.380. lib. 3. Verall. decis.276.num.11. par. 3. Seraphin. decis. 1049. num. 1. & fuit dictum in Legionen. S Facundi 1, Februarij 1589. coram Bubalo; Ma-
8 xime, quia illorum defectus suppletur ex numero, glos. recepta in l. 3. §. 1. in verbo Numerus, ff.de test. Alexand. consil.5,num.7.lib.1.Gabr.de test.conclus 6.in princ. Cæsar de Grass.decis.5. num.8. & 9. de sponsal. Rota decis. 289. num.2. par.1. diuersor. Card. Seraphin. decis. 241. num. 2. Item ex habilitate aliorum testium non Vassallorum, Alex. consil.56. num.12 lib. 2.Roman.consil.290. in fin. versic. Nec refragatur, Ruin. consil. 92. num. 4. lib 1. cum alijs per Gabr. vbi supra conclusione quinta num.primo,Seraphinus dicta decis.241. num. 2. in fin. & pluries fuit decisum.

9 Valde etiam stringit verisimilitudo subiectæ materiæ,& causa concessionis super qua deponunt fere omnes testes scilicet dd. priuilegia fuisse cõcessa Ducibus de Bejar prędecessoribus moderni Ducis ob expugnationẽ,& recuperationẽ illius status a manibus

infidelium, quæ iustificat dictam concessionem, Bellug. in Spec. Princip. rubr, 13. §. tractemus num. 36. Rebuff. de decim. quæst. 13. nu. 110. Lasart. de decim. vend. cap. 19. num. 36. Barbos. in d. l. Titia num. 40. in fin. vers. Et hac de causa, ff. de solut. matrim. Fontanel de pact. nupt. claus. 4 glos. 19. par. 1. n. 83.
10 Prout ex eadem causa solita fuit Sedes Apostolica in illis Regnis concedere similia priuilegia non modo Regibus, tradunt supradicti, verum etiã proceribus, alijsq. nobilibus, ita vt maior pars Decimarum in tota Hispania resideat penes Laicos ex concessione Pontificum attestante eodem Fontanel. vbi supra num. 41. vers. Hæc duriuscula sunt, & in Principatu Cataloniæ post Mich. Ferrer. 3. par. obseru. cap. 278. vers. Pro materia, Iacob. Cancer. var. resol. cap. 23. in princ.

Ex quibus remanent sublatæ omnes exceptiones contra hanc probationem famæ; nempe quod non probetur immemorabilis, vel quadragenaria, quod testes de ea deponentes non sint omni exceptione maiores, quod non percutiãt tempus ante litem motam, quod non deponant cum requisitis ad probandum famam, quod plures sint Vassalli, & multi ex eis Agricolæ. Ad hæc enim, & alia obiecta patet respõsio ex supradictis. Et ita conclusum probari famam Priuilegij.

Leodieñ. Prętensarum Vsurarum.

Veneris 18. Decemb. 1615.

SVMMARIVM.

Sẽtentia Rotalis est valida cum adest iurisdictio per commissionem preuia citatione ad dicendum contra, & fuerunt seruati termini substantiales, & docto de legitimo mandato cum citatione ad sententiam, num. 1.

Depositarius non tenetur ad interusuria, num. 2.

Cui non debetur sors principalis nec interesse debetur, num. 3.

Pacta faciunt cessare legem, & consuetudinem, num. 4.

Interesse non debetur sine mora, num. 5.

Amplia etiam in interesse damni emergentis, sub num. 5.

DECISIO XXXXVI.

Sola Nubina de Xurre informante placuit DD. sententiam Rotalem esse confirmandam, quia concurrunt duo requisita, scilicet validitas, & Iu-

Iustitia.

1 De validitate constat, quia adest iurisdictio per commissionem præuia citatione ad dicendum contra, fuit lata seruatis, & reiteratis terminis substantialibus, & docto de legitimo mandato vtriusq. partis vna cum citatione ad sententiam, Veral. decis. 260. par. 2. & fuit dictum in Calciatea. Coniudicum 1. Iunij proximi præteriti coram me.

Iustitia etiam patet ex deciss. in hac causa factis, in quibus fuit firmatum interusuria
2 petita nullo iure deberi, tum quia pecuniæ depositæ restituendæ sunt deponenti, vel cui deponens mandauerit. Quamuis pecuniæ ipsius deponentis non sint, sed alterius, dumodo absit mala fides l. quod seruus l. bona fide l. Iulianus ff. deposit cum alijs allegatis in 2. decis. Et ideo
3 cessante obligatione Lāberti depositarij, quoad sortem principalem respectu Erasmi, cum quo non contraxerat, cessat etiam obligatio Vsurarum, & interesse, quæ tamquam accessoria ad sortem principalem sine ea non debentur, l. vlt. in fin. vbi Bart. num. 3. ff. de eo, quod cert. loc. Rot. Ianuen. decis. 61. num. 1, & decis. 200. num. 5. Tum quia istæ pecuniæ nunquam fuerunt Erasmi attentis pactis antenuptialibus, in quibus Cathorina sibi reseruauerat ius disponendi de decem millium florenis. Vnde cessat allegata consuetudo Leodien. iuxta quam omnia bona dotalia sunt propria ipsius viri, & non vxoris præter
4 fusum, & colum, quæ pacta faciunt cessare dispositionem legis, & consuetudinis l. fin. vbi not. omnes C. de pact. conuen. Tum quia Erasmus, & eius hæredes nulla damna, nullumq. interesse prętendere possunt, cum Lambertus nunquam fuerit in mora, sine qua etiam à vero debitore illa non debentur l. Lecta vers. Sed cum sortis ff. si cert. petat. l. Si insulam, §. Vsuras, & ibi Bart. & Doct. ff. solut. matrim. Gabr. cons. 78. num. 4. lib. 1. & cons. 147. num. 2. lib. 2. Surd. decis. 80. num. 2 & decis. 262 num 5. Idque non solum procedit in interesse lucri cessantis; sed etiam damni emergentis, Couar. lib. 3. var. cap. 4. num. 2. vers. Deinde si ea constitutio, Rot. Ianuen. decis. 139. num. 4. Honded. cons. 38. num. 9. lib. 2.

Ex quibus, & alijs deductis in vtraque decisione R. P. D. mei Caualerij ita fuit conclusum.

Firmana Altaris.

Lunæ 11. Ianuarij 1616.

SVMMARIVM.

Periurus in Iudicio non est audiendus, num. 1.

Absolutio iuramenti non suffragatur, nisi post periurium sit absolutio à periurio, num. 2,

Periurium non potest remitti à parte, num. 3.

Procurator non potest sine speciali mãdato remittere exceptionem periurij, num. 4.

Etiam si mandatum haberet clausulas amplissimas, sub num. 4.

Procurator cũ amplissimis clausulis etiã cũ libera non potest remittere ius quæsitum domino, num. 5.

Clausula, parito iudicato, in commissione non tribuit iurisdictionem, nisi prius docto de paritione, sub num. 6.

Impetrans cõmissionem cum clausula, parito, non est audiendus nisi prius docuerit de paritione, sub num. 6.

Clausula, cõstito, facit etiam commissionem conditionalem, n. 7.

Et ideo facit vt iurisdictio non competat, nisi prius constiterit, sub num. 7.

Iurisdictio data sub conditione quidquid ante purificatã conditionem fit est nullum, nu. 8.

Negligens prosequi causam restitutionis per plures annos est in euidenti calumnia, num. 9.

DECISIO XLVII.

EX pluribus dictum fuit Ricchardum non esse audiendum, Primo Quia est Periurus, & ideo illi obstat hæc
1 exceptio, quia periurij in iudicio non audiuntur cap. paruuli, vbi glos. in verbo causa 22. quæst. 5. l. Si quis maior, & ibi Doctor. C. de transact. Spec. de act. nu. 16. Seraph. de priuileg. iuram. cap. vlt. num. 10. Roland. cons. 26. num. 28. lib. 3. Menoch. cons. 24. n. 14. & 23. vers. Non obstat, & fuit resolutum in Signina Castrorum 26. Iunij 1602. coram Reuerendissimo Bononien. & in specie in hac causa 29. Ianuarij 1607. corã Reuerendiss. Lugdunen.

De periurio constat, quia Ricchardus se cum iuramento obligauit de stando vnicæ sententiæ Cardin. Seraphini renunciando cum eodem Iuramento omni, & cuicumque appellationi. Et nihilominus post sentẽtiam commisit causam restitutionis in integrum & illa vsus fuit, & alia plura in contrarium fecit, nunc vero ardentius, & instantius, quam vmquam antea litigat, & omnes illius Aduersarios de-

defatigat, sicque periurium euitare non potest.

Nec valet dicere illum absolutionem obtinuisse; Nam post incursum periurium nõ suffragatur absolutio à iuramento, nisi obtenta prius ab-
2 solutione à periurio iam incurso, Federic. cons. 300. in fin. Anchar. cons. 198. num. 3. vers. Item aduertendum, Alex. cons. 83. num. 7. lib. 5. & cons. 118. in fin. lib. 7. Paris. cons. 10. num. 94. lib. 1. Menoch. d. cons. 24. n. 17. Afflict. dec. 220. n. 17. vers. Tertia surreptio est, Rot. dec. 786 par. 3. lib. 3. & fuit dictum in Mediolanen. bonorum 16. Decembris 1601. coram Litta, & in Nepesina Laudi 10. Decemb. 1605. coram Illustr. Millino, & in Bononien. Redditionis rationum 17. Februarij 1606. coram b. m. Penia, & in indiuiduo in hac eadem causa coram eodem Reuerendissimo Lugdunen.

Non obstat quod Procurator Coriolani petendo reformari commissionem restitutionis in integrum à Ricchardo obtentam, vt staret cum clausula, Parito iudicato censeatur renunciasse d. periu-
3 rio, nam vltraquod periurium à parte remitti non potest, Alex. cons. 17. num. 4. & 5. lib. 3. Rolan. cons. 34. num. 3. libro 1. Afflict. decis. 36. num. 2. Et quod ex illo actu non inducitur per necesse renunciatio in omnem euentum Coriolani Procurator, sine speciali mandato, non potuit obtinendo talem re-
4 formationem Domino praeiudicare, Innoc. in c. cum olim n. 3. de offic. deleg. Roman. cons. 48. num. 1. in fin. Bero. cons. 116. num. 11. lib. 1. Honded. cons. 66. nu. 80. cum plurib. seqq. eod. lib. 1. Veral. decis. 29. num. 2. par. 1. Etiam quod mandatum haberet clausulas amplissimas quia sub illis, & sub quacum-
5 que generali facultate etiam cum libera, non venit potestas remittendum ius quaesitum Domino, Iason in l. 1. §. Si Procurator num. 20. ff. Si quis ius dicen. nõ obtemp. Dec. cons. 402. num. 9. & fuit dictum in Rauennaten. Census 7. Maij 1601. coram Reuerendiss. Bononien. Ex quo etiam tollitur, quod Procurator Coriolani passus fuit Ricchardum audiri; Quia in omnem casum ipse non potuit praeiudicare iure iam quaesito d. Coriolano vigore rei iudicatę sine speciali mandato ex supradictis.

Secundo non videbatur audiendus, quia obstabat Ricchardo d. clausula, Parito iudicato quae cum sit conditionalis non tribuit Iurisdictionẽ, nisi docto

docto prius de paritione. Et ideo impetrans non est audiendus antequam pareat, Put. decis. 429. lib. 1. & 16. vt lit. penden., & dictum fuit in Calaguritana Capellæ S. Crucis de Nagera 23. Ianuarij 1589. coram Orano, & in Toletana Parochialis de Chinchon 28. Nouembris 1601. coram R.P. D. meo Decano, & in Placentina Parochialis de Malpartida 1. Iulij 1602. coram bon. memor. R. P. D. Litta.

7 Nec obstat, quod postea fuit impetrata alia commissio cum clausula reseruatis expensis in fine litis constito de paupertate, quia & ipsa est conditionalis propter clausulam, Constito, quæ æque importat conditionem, ac clausula, Parito iudicato, & ideo donec dicta conditio non fuit verificata per probationem paupertatis nulla competit iurisdictio, vt fuit dictum in Oriolen. Decimarum 26. Februarij 1590. coram Orano, & in dicta Placentina, de qua supra, Et generale est quod

8 vbi iurisdictio datur sub conditione quicquid fit ante eam purificatam est nullum, glos. fin. in cap. cum plures. de offic. deleg. in 6. Socin. cons. 99. nu. 10. lib. 3. Paris. cons. 41. num. 14. & cons. 94. nu. 5. & 8. lib. 4. Vant. de nullit. ex defect. iurisdi. deleg. num. 92. Put. decis. 283. num. 1. lib. 2. Veral. decis. 150. nu. 3. par. 1.

Vltimo videbatur audientia deneganda, quia contra Ricchardum adest, non solum ob tres conformes res iudicatas, sed post cõmissam causam restitutionis in integrum lapsi fuerunt vltra quadrienniũ plures anni, ex quo satis ap-
9 paret de ipsius calũnia, clem. vt calumnijs, vbi Doct. de re iudic. Oldrad. cons. 106. nu. 4. Cassad. decis. 5. num. 2. vt lit. penden. Et tanto magis, quia notoria iniustitia sententiarum Rotalium excluditur ex deciss factis coram R.P.D. meo Dunozetto, in quibus dictum fuit Ricchardum, vsq. ab initio litis fuisse calumniosum litigantem, & per consequens, si ius suum non fuit sufficiens ad excludendum talẽ calumniã, multo minus erit sufficiens ad redarguendum dictas sententias de notoria iniustitia, quam prætendit. & ita conclusum.

Burgen. Quindenniorum.

Luna 11. Ianuarij 1616.

SVMMARIVM.

De natura vnionis est vt intelligatur facta sine praiuditio iuris

iuris tertij, num. 1.
Noua opinio Rotæ non debet deseruire pro reuocandis causis antea terminatis, num. 2.
Quando ius tertij est euentuale, & consecutiuum non vt necesse fieri mentionem in gratia, num. 3.
Impedita vacatione quāuis præiudicetur patronis in iurepatronatus, tamen cum illud veniat consecutiue non est necessaria de tali iure mentio, n. 4.
Princeps potest legitimando illegitimum impedire ius succedendi agnatis, nec illis dicitur præiudicare, num. 5.
Regula de iure quæsito non procedit, quando ius est euentuale, num. 6.
In vnione intelligitur reseruatū ius tertij, num. 7.
Verum in vnione conseruatiua iuris antiqui, secus in extinctiua, sub num. 7.
In vnione conseruatiua datur ius annatæ propter compatibilitatem, secus in extinctiua, ex quo beneficium non debet amplius vacare, num. 8.
Accidentia non possunt esse fine subiecto, num. 9.
Quindennia non sunt subrogata loco annatarum, num. 10.
Beneficia possunt vacare per obitum, resignationem, & per mutationem, num. 11.
Vbi ius non est certum, illius ademptio non dicitur inferre læsionem considerabilem, nu. 12.
Quando ius est certum debet fieri mentio de eo in gratia, nu. 13.
Condemnatio potest reuocari ex noua opinione quoties respicit futurum præiudicium, num. 14.
Transactio in spiritualibus, & rebus Ecclesiasticis non tenet, nisi confirmata à Papa, n. 15.

DECISIO XLVIII.

POstquā die 16. Martij 1615. fuerat resolutum sentētias Rotales esse confirmādas pro grauitate causæ volui partem Capituli Burgen. iterum audire, qua repropofita 12. Iunij 1615. resolutio, fuit dilata ad tertiam, & sub die 26. remissa ad Calendas, ac demum 11. Ianuarij 1616. re mature discussa in decisis à die motæ nouæ litis Domini præstiterunt.

Impugnabatur enim decisio duobus fundamentis, Primum erat, quod Vnio ob non factam mentionem iuris ipsius Capituli, cui præiudicatur in speciali priuilegio Annatę, de quo Papa non habuit notitiam, vel fuit nulla, vel saltem reseruatum censetur
1 ius Capituli cum de natura Vnionis sit, vt intelligatur facta sine prę iudicio iuris tertij Abb. in cap. 2. num. 5. de relig. dom. Rota decis. vnic. de sepult. in antiq. & in terminis

nis præiudicij resultan. creditori Annatę, fuit dictum in Toletana Annatarum 23. Ianuarij 1589. coram b.m. Orano, pro quo etiam allegabatur, text. in cap. cum inferior de maiorit. & obed. in quo datur recompensatio pro iuribus Archidiaconatus, quæ fuerant lęsa ex erectione Monasterij in Cathedralem, quem text. ponderat Rota dicta decis. vnic. & repetita decisio in Taruisina Plebis de Medullo 18. Iunij 1593. coram Illustrissimo Millino.

Alterum fundamentum erat, quod cum ista causa inter Capitulum, & Beneficiatos S. Aegidij fuerit terminata in Rota per rem iudicatam tempore, quo vigebant deciss. pro affirmatiua, & talis res iudicata fuerit cõfirmata mediante transactione non debet modo talis res iudicata, & successiue transactio reuocari ex noua opinione, quam postea tenuit Rota quæ debet inseruire pro terminandis causis, tunc

2 pendentibus, & futuris, non autem pro reuocatione illarũ quæ antea fuerant terminatæ ex deductis in Paduana Prioratus 5. Dec. 1614. coram Reueuerëdo Patri Domino meo Pirouano, & hic per informantes.

Ad quæ fundamenta iam alias deducta, & in deciss. b. m. Cardinalis Seraphini, Peniæ, & coram me sublata fuit; nihilominus responsum. Ad primum enim placuerunt responsiones datæ in dictis decisionibus, & hic per informantes pro Capitulo.

3 Nempe quod ius Capituli percipiendi Annatas erat euentuale, & consequutiuum, quando, scilicet beneficia vacassent, & propterea in vnionibus non erat facienda mentio de totali iure, nec ei derogare, prout quando Papa decernit beneficium Iuris patronatus non vacare per promotionem ad Episcopatum. Nam licet præiudicet Patronis, & alijs, ad quos spectaret præsentatio, seu collatio, in Vacatione tamen non dicitur tollere ius quæsitum cum ius illud veniat in consequentiam illius Vacationis, quæ impeditur, & sic potest impedire vacationem, & eis præiudicare absque eo, quod de tali iure mentio fieri debeat, Rota decis. 21. num. 5. vers. Pro parte contraria de præben. in nou.

*S*icut etiam Princeps legitimando filium illegitimum nõ dicitur facere pręiudicium Agnatis, qui alias successissent;

Nem-

Nempe quia Princeps legitimando vtitur iure suo, & ius succedendi competens agnatis erat euentuale, scilicet si alij Agnati decederent sine filijs legitimis, & naturalibus, & sic Princeps impedit ne eueniat ille casus, in quem Agnati succedere debuissent, Socin consil. 226. ante num. 10. versic. Adduco etiam lib. 2. & melius Curt. iun. cons. 1. num. 22. vers. Quarta conclusio, Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 49. in 1. casu de constit.

Et omissis alijs exemplo adductis hic per informantes, & quæ adduci poterant est firmanda Regula generalis, quod in hoc iure euentuali, quod tollitur in
6 consequentiam, & occasionaliter non procedit regula de Iure quesit. non tollen. ex deductis per Franch. in cap. ei cui nu. 4. in fin. vers. Nec obstat, quod tunc tollatur de præben. in 6. Curt. iun. d. cons. 1. num. 20. & 21. Sarnen in d. reg. quæst. 3. Seraph. decis. 1445. num. 2. 3. & 6.

7 Ad illud autem, quod in vnione censeatur reseruatum ius tertij ex Abb. & alijs vbi supra fuit responsum hoc procedere in Vnione conseruatiua iuris antiqui, non au-
8 tem extinctiua. Nam primo casu datur compatibilitas iuris tertij cum Vnione, ex quo Ecclesia vnita debet in statu suo conseruari, vt est casus secundum communem intellectum in dicto capit. 2. & ibi declarat Abbas num. 7. de relig. domib. Altero autem casu, in quo versamur cessat huiusmodi compatibilitas; Quia impossibile est dari ius annatæ in beneficio, quod non est, nec amplius vacare debet, quemadmodum accidentia non
9 possunt esse sine subiecto, l. 2. ff. de vsufruct. l. Eius qui in prouincia, ff. si cert. petat. & in termini ita arguunt Dectores in cap. tua nobis de verb. signific. vbi in specie, Ioannes Andreas num. 2. Card. in 2. opposit. vers. Quęro an hæc indulgentia, Butr. num. 5. vers. Quęrunt Doctores, & Rota in hac causa coram b. m. Penia, & coram me, & antea in causa Toletana Annatarum 17. Nouembris 1599. coram Bubalo.

In eadem ratione compatibilitatis, etiam fundatur illa decis. vnic. de sepult. in antiqu. ibi enim Ecclesia Parrochialis erecta in Collegiatam adhuc remanebat Parrocchialis, sicut prius, & ideo ius recipien-

di

di mediam partem de sepulturis Curialium erat compatibile, cum iure antiquo non obstante mutatione status, vt argumentatur illa decisio, seu potius disputatio ad partes, num. 3. ad finem, versic. In contrarium, & versic. Ergo etiam contra ius commune, vbi daretur cōpassibilitas, &c. sicut etiam illa Toletana Annatarum coram Orano, habet eandem rationem compatibilitatis, quia licet beneficia de quorum fructibus soluebatur Annata fuissent suppressa. Attamen loco illorum fuerūt alia subrogata, vt dicitur ibi
10 in fine. De iure autem communi non reperitur cautum, quod Quindennia sint subrogata loco Annatarum, & minus de iure speciali Capitulū fundat aliquo modo ius suum, quia Bulla Pauli Secundi loquitur ad fauorem Cameræ Apostolicæ, cuius respectu militat diuersa ratio, tam iuris, quam facti, vt late comprobatur in decisione Cardinali Seraphini 1410. num. 10. cum quinque sequentibus, & idem firmatur in decisione bo. me. Peniæ.

Quo vero ad prætensam recompensationem iux. terminos, c. cum inferior, de maiorit. & obed. visum fuit illum text. non obstare, quia non precise ibi mandatur fieri recompensam, ob illam Erectionem in Cathedralem, sed conditionaliter, nempè, si ex hoc Archidiaconatus iura lædantur, vt patet in versic. Prouiso, huiusmodi autem ius Capituli erat incertum, & conditionale, videlicet, si, & quatenus bene-
11 ficia vacarēt per obitum, quę vacatio non erat certa, cum beneficia possent vacare per resignationem, vel permutationem, vbi autem ius non est certum, & radicatum, sed
12 habet se ad esse, & non esse illius ademptio, non dicitur inferre læsionem considerabilē, Roman. consil. 256. in fine. Sarnen. in regul. de non tollen. quæst. 4. in princip. cum alijs alleg. in decis. bon. mem. Peniæ, & coram me. Et placuit etiam alia responsio, de qua in dicta decisione bo. me. Peniæ in versic. Ex prædictis. Ad decisionem vero Illustrissimi Mellini in Taruisina plebis de Medullo, fuit responsū, vt in alia decisione coram
13 me, illud ius Capituli esse certum, & radicatum, atque ideo fuisse necessariam illius mentionem.

Ad secundum principale obiectum, quod tunc vigeret illa opinio, quando concordia fuit inita, & sententia lata, etiam si vni ex DD. placerent responsiones alias datæ; Nihilominus fuit per omnes di-

ctum

ctum posse procedere quoad Quindennia soluta, durante illa opinione, & sic quoad præterita, non autem quoad futura; quia non debet ista Ecclesia remanere impedita, vt hodie postquam constat quod ex
14 falsa opinione fuit condemnata, non possit agere, vt liberetur à tali onere, quia non est vna obligatio soluendi, sed plures, secundum occurrentiam vacationum. Fulgos. consil. 164. in princip. Put. decis. 259. num. 2. lib. 1. Ideo semper est attendendum tempus grauaminis illati, vt inde colligatur læsio transactionis, & sententiæ pro illarum informatione, vt considerat Natt. consil. 548. nu. 56. Vbi quod etiam in dijudicanda læsione attenditur tempus futurum, quando obligatio habet tractum in futurum, vt in præsenti, & faciunt tradita per Imol. consil. 130. num. 9.

Quod autem dicebatur sententiã fuisse approbatam, mediante transactione, cessabat ex facto, quia concordia inita fuit sub die 17. Martij 1597. & sententia fuit lata sub die 26. Martij eiusdem anni; vltra
15 quod dicta transactio, nec etiam fuit confirmata à Sede Apostolica, & per consequẽs non prȩiudicat successoribus, cap. veniens, vbi not. Doct. de transact. Federic. consil. 94 per tot. Abb. consil. 56. num. 2. lib. 1. & fuit dictum in hac causa 20 Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Dunozetto.

Ex quibus ita fuit conclusum esse standum in decisis à die motæ præsentis litis.

Senogallien. Prædij.

Veneris 15. Ianuarij 1616.

SVMMARIVM.

Habens facultatem soluendi anterioribus creditoribus per accollationem soluendo anteriori, bene soluit, num. 1.

Susceptio litis in se non facta in tempore, non suffragatur, num. 2.

Facta intimatione litis motæ, debet is cui est intimatum, comparere infra sex dies, sub numero 2.

Non habens notitiam susceptionis litis molestatus, rectè soluit, num. 3.

Confessio de recepto, probat verã numerationem, num. 4.

Fideiussor ex sola confessione de recepto sibi a creditore facta, potest agere contra principalẽ, num. 5.

Vulgaris stylus est, vt quamuis fiant solutiones in promptu, fiant tamen quietantiæ per modum confessionis de recepto. n. 6

Con-

Confessio debiti vbi aliter non cõstat de recepto in præiudicium tertij, non releuat, num. 7.

DECISIO XLIX.

IOannes Bernardinus Fidelis de anno 1609. emit à Bernabeo Pijssimo prædium Passarini pretio scutorum octo mill. circiter, ad cuius computum soluta partim, & partim solui promissa certa quantitate accollauit in se diuersos censsus spectan. ad d. Pijssimum in instrumento expressos, data tamen facultate, quod quatenus existerent alij creditores anteriores in euĕtum omlestiarum ab eis inferendarum posset dd. anterioribus soluere ad eius libitum, vt in instrumento summ. num. 1.

In cuius instrumenti exequutionem de anno 1612. cũ idem emptor fecisse disdictam cuiusdam census scut. 720 in sorte principali debiti Archãgelo Acurio fuit illi præsentata, quædam inhibitio cum sequestro ad instantiam Ioannæ Scaramucciæ de mandato Prętoris Montis Podij, ne ipse fidelis solueret aliquas pecunias censuarijs ex prętio dictæ possessionis, nisi prius ipsa satisfacta de suo censu scut. 500. fortis principalis, cuius instrumentum produxit Maritus nomine dictæ Scaramucciæ eius vxoris summ. num. 2.

Successiue de Mense Martij proxime preteriti, eadem Scaramuccia mouit contra eundem Fidelem iudicium in Saluiano coram A. C. vti creditrix ex causa fructuum d. cẽsus in scutis 640. & Fidelis recepto monitorio intimauit litem eidem Bernabeo, cum insertione eiusdem monitorij, summ. num. 4.

Postea vero die 11. Maij sequen. me proponente fuit resolutum Bernardinum Fidelẽ teneri ad solutionem fructuũ censuum accollatorum Dominis censuum, vel creditoribus anterioribus pro eadem quantitate, & successiue de mense Iulij de ordine Rotæ fuit relaxatum mandatum per modũ prouisionis contra eundem Fidelem pro scutis 770. pro dd. fructibus non solutis.

Cum autem ipse vtendo dicta facultate soluendo anterioribus, sibi in instrumẽto attributa inter alios soluisset d. Scaramucciæ in duabus partitis scuta 594. pro fructibus decursis d. census, & Bernabeus exaduerso prætenderet dictas solutiones ei non suffragari; propterea hodie 15. Ianuarij, dubitaui an solutiones factæ Scaramucciæ suffragarentur DD. de Fidelibus, & Rota affirmatiuè respondit, quoad fructus post mortẽ

mariti

mariti eiusdem Scaramucciæ decursos.

Etenim constabat de præfato annuo censu scutorum quadraginta, & in proprietate 500. ad fauorem Scaramucciæ, per Bernabeum imposito iam de anno 1598. & sic de credito anteriori ex publico instrumento, summario num. 2. prout etiam apparebat de molestijs ab eadem Scaramuccia illatis in Saluiano DD. de Fidelibus ex monitorio contra illos exequuto, nec non de illius, & litis intimatione facta Bernabeo, & Horatio Pijssimo eius fratri, summario num. quarto. Ideo stante facultate illis attributa de soluendo creditoribus anterioribus, quatenus extarent, & molestias infer-
1 rent, bene quidem soluerunt Scaramucciæ, & tales solutiones factæ, eis suffragantur, l solutum, §. solutam, ff. de pignorat. act. l. nihil interest, l. inuito, C. de solut. & vtrobique gloss. & Doct. Angelus consilio 57. Commune Florentiæ num. secundo, ad med. vers. Secundo quia commune, & fuit dictum in Meliten. Nauis 2. Iun. 1610. coram Reuerendissimo Dom. meo Damasceno.

Nec prædictis obstabat susceptio litis, facta per Bernabeum, de qua in illius summ.
2 numero primo. Quia emanauit sub die secunda Maij præteriti, & sic per 26. dies post intimationem, quæ fuit exequuta die 6. Aprilis tunc proximi. Et tamen ex forma Intimationis debebat comparere infra sex dies a die exequutionis, vt in ea legitur. Vnde de præfata susceptione, cum non probetur fideles notitiam habuisse, ideo bona fide soluerũt debitum, de quo
3 constabat ex instrumento, cuius illi habuerant notitiam; quia fuerat productum coram Prætore Montis Podij, & nihilominus potuerunt agnoscere bonam fidem ad euitandas expensas litis.

Quod autem de solutione facta Scaramucciæ, non constaret nisi per solam confessionem de recepto, visum fuit
4 similiter non obstare. Nam, vltra quod illa probat veram numerationem, Bald. in l. pecuniæ, num. 2. C. de solut. Castrens. cons. 64. num. 1. versic. Secunda ratio, & per tot. lib. 1. Alexan. cons. 90. num. 3. & sequen. lib. 3. Dec. consil. 493. num. 4. & 5. & 6. Natt. consil. 438. num. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18.
5 num. 83. Et ideo fideiussor ex sola confessione de recepto sibi a creditore facta, potest agere contra principalem, Bart. cons. 160. num. secundo,

lib. 1. Castren. Alex. & ceteri vbi supra, Afflict. decis. 91. & 94. num. tertio; Attento
6 maxime vulgari stylo, quod quamuis fiant solutiones in prompta, & numerata pecunia fiunt de illis quietantiæ, per modum confessionis de recepto, vt fuit dictum in Cæsaraugustana pensionum 4. Iulij 1608. coram R. P. D. meo Manzanedo: Difficultas cessabat, quia satis erat in casu nostro, quod per huiusmodi confessionem Bernabeus a debito huius mulieris liberatus existeret, Federic. consil. 54. num. 1. Socin. Iun. consil. 57. num. 7. & 9. lib. secundo. Et exaduerso allegata solum procedunt, vbi
7 per confessionem tertio fit præiudicium, quod hic non potest considerari, cum ab anteriori debito Bernabeus fuerit liberatus; Et ita conclusum fuit solutiones suffragari, quoad fructus post mortem mariti, de reliquis autem ante obitum erit particulariter videndum.

Reuocata decis. 53.



Assisien. Pecuniaria.

Veneris 15. Ianuarij 1616.

SVMMARIVM.

Exequutione facta, dicitur lis finita, num. 1.

Debitor sub conditione purificata conditione obligatur, n. 2.

DECISIO L.

DOmini dixerunt esse factum locum obligationi Ascanij de soluendo hæredibus Manni residuum scutorũ 1200. pro pretio salmarum 100. frumenti, quas a dicto Manno habuerat.

Quia, vt legitur in concordia summ. nu. 1. fuit inter partes expresse conuentum, quod Mannus deberet procurare in Rota finem litis, & exigere a Valeriano in totum, vel in parte pro ea summa, qua esset declaratus debitor, & pro ea non molestare Ascanium, sed bene pro residuo: Verba enim concordiæ, sic se habent; Promette nondimeno detto Signor Giouan Battista Manno procurare il fine, e riscuoterlo da Valeriano, o in tutto, o in parte, e per quella somma detto Valeriano sarà dechiarato debitore,

nè

nè dare altra molestia a detto Signor Ascanio, ma non douendo misser Valeriano dare la somma intiera per la sorte principale, che è di scu. 1200. detto Signor Ascanio promette pagare in detto caso al Signor Giouan Battista quanto mancasse oltre la somma deuuta da detto Valeriano.
Vnde cum Mannus prosequutus fuerit litem, vsque ad eius finem, quia per binas sententias Rotales a quarum vltima vigore Commissionis non dabatur appellatio, fuit Valerianus condemnatus ad certas summas in eis expressas eo dem summ. num. 2 non autem in tota dicta summa scut.
1 1200. & exequutio pro dd. summis fuit facta, per quam dicitur lis finita, Sarnen. in regul. de annal. quæst. 44.
2 num. 4. & 5. Put. decis. 311. num. 7. lib. 2. bene intrat obligatio Ascanij pro residuo, cum eius conditio fuerit purificata, vt in terminis sunt text. in l. vltima in princip. ff. si cert. pet. l. decem, ff. de verb. oblig. & l. si decem, ff. de solut. & vtrobique, glos. & Doct.

Sed quia per Valerianum fuit commissa causa restitutionis in integrum, quæ hodie pendet in Rota coram Reuerendiss. D. meo Damasceno, & si verum est, vt prætendit Valerianus, quod fit super eodem credito, non poterit dici lis finita cum eius euentus hodie pendeat in gradu restitutionis in integrum, de quo erit particulariter videndum.

Romana Domorum.

Veneris 29. Ianuarij 1616.

SVMMARIVM.

Ex instrumento diuisionis hæreditatis probatur bona fuisse hæreditaria, n. 1.

Transiens ad secundas nuptias tenetur filijs reseruare proprietatem eorum, quæ ex hæreditate patris filiorum percepit etiam ex successione filiorum, num. 4.

Amplia siue transiuerit ante successionem filiorum, siue postea, num. 3.

Amplia etiam ad fauorē neptis, quæ matri successit, n. 2.

Pœna secundo nubentium ad fauorem liberorum, non sunt sublatæ per ius canonicum, nu. 5.

Imo fuerūt inducta ad fauorē totius posteritatis, n. 5.

Consensus tacitus ex sola præsentia, & taciturnitate remittit pœnas contra secundo nubentes ad sui fauorē inductas, n. 6.

Verum si concurrit aliquis actus positiuus, num. 7.

Pupilla non dicitur tacitè cōsētire in secūdo matrim. matris, 8.

Pupilla non potest consentire in sui præiudiciũ sine tutore. n.9.
Actus positiuus in filio ad eliciendam ratificationem secũdi matrimonij parentis dicitur cohabitatio in eadem domo cum matre, & vitrico post completam ætatem, num.10.
Ex cohabitatione non inducitur necessario consensus ad remissionem sui iuris maxime si vt per modicum tempus, num.11.
Vt aliquis dicatur remisisse ius suum debet probari in eo scientia ipsius iuris, num.12.
Ex actu imperfecto nõ probatur volũtas renũciãdi ius suũ, n.13

DECISIO LI.

Fuit reuocata dec. 74.

CVm Syluia de Gemellis vno filio masculo, & duabus fœminis ex primo matrimonio susceptis, ac prædefunctis & superstite Anna alia filia ad secunda vota conuolasset eãque postea nuptui tradidisset quæ relicta ex se Elisabetha filia decessit; Orta fuit lis inter Auiam, & Neptem super bonis filiorum præmortuorum, quæ Siluia ad se spectare etiam quoad proprietatem; Elisabettha vero tantum quo ad vsumfructum prætendebant, vnde dubitaui, an Syluia esset tantum vsufructuaria sua vita durante, & pro affirmatiua capta fuit vnanimis resolutio.

Nam quod huiusmodi bona peruenerint ad Syluiam ex substantia paterna mediante successione filiorum satis ap-
1 parebat ex instrumento diuisionis in quo bona præfata fuerunt ab ipsa cum tutore Annæ diuisa tanquam hæreditaria Ioannis Baptistæ primi illius Viri, & Patris dictæ Annæ, Socin.consil.46. in prin. lib.3. Riminal. iun. consil.23. num. 181. Marzar. in Epith. quæst. 58. cum alijs adductis per Peregr. de fideicom. art. 44. num.5.

2 Quo stante regula erat contra Syluiam, quod ipsa debeat esse tantum vsufructuaria cum transierit ad secundas nuptias & quicquid habuit ex successione filiorum primi matrimonij ex substantia paterna teneatur illorum fratribus reseruare, l fœminæ, §. illud, & auth. ex testamento, C.de secun. nupt. l. mater, C. ad Tertyl. & vtrobique, glos. & Doct. Dec. consil.87. num.3. Crauet. consil. 37. num. 1. Gabr. de secun. nupt. conclus. 3. num.1.& 2. Ant. Gomez. in l. 15 Tauri in princip. versic. Et idem est, Andr. Gail. obseru. 98. num. 1. lib. 2. Castil. de vsufruct. cap. 2. num. 9. qui omnes attestantur de comuni, & fuit decisum in Romana Quartarum 16. Martij 1612. coram R. P. D.

meo

meo Caualerio, & pleniſſime in Romana Hæreditatis, & Parragij Dotis 1. Decembris 1614.coram R.P.D. meo Buratto.

3 Quæ regula, & communis concluſio procedit, ſiue mater ante ſucceſſionem filij, ſiue poſt, contrahat ſecundas nuptias d. auth. ex teſtamento ibi, ſiue ante mortem filij, ſiue poſtea ſecundas ineat nuptias,& d.l. mater, vbi etiam Doct. Ruin. conſ. 20. nu. 40. lib. 3. Rolan. conſ. 95. num. 10. lib. 1. Gabr. vbi ſup.n. 6. in 4. ampl Caſtil. d. cap. 2.n. 15. Afflict. deciſ. 75. num. 4. Boer. deciſ. 185. num. 6. Andreas Gail. dicta obſeru. 98. nu. 7. in fin. verſ. Tertio amplia, & firmauit Rota in d. Romana Hæreditatis, & Parragij.

4 Et licet Anna deceſſerit cũ tamen ex ea ſuperſit Eliſabettha filia in eius etiam perſona habet locum præfata diſpoſitio iuxta text. in l. In aliquibus, C. de ſecund. nupt. quem de hoc eſſe clarum, ait Ripa in dicta l. Fœminæ quæſt. 6. num. 8. Vbi Cyn. Bal. & alios pro hac parte refert, quam ſequitur etiam Bertran. in l. hac edictali, §. quam obſeruationem num. 2. C. eodem titulo, Gabr. vbi ſupra concluſione 1. num. 8. in 3. ampliatione,

5 huiuſmodi enim pœnę ſecundo nubẽtium à iure ciuili inductæ fauore liberorum, & non ſublatæ per ius Canonicum, vt tradunt Abbas, & cæteri in cap. fin. de ſecund. nupt. Sichard. in dicta l. Fæminæ num. 2. Ruin. conſ 58. num. 6. lib. 5. Gabr. de ſecun. nupt. concluſ. 6. num. 1. & fuit deciſum in vna Peruſina bonorum 20. April. 1592. coram bonæ memoriæ Penia fuerunt inductæ, non ſolum fauore filiorum, ſed etiam totius poſterioritatis d. l. hæc edictali, §. quam obſeruationem, & §. omnibus in fine, Bertran. conſ. 166. nu. 1. lib. 1. Ruin. vbi ſupra num. 4.

6 Non obſtat limitatio adducta ex conſenſu Annæ, quia tacitus, qui elicitur ex ſola præſentia, & taciturnitate ipſius de tempore ſecundi Matrimonij, & poſt cum de eo nunquam fuerit conqueſta, Gratianus conſil. 83. num. 17. lib. 2. Menochius conſ. 155. num. 21. Burſatt. conſ. 12. num. 42. & alij relati per Gabr. dicta concluſ. 1. num. 31. & Caſtill. de vſufruct. dicto cap. 2. num. 99. Vbi dicit cõmunem hinc inquam tacitus conſenſus ex ſola præſentia, & taciturnitate ſecundum veriorem opinionem ad hunc effectum

ætate, nisi simul concurrat aliquis actus positiuus, vt tradunt Ioan. de Garro. in rubr. eodem titulo num. 118. Rip. in dicta l. Fæminæ 14. quæst. in fin. Gabr. consil. 4. num. 18. lib. 2. Menoch. consil. 237. num. 25. late Castill. vbi supra num. 100 & sequ. iuncto num. 114. Boer. decis. 185. num. 23. versic. Alias præsentia, Surd. decis. 99. num. 14. in fin. & sequuta est Rota in Beneuentana hæreditatis 20. Iunij 1594. coram Litta, & in Bononien. successionis 22. Maij 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, vbi optimis eam opinionem firmauit rationibus, ac demum in illa Romana hæreditatis, & Parragij de qua supra.

8 Et tanto magis, quia dicta Anna, tunc temporis erat pupilla, vt probatur ex deputatione Tutoris facta ad instantiam matris, Ruin. consil. 99. num. 6. lib. 4. Ancharan. quęst. 35. num. 4. lib. 1. Surd. decis. 100. num. 9. concurrente maxime fide Baptismatis, Caputaquen. decis. 314. par. 1. & sic non potest sumi aliqua eius ratificatio, seu tacitus consensus, l. in eo, §. pupillus, vbi Cagnol. ff. de regul. iur. cum alijs in puncto adductis per Surd. dicta decis. 100. n. 2

9 Imo ipsa non poterat, nedum tacite, sed nec etiam expresse absque tutore consentire, vt in indiuiduo, Menoch. consil. 469. num. 19. in fin. & consil. 470. num. 17. versic. Nec repugnat, Boer. dicta decis. 185. num. 23 Surd. dicta decis. 100. num. 2. cum pluribus seqq. & fuit dictum in eadem Romana hæreditatis.

10 Actus autem positiuus, qui deducebatur ex cohabitatione Annæ cum Matre, & Vitrico in eadem domo post completam ętatem pupillarē ad eliciendum hunc tacitum consensum ex allegatis per Surd decis. 99. num. 12. in fin.

11 & seq. Vltra quod non infert per necesse remissionem iuris sui iuxta tradita per eundem dicta decis. 100 num. 7. vers. Et hæc renunciatio, minus, & ipse visus fuit sufficiens; Tum quia dicta cohabitatio durauit per modicum tempus, cū si hodie viueret dicta Anna esset ætatis 15. annorum ex quo nata fuit de anno 1601. vt in dicta fide Baptismatis; Tū quia ad hunc effectum erat

12 probanda scientia iuris, sibi ex eisdem secūdis nuptijs quæsiti, Dec. consil. 206. num. 7. Menoch. dicto consil. 237. num. 28. Boer. dicta decis. 185. num. 23. & fuit firmatum in illa Bononien. successionis coram Reuerendissimo Damasceno, & in Romana hæreditatis

tatis, & Parragij coram D. meo Buratto.

Sed quia pro parte Syluiæ opponebatur de donatione, sibi facta per Annam, ex qua dicebatur constare de illius scientia & renunciatione iuris, sibi quæsiti ex dicta l. Fæ-
13 minæ, contra quam excipiebatur de multiplici defectu solemnitatum, & alijs defectibus; Ideo Domini voluerunt de ea particulariter videre.

Elboren. Fructuum.

Mercurij 24. Februarij 1616.

SVMMARIVM.

Liquidationis fructuum materia est difficilis probationis, & propterea leuiores probationes etiam per coniecturas admittuntur, num. 1.

Ex libris capituli resultat certitudo, & veritas receptorum fructuum, num. 2.

Partita subscripta a parte intelliguntur scripta, & confessata, num. 3.

Pretium verum probatur ex cõmuni, & publico pretio, n. 4.

Liquidatio pretij attenditur ex libro recipientis, qui ex communi, & publico in eo ponat sul num. 5.

DECISIO LII.

FVit resolutum constare de liquidatione fructuum perceptorum a q. Didaco Vaz Pereira Canonico Doctorali Ecclesiæ Elboren. ad summam scut. 4368. & iul. sex.

1 Quamuis enim hæc liquidationis materia sit difficilis probationis, & propterea leuiores in ea probationes, etiam per coniecturas admittantur, Bal. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expen. & consil. 323. num. 5. lib. 2. Surd. consil. 293. num. 31. Seraph. decis. 1132. num. 1. & fuit dictum in pluribus alijs causis de quibus hic per informantes; in præsenti tamen casu adsunt claræ, & exactæ probationes; tum quia liquidatio citatis omnibus hæredibus Didaci, facta fuit ex libris capituli, in quibus sunt descriptæ portiones vniuscuiusque Canonici, quæ singulis annis eisdem, & signanter huic Dida-
2 co persolutæ fuerunt. Ex quibus libris resultat certitudo, & veritas receptorum per Didacum de tempore eius residentiæ, Cæs. de Graff. decis. 5. n. 5 de rest. spol. Rot. decis. 623. num 1. par. 1 tum quia partitæ sunt subscriptę per Didacum, & sic omnes censen-
3 tur per ipsum scriptæ, & con-

fessatæ, l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, vbi not. Doct. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. 2. num. 6. ad fin. vers. Octaua declaratio, & num. seq. de fid. instrum. Natt. cons. 287. num. 4. Surd. cons. 61. num. 31. Osasch. decis. 36. nu. 3. Veral. dec. 360. nu. 7. par. 2.

Et licet vna partita viginti millium, & altera 70766. Regal. non sint subscriptæ per Didacum, qui obijt de mense Maij 1609 Tamen ipse ordinauerat illam primam partitam solui Nicolao de Britto, vt in eius apocha summario num. 2. quæ fuit soluta eidem Nicolao, vt apparet ex quietantia eodem num. secundo. Altera vero partita fuit excomputata, & bona facta per Capitulum Oeconomo, qui illam soluerat, vt de receptione Didaci, & excõputatione constat summario num. primo in nota distributionum. mensis Maij 1609.

Pretium autem fructuum, & rerum perceptarum per Didacum assertur ex communi, & publico pretio eiusdem Ciuitatis, de quo in libris ipsius, quod solet attendi pro liquidatione pretij, vt tradit Pinel. in l. 2. par. 3. cap. fin. num. 17. C. de rescind. vendit. Afflict. decis. 316. n. 7. & fuit dictum in Tiburtina Castri 31. Ian. 1600. coram R.P. D. meo Decano, & in Rom. Vinæ de Fabijs 26. Maij 1603. coram b. m. Litta.

Quæ omnia comprobantur ex testib. summ. n. 7. qui omnes deponunt de consuetudine, quod totum, quod soluitur Canonicis, Bacchalaureis, & Beneficiatis soluitur per libros, factis taxationib. per Cõputistas, & Cellerarios, & q secundũ dictas taxas subscribunt. recipientes, & dd. testes in forma recognoscunt manũ d. Didaci in dd. libris, qui sibi ostensi fuerũt. Et ita decisum.

Senogallieñ. Prædij

Veneris 26. Februarij 1616.

SVMMARIVM.

Solutio facta marito, liberat debitorem vxoris, num 1.

Solutio de re indebita, non suffragatur, sub num. 1.

Solutio nimis affectata stante inuerisimilitudine debiti, non suffragatur soluenti, num. 2.

Qui se accollauit debita non debet soluere, nisi debito iustificato, num. 3.

Etiam interueniente mandato Iudicis, sub num. 3.

Confessio de recepto non suffragatur in praiudiciũ tertij, nu. 4.

Confessio de recepto probat numerationem verã, & solutionẽ solum

solum quoad trabentes, nu. 5.
Stylus vulgatus, quod fiant solutiones de recepto etiam in solutionibus in promptu procedit in locis, in quibus probatur stylus, num. 6.
Non autem Romæ, sub num. 6.
Stylus unicus loci non extenditur ad alium, num. 7.
Ante productionem instrumenti factam in actis non dicitur cõstare de credito, num. 8.

DECISIO LIII.

Die 11. Decemb. 1615. Dubitaui an solutiones factę Scaramucciæ suffragarentur Domini de Fidelibus, & Roca suffragari censuit, quoad fructus post mortem mariti decursos, de reliquis autem videretur, quo dubio repropositio 8 Febr. 1616. ad effectum videndi de fructibus illius viro solutis, & excitatis aliquibus difficultatibus contra dictam decisionem, fuit ordinatum, quod illa reuideretur. Vnde sub die 26. eiusdem Febr. retractata, ac recognita d. dec. fuit resolutum solutiones non suffragari quoad debita iam extincta.

Nã ex pluribus quietantijs datis in summ. Pijssim. in 2. cõstabat, quod pars fructuũ censuũ vltimo loco solutorũ per Fideles d. Scaramucię iam an-
1 tea fuerat soluta per Pijssimũ illius Viro; Vnde solutiones factæ Scaramuciæ nõ verę creditrici pro d. summa nõ poterant vti de re indebita Fidelibus suffragari, l. si ego, ff. de neg. gest. l. qui hominẽ, §. si nullo, ff. de solut. cũ alijs p Surd. dec. 229. in princ. Bald. in l. Falsus n. 36 C. de furt. Dec. cons. 407. num. 3.

Nec releuabat facultas eis concessa in instr. de soluendo anterioribus qualis erat Scaramucia; nã quicquid sit an d. facultas sit restricta ad sortem principalẽ censuũ, vel etiã cõprehẽdat fructus decursos tãtum ante accollationẽ, quod vni ex DD. magis placebat, fuit responsũ quod pro d. summa soluta per Pijssimũ Scaramuccię non erat amplius creditrix, & per consequens d. facultas de soluendo creditoribus non suffragabatur.

Non obstat quod Fideles soluerint bona fide postquã conuenti coram Auditori Cameræ intimarũt molestias Pijssimo, qui cũ in termino nihil opposuerit bene poterũt Fideles, qui viderunt creditũ Scaramaciæ per Instrumentũ agnoscere bonã fidem ex allegatis in dec. quia placuit responsio
2 quod ista solutio facta per Fideles videbatur nimis affectata postquam fuit statim facta cum sola intimatione Monitorij A. C. absq. eo, quod

nec

nec etiam fuerit coram A. C. productum instrumentum crediti Scaramucciæ, & pro fructibus census quindecim annorum, & vltra quod debitũ non erat verisimile, vnde non debebant Fideles esse tam faciles ad agnoscendum debitũ, priusquam de eo in actis constaret, nec tam præmature soluere, absque aliqua noua diligentia contra Pijssimum, cui licet esset intimatum Monitorium, tamen cum in actis non esset productum dictum instrumentum crediti, poterat credere, quod Fideles non tam facile agnouissent tale debitum ita inuerisimile, & in actis non iustificatum, & per
2 consequens talis solutio, tamquam voluntaria, & sponte facta etiam interueniente Iudicis mandato, Fidelibus non suffragatur ex adductis per Decian. consil. 48. num. 28. lib. 3. Magon. decis. Floren. 94. num. 17. & fuit dictum in Pistorien. pensionis 24. Nouemb. 1603. coram bon. mem. Penia.

Quam sententiam eo libentius Domini amplexi fuerunt, quia dicta solutio tantum pro
4 babatur per confessionem de recepto, quæ non suffragatur in præiudicium tertij, prout agitur in casu isto de præiudicio Pijssimi, qui hoc modo bis soluisset ad not. in l. per diuersas, & ibi Bart. post alios num. 12. C. mandat. Ruin. consil. 66. num. 10. versic. Sed non præiudicat lib. 4. Natt. consil. 438. sub num. 9. versic. potest, & alio modo Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 78. in fin. & sequen.
5 Et ita fuit declarata conclusio de qua in alia decisione, quod cõfessio de recepto probat veram numerationem, & solutionem, vt procedat inter contrahentes, secus quoad
6 præiudicium tertij; Vulgatas autem stylus ibidem allegatus quod quamuis fiant solutiones in prompta, & numerata pecunia, fiunt de illis quietantiæ per modum confessionis de recepto, poterat procedere in illis locis in quibus fuerat probatus, vt in Ciuitate, & Diœcesi Cæsaraugustana de qua loquuntur Deciss. coram bon. mem. Penia, Gipsio, & Domino meo Manzanedo factæ, non autem hic in Vrbe, & in alijs locis in quibus non potest talis stylus allegari cũ
7 regulariter stylus vnius loci, non extendatur ad alium locum, sed vbique sit probãdus, Alciat. consil. 25. in fin. lib. 5. Paris. consil. 168. num. 15. lib. 4. Rolan. consil. 3. num. 35. lib. 3. Aufrer. ad Cappell. Tholosan. decis. 115. num. 3. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 36. num. 6.

Productio autem instrumẽti

facta

facta in partibus coram Prætore Montis Bodij, quicquid sit, an fuerit legitima, quod controuertebatur, in omnem euentum, non poterat suffragari ad effectum iustificandi solutionem factam vigore Monitorij Auditoris Cameræ, quod fuit Pijssimo intimatũ, sed ibi erat producendum, vt posset Pijssimus ibidem suas proponere exceptiones, &
8 ante productionem legitime factam in actis non poterat dici de credito constare, vt in Romana Spolij 31. Ianuarij 1605. coram Reuerendissimo Bononien.

Vltimo non obstabat, quod prędicta procederent quando fuit solutum debitum verum, de quo in casu isto constat ex instrumento census, quia cum ex prædictis appareret, quod tale debitum erat pro parte satisfactum non poterat dici, quod amplius esset verum.

Ex quibus solutiones non suffragari, quod debita iam extincta fuit conclusum.

Squillacen. Iurisdictionis.

Veneris 4. Martij 1616.

SVMMARIVM.

Restitutio non datur sine læsione num. 1.

Prouincia nomen est generali plures in se comprehẽdens diœceses, num. 2.

Permittens alium agere, dicitur approbare acta per eum, n. 3.

Sententia facit vehementissimam præsumptionem boni iuris, numero 4.

Iurisdictione translata, loca sub iurisdictioni non dicuntur in diœcesi, nec de diœcesi Episcopi a quo fuit translata, num. 5.

Concessa simplici exemptione Monasterio non extenditur ad populum, num. 6.

Verba in dubio sunt accipienda demonstratiue non taxatiue, num. 7.

Enunciatio non probat enunciatum, quando agitur de veritate enunciati, num. 8.

Maxime quando non concurrit adminiculum longaua possessionis, ibi.

Monasterium retinens territorium distinctum, in quo exerceat iurisdictionem quasi Episcopalem, dicitur nullius diœcesis, num. 9.

Enunciatiua plures, & antiquissima, & a diuersis personis emanata, plene probant, etiam contra tertium, num. 10.

Sententia de antiquo, vltra centum annos probat, etiam sine actis,

DECISIO LIV.

Lata sententia per Illustrissimum Dominum Cardinalẽ Farnesium, vigore Commissionis cum clausula, Appellatione remota, in qua de Voto Dominorum meorum Mãzanedi, & Pamphilij pronunciatum fuit omnimodam ordinariam iurisdictionem in spiritualibus, & temporalibus, quam habebant Episcopi Squillacen. ante, & de tempore donationis Theodori, Ioannis, & Donati in parrochos

chos, & parrochianos Casaliũ terrę Spatulę Biungi Montauri, & Gasparinæ spectasse, & spectare ad Priorem, & Monasterium sancti Stephani de Nemore Venerab. Congregationis Carthusien. eosdemque in eorum possessione, seu quasi iurisdictionis præfatæ, fore, & esse manutenen. illisque ex Apostolicis indultis licuisse, & licere cõsecrationes Chrisma, cæterasque Episcopalis officii indigẽtias a quo voluerint Episcopo consequi, vt latius in sententia summ. num. 9 Cum aduersus eam Episcopus non acquiescens causam restitutionis in integrum prout de iure Illustrissimo D. Cardinali Lancellotto de Voto Rotæ, committi obtinuisset pro eodem Voto habendo, fuit dubitatum coram me, An cõstaret de iustis causis restitutionis in integrum, & DD. vtraq. parte informante, non constare censuerunt, nisi obstet excessus, quoad loca de quo videatur.

Nam ex Donationibus, tam Comitis Rogerij, quam Theodori, Ioannis, & Donati Episcoporum Squillacen. a Sede Apostolica confirmatis, necnon ex priuilegiis eiusdem Sedis, Monasterio s. Stephani cõcessis, vna cum obseruantia subsequuta, apparet manifeste 2 de iustitia d. sententiæ. Vnde cessat læsio, sine qua nõ datur restitutio, Rota dec. 1. de rest. in integr. in nou. Seraph. decis. 1238. num. 1. & fuit dictum in Cæsaraugustana fructuum 26. Iun. 1602. coram Reuerendis. D. meo Damasceno. & in Marsilien. pecuniaria 26. iun. 1609 coram Reuerẽdiss. Bononien. & alias sæpe.

Nec pro læsione probanda suffragatur in sententia loca de quibus agitur enunciari Prouinciæ Reginen. cuius contrarium, immo quod sint in Diœcesi Squillacen. patere dicebatur ex nonnullis ex dictis iuribus. Vnde licet præfatæ Donationes, ac Priuilegia, & Confirmationes Apostolicæ continerent exemptionem quantumuis amplissimam, ita quod dicta loca vti exempta non essent amplius de Diœcesi, attamen in Diœcesi permanebant, cap. cum Episcopus, & ibi Geminian. num. 3. Franc. num. 2. de offic. ordin. in sexto, cum aliis adductis in Constantien. iurisdictionis 18. Maij 1611. coram Reuerendissimo Attrebaten. & hic per informantes, quia simul stare possunt, quod dicta loca sint in Prouincia Reginen. & nihilominus sint in diœcesi Squillacen. ex quo Prouinciæ nomen est generale plures comprehendens sub se Diœceses, cap. 2. 6. quæst. 3. Bart. in Extrauag.

qui

qui sint rebelles, §. Lombardiæ num. 7. Ruin consil. 22. num. 4. & 5. lib. 1. & habetur in Prouinciali omnium Ecclesiarum, in quo Squillacen. Episcopus est descriptus inter alios suffragãtes Archiepiscopi Regien.

Præterea dicta Casalia non fuerunt simpliciter exempta a iurisdictione Episcopi Squillacen. verum etiam cum omnibus suis hominibus, tam de Clero, quam de populo, subiecta Monasterio s. Stephani, & illius Priori, quibus per Episcopos Squillacen. fuit cõcessum omne ius, omnisque iurisdictio, & correctio, quæ in dictis Casalibus ipsis competebat, ad eo, quod Eiscopi nullum ius, sibi retinuerunt in eis, etiam quoad consecrationes, ordinationes, cæterasque Episcopalis officij indigẽtias, quas a quocunque voluerint Episcopo recipiendi eis tribuerunt facultatem, vt in donationibus pręfatorum Theodori, Ioannis, & Donati, ac confirmationibus Apostolicis Vrbani Secundi, & Honorij Tertij, aliorumque Pontificum, summ. nu. 2. & 3. quod etiam patet ex antiquissima sententia lata de anno 1283. per Cantorem Catacen. Delegatum Apostolicum eodem summario num. 4. in qua narratis, ac visis donationibus, & confirmationibus supradictis, nec non examinatis testibus, declaratur Syndicum dicti Monasterij liquidè, & plenariè suam intentionem probasse, videlicet, quod spiritualia præfatorum casalium pleno iure spectabant ad Monasterium, & a longis retro temporibus, vsque tunc ab eo pacifice tenebantur, & possidebantur, quæ sententia, & si lata fuerit inter Priorem Monasterij, & Archidiaconũ Squillacen. & sic inter alios; Attamen plene probat contra modernum D. Episcopum ex quo illius prædecessor, ad quem primo loco spectabat defen-
3 sio, permisit Archidiaconum agere c. pen. de re iudic. l. sæpe, ff. eodem. Et quia dicta sententia fuit lata in causa status, l. ingenuum, ff. de stat. homin. Alex. in d. l. sæpe, n. 56. Achill. decis. 5. de sent. & re iud. Seraphin. decis. 1422.
4 num. 8. & in omnem casum facit vehementissimam præsumptionem boni iuris, vt ait Seraphin. vbi supra in versic. Verum, Put. decis. 133. in fin. lib. 1. concurrente maxime illius antiquitate, & obseruantia, circa exercitium omnimodæ iurisdictionis in casalibus pręfatis, quæ obseruantia, & antiqua possessio Monasterij optime probatur, tam ex testibus pro illius parte formiter

terexaminatis, summ.num.6. 7.& 8. quam ex authenticis scripturis in process.a fol.209 vsque ad 240.

5 Vnde sequitur, quod cum omnis iurisdictio, quæ Episcopo in dd. locis competebat, fuerit ab eo totaliter abdicata, & in Priorem, ac Monasterium translata dicta loca, & casalia fuerunt effecta proprium territorium ipsius Monasterij, & non sunt amplius, neque de diœcesi, neque in diœcesi Squillacen. glos. in clem. 1. §. volumus in verbo Diœcesanis,& ibi Card. num. 2. in 4. quæst. Abb. num. 15. Imol.num.28.Vitalin.num.4. de for. compet. Ancharan. in cap. postulasti num. 45. vers. licet rationes eodem titulo, Franc. in cap. 2. §. statuto, num. 10. ad fin. vers. Sed si per priuilegium de constit. in 6. Rot. decis. 207.in fin. par. 2. diuersor. & fuit resolutum in Nullius iurisdictionis 19. Martij 1586. coram Bubalo, & in Vrbinaten. iurisdictionis 4. Maij 1594.coram Giptio, & in Burgen. iurisdictionis 16. Decembris 1594. & 28. Aprilis 1595.coram Orano & in nullius, seu Lucen. iurisdictionis 12. Februarij 1596. coram Mantica, & in Constantien.Iurisdictionis 16 Nouembris 1607.coram Reuerendissimo Attrebaten. & nouissime in Adrien. seu nullius iurisdictionis 28. Maij 1612. & 21. Martij 1613. coram R.P. D. meo Vbaldo.

Hinc patet responsio ad aliam decisionem Reuerendissimi Attrebaten.in causa Constatien. iurisdictionis 18.Maij 1611. quia dicta decisio fuit

6 facta cum præsupposito,quod Parrochiales de quibus ibi agebatur,essent in diœcesi Constantien & priuilegia, quibus Abbas S. Galli nitebatur, solum continebant simplicem exemptionem, & eam restrictam ad Monasteria, & eorũ membra,non autem ad loca, & Castra,siue populum, & denique ibi non fuerat abdicatum omne ius Episcopale, & trãslatum in Abbatem, prout hæc omnia in contrarium se habent in casu nostro.

Illa igitur enunciatio in prima donatione Comitis Rogerij, & aliæ in confirmationibus Vrbani, & Honorij, ac in dicta sentẽtia delegati,quatenus dicta casalia enuncientur diœcesis Squillacen. referri potest ad tempus antequã essent nullius diœcesis, vel dicta verba stant demonstratiuè, vt in dubio accipienda

7 sunt, non taxatiuè, neque limitatiuè, Bart. in l. cum pater, §. mensæ, num.8. ff. de legat. 2. Dec. consil. 183. n 1. vers. Et ad hoc facit, & cons.

468,

468. num. 3. Crauett. consil. 301. num. 5. Cæphal. consil.
8 137. nu. 37. Vel non probat, quãdo prout in hoc casu principaliter agitur de veritate enunciati, Put. decis. 381. in fine lib. primo. Verall. decis. 19. num. 4. par. 2. & in specie fuit dictum in Lucen. siue Nullius Iurisdictionis 4. Maij 1598. coram Seraphino inter impress. decis. 1278. num. 2. & in dicta Adrien. seu Nullius coram Domino meo Vbaldo, Stante maximè, quod non cõcurrit aliquod adminiculum longeuæ possessionis pro Episcopo, sed pro priore, & Monasterio, vt esse necessarium, dixit Rota in dicta Adrien.

Et in omnem euentum, postquam Monasterium retinet territorium distinctum per vnam leucam in quo extant dicta loca, vna cum iurisdictione quasi Episcopale in homines, tam de Clero, quam de populo, vt in trina Donatione Comitis Rogerij, summar. num. primo, & in dictis concessionibus Episcoporũ Squillacen. Apostolica authoritate
9 vallatis, sequitur manifeste dictum Monasterium esse vere, & realiter nullius, etiam si dictum Territorium sit circundatum limitibus Episcopatus Squillacen. vt in puncto fuit dictum in Calaguritana, seu Nullius Iurisdictionis 7. Febr. 1607. coram Reuerendissimo Attrebaten. per gloss. in dicta clement. 1. §. volumus, in verbo Diœcesanis, cum aliis ibi allegatis.

Non obstat, quod sententia declaret ad Monasterium spectare omnimodam iurisdictionem, quam habebant Theodorus, Ioannes, & Donatus Episcopi Squillacen. & tamen de priuilegio Theodori non constet, nec constare posit: quia fratres, loca de quibus agitur in tempore Theodori, nondum acquisiuerant, priuilegium autem Ioannis, loquaquatur tantummodo de loco Arsafiæ. Tertium vero priuilegium Donati, videatur restrictum ad eundem locum Arsafiæ, scilicet Montaurum, Liuianum, & Aruncum, non autem ad Castra Gasparinæ, & aliorum locorum de quibus in sententia.

Nam quoad priuilegium Theodori satis illud probatur ex narratiua Episcoporũ Ioannis, & Donati, necnon ex confirmatione Honorii Tertii, & narratiua sententiæ dicti iudicis Apostolici de anno 1283. quæ quidem enunciatiuæ, cũ
10 sint plures, & antiquissimæ, & a diuersis personis emanatæ, plene probant, etiam contra tertium. Bald. in l. cum aliquis, num. 4. versic. item quod dicit, Salic. num. 3. vers.

ita

Si tamen plura, Castren.num. 7. Iason num. 4. C.de iur. deliberan.Aret.in cap. cum causam,num.23. de probat Crauet.de antiq.par. 1. §.ampliatur,num.14.Mantic. de tacit. & ambig.lib.2.tit.6. num.21. Put.dec.209.nu.1.& dec.359. in fin. lib.2. Veral. decis.337. nu.6. & decis.344. n.2. par.3. Rot.decis.684. n.1. par.1. diuersor. Et præsertim, quia in dicta sententia non solum enunciantur Donationis omnium supradictorum Episcoporum, sed etiam affirmatiue dicitur de illis per instrumenta eorundem Episcoporum evidenter ipsi Iudici constitis-
11 se. Et cum dicta sententia sit de antiquo, non solum vltra 100. verum etiam vltra 300. annos probat etiam sine actis, Bal. in l. emancipatione nu.3. C.de fid.instru. Alex. cons.30. n.7.lib.5.Dec.cons.375.nu.3. Gabr. de sent.concl.4. nu.34. Cassad.dec.3.sub n. 2. de procur.Put.dec.338.lib.2.Ant.August.dec.145. lib.3. & fuit sæpissime resolutum.

Quo verò ad Priuilegia Ioānis, & Donati, quod scilicet, vere comprehendāt dicta loca, & casalia, prout illa comprehendebat etiam priuilegiū Theodori, patet ex eo, quia dicta tria priuilegia confirmāt Donationem a Comite Rogerio factam Beato Brunori de Monasterio, & loca Arsafiæ, cum omnibus pertinetiis suis in spatium vnius leucæ pro dote dicti Monasterii, qui locus Arsafiæ licet non exprimatur in prima donatione tamen exprimitur in secunda, & in vtraque designatur, & nominatim circumscribitur situs dicti loci, videlicet inter locum Arenæ, & Oppidum Styli super Territorio dicti loci Styli, prout etiam exprimitur in tertia Donatione; dicta autem prima Donatio, fuit confirmata per Vrbanum secundū, & Episcopum Theodorum, vt in ea dicitur, & successiue, tā prima, quam reliquæ per dictum Vrbanum, & per Ioannē & Donatum Episcopos, ac demum per Honoriū III. sum.n. 1. & 2. Ita quod sumus certi, q d. Monasterium, & d. locus Arsafiæ existit inter Arenā, & Oppidum Styli; Vnde cū Episcopus in sua 7.positione, & testes super ea inducti sum.n.10 concludentiss.probent d.Monasteriū, & Casalia, Serræ, Spatulę, & Biungi, sunt intra Territoriū d.Oppidi Styli, & quo ad Montaurum, & Gasparinā habeamus Donationē tertiā Rogerii confirmatā in qua specificè d.Casalia nominātur, vtiq. necesse est fateamur, quod omnia d. loca fuerunt comprehensa in dd. priuilegiis Eporū Squillacen. & cōfirmationib.

Apostolicis, ac propterea dicta sententia D. Cardinalis in aliquo non grauauit.

Vlterius, & si in Priuilegio Donati fiat mentio de loco Arsafiæ, scilicet Montauro,
12 Liuiano, & Arunco, tamen per illam dictionem, Scilicet, non restringitur concessio, sed potius ampliatur, prout est de natura illius dictionis, quæ regulatur secundum subiectā materiam, vt dicit Fulgos. consil. 147. num. 2. Et propterea cum subiecta materia in casu nostro non admittat, quod ista dictio, Videlicet, stet restrictiue, quia non côcordaret cum præcedentibus donationibus ibidem confirmatis; ideo po-
13 tius dicendum est, quod stet declaratiue, & quod propterea non excludat alia casalia, vt in puncto declarat Dec. consf. 47. num. 2 versic. Sed prędictis, vbi dicit quod in istis terminis illa dictio, Videlicet, debet intelligi declaratiue, ita ut non excludat alia loca sita in territorio, & contenta in dispositione, ad quam fuit habita relatio.

Et tanto magis, quia in dicto priuilegio Donati post expressionem loci Arsafiæ, Montauri, Liuiani, & Arunci, sequūtur alia verba generalia, Cum omnibus pertinētiis suis, &c. prout in alio priuilegio Ioannis, & in Donatione Comitis Rogerij, ad quam se referunt dicta verba, & similia reperiū-
14 tur expressa; quarum pertinētiarum appellatione veniunt omnia ibi existentia, quamuis sint penitus separata, l. si quando la prima, C. de bon. vacan. lib. 10. Bal. in c 1. n. 2. de capit. qui cur. vend. Mandel. consil. 322. num. 34. Et quicquid concedens ibi habebat, Alexan. consil. 105. num. 2. lib. 6 Imo licet de eo tempore nō dum existerēt omnia dicta Casalia, sed aliqua postmodū fuissent fabricata, vt de Casali Serre, deponit Baptista Spatea notarius super 81. interrog. Nihilominus in dictis priuilegiis & Donationibus adhuc essent comprehensa, l. verbum illud pertinere, in fin. ff. de verbor. signif. Paris. consil. 58. nu. 41. lib. 3. Decian. consf. 123. num. 28. eod. lib. 3. præsertim, quia in priuilegiis dd. Ioannis, & Donati, leguntur hæc verba, Cum omnibus pertinentiis, & cum omnibus hominibus tam de Clero, quam de populo, quos ad præsens præfatum Monasterium habet, vel in posterum habiturū est; de extraneis quoque omnibus, qui in potestate ipsius Monasterii habitant, vel habituri sunt.

Omnibus deniq. cessat difficultas ex antiquissima Obseruantia subsequuta, & vsq. de præsenti continuata. Ex qua appa-

apparet Monasterium, semper & continue omnimodam iurisdictionem spiritualem, & temporalem in dictis Casalibus exercuisse, & exercere, vt in d. Sententia Delegati de ann. 1283. & depositionib. testium pro parte Monasterii examinatorum, quorum aliqui non solum deponunt de scientia, & patientia Episcoporum, sed etiam de actibus positiuis
15 Vltra quod dicta scientia praesumitur ex longi temporis lapsu, Rota decis. 28. num 7. & decis. 147. num. 3. par. 1. diuersor. Vbi quod in pluribus causis ita fuit resolutum, & decis. 166. num. 2. versic. Secundo ex lapsu temporis ead. par. prima, & fuit dictum in Hispalen. legitimitatis 11. Maij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo, quemadmodum praesumuntur ex actuum multiplicitate, Abb. in cap. cum Ecclesia, num. 25. de caus. possess. & propriet. Aym. de antiquit. tempor. 4. par. §. materia num. 62. Put. decis. 217. in fine, & decis. 264. nu. 2. versic. Concurrebat etiam lib. primo, Rota dicta decis. 166. num. 4. par. prima, Seraphin. decis. 306. n. 7. & fuit resolutum in Calaguritana Iurisdictionis de Ognate 7. Maij 1610. coram Illustrissimo Lã-
16 cellotto, quae obseruantia declarat quid in praefatis Donationibus, & priuilegiis, fuit actum, & verbis comprehensum, Castrens. consil. 147. nu. 4. lib. 1. Crauett. cons. 101. n. 3. & consil. 211. num. 8. Gabriel consil. 66. nu. 24. lib. 2. Rot. diuers. decis. 571. nu. 3. par. 1. Seraph. decis. 600. num. 3. Et in terminis de interpretatione verbi pertinentiarum ex obseruantia post concessionem, tradit Mandel. consil. 538. num. 9.

Vnde etiam tollitur aliud obiectum de defectu consensus Capituli in priuilegiis Ioãnis, & Donati, in quibus neque etiam fuit enunciatus, aut reseruatus. Nam vltra quod interuenisse, narratur in litteris Honorii Tertii, &
17 in dicta sententia. Et omisso, quod apostolica authoritas, de qua in confirmationibus Vrbani Secundi, & dicti Honorii Tertii supplet illam, & alias solemnitates, Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. saepius canonizato, & in specie in hoc defectu consensus Capituli, tradit Capic. decis. 16. n. 1. in fin. & seq. Rebuff. in comp. alien. rer. Eccles. nu. 15. versic. Fallit quando Papa, & n. 95 in fin. Seraph. decis. 388 num. 2.
18 & 3. & dicta temporis antiquitate, vna cum lõgissima, & antiquissima obseruantia d. cõsensus interuenisse praesumitur etiam quod in dictis priui

legiis enunciatus, aut referuatus non appareat, Alex. consil. 79. num. 3. in fin. & seq. lib. 1. & consil. 219. n. 16. lib. 6. Dec. cons. 341. n. 13. versic. Non obstat si dicatur, & cons. 409. nu. 11. versic. Non obstat illud, Rolan. cons. 99. num. 34. lib. 2. Gozzad. cons. 73. n. 29. Ceph. cons. 47. num. 10. & seq. & consil. 90. num. fin. Surd. consil. 28 num. 116. & hanc sententiam esse communem, & veram, ait Felin. in c. Albericus num. 4. in fin. versic. Si autem in instrumento de test. idem in c. sicut, num. 33. vers. Septimo, & vltimo de re iudic. Redoa. de reb. ecclef. non alien. quæst. 39. nu. 3. & 29. in fin. quam etiam perpetuo sequuta est Rota attestante Seraphin. decis. 142. num. 3. & constat ex Put. decis. 355. num. 2. lib. primo, & decis. 365. num. 7. lib. 2. & ex aliis antiquis, & modernis decisionibus, vt in Conchen. fructuum 10. Februarii 1586. coram Gipsio. Tarraconen. Sacristiæ 9. Iun. 1600. coram Iusto. Papien. bonorum 10. Maii 1602. coram bo. me. Cardinali Pamphilio. Calaguritana de Alberite 16. Iunii 1608. coram Reuerendissimo Attrebaten. Et in Papien. Dotis, & legatorũ 20. Dec. 1610. & 16. Iunii 1611. corã R.P.D. meo Pamphilio, in quibus, & aliæ referuntur.

Defectus autem consensus Apostolici gratis allegatur cũ ne dum fuerit enunciatus in prima Donatione comitis Rogerii, & in priuilegiis Ioann. & Donati, sed etiam expresse adsint confirmationes Vrbani Secundi, & Honorii Tertii summar. num. 3. in quibus tam præfatæ Donationes Rogerii, quam priuilegia, & concessiones Ioannis, & Donati confirmantur. Et nihilomi-
19 nus illæ præsumuntur ex diuturnitate temporis quingentorum annorum, iuncta obseruantia perpertua, & inconcussa, etiam, quod reseruatus non fuisset ex prædictis.

Non obstat prætensa inobseruantia, quia non probatur, Nam quoad ordinum collationes Ecclesiarum consecrationes, & alias Episcopalis officii indigentias, potest Monasterium ex indultis Apostolicis ea a quacumque maluerint Episcopo petere, & exercere facere. Quo vero ad dispensationes matrimoniales, & excommunicationes pro reuelationibus in forma, significauit ea per Sedem Apostolicam solis Episcopis diriguntur. Et propterea ipsi Episcopo suffragari non possunt, vt in simili fuit dictum in Adrien. seu nullius iurisdictionis 28. Maii 1612. & die 18. Martii 1613.

1613. coram R. P. D meo Vbaldo. Quod autem Dominus Episcopus in multis casi-
20 bus, hodie vigore Concilii, possit exercere suam iurisdictionem in exemptos, & qui sunt nullius hoc in sententia non fuit ademptum. Et ideo non grauauit, cum Episcopi in dictis casibus non procedāt vti Ordinarij, sed tanquā Delegati Sedis Apostolicę, vt fuit in specie consideratum in eadem causa.

Nec subsistit in facto, quod aliqua lis vnquam fuerit ab anno 1566. inter Abbatem, & Episcopum, super iurisdictione ista, nisi ab anno 1597. citra, vt in litteris Cardinalis Alexandrini, summario Episcopi num. nono, quæ magis videtur fuisse extraiudicialis, & de facto quo usque de anno 1606. hæc causa fuit commissa. Et actus exaduerso allegati summario num. octauo, sunt super contribu-
21 tione Seminarij, quæ nihil commune habet cum iurisdictione, cum ad contributionē Seminarii, teneantur etiam qui sunt nullius Diœcesis, si aliter non sint exempti, vt ex Decret. Sacr. Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 18. circa medium, firmauit Rota in dicta causa Adrien. seu nullius Iurisdictionis 28. Maij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo. Et quicquid sit de initio istius litis: Et omisso, quod illa
22 obseruantia iam fuerat præscripta de tempore litis motæ, vnde non potuit interrumpi, Card. consil. 131. nu. 4. Abb. in cap. auditis, num. 10. de præscript. Felin. in cap. illud, num. 13. eodem titulo. Cum appareat manifeste de antiquissima Prioris, & Monasterii, quasi possessione iurisdictionis præfatæ, quam etiam post litem iure medio continuarunt, ac demum fauorabilem sententiam obtinuerunt huiusmodi lis, ad interrumpendam eorum quasi possessionem obesse non potuit, quia interruptio non induci-
23 tur per litem, quando sententia fertur pro possessore, Felin. in dicto cap. illud, num. 17 in 14. conclus. Balb. de præscr. 6. par. princip. 3. par. quæst. 4. num. 37. Rota decis. 534. num. 6. par. 1. diuers. Card Seraph dec. 1027. n. 14. & decis. 1273. num. 3.

Postremo non obstat, quod per mutationem Monachorū Carthusiensium, & inductionē Cisterciensium in dicto Monasterio fuerint extincta priuilegia ipsis Carthusiensibus vt supra cōcessa; & licet deinde suppressio Ord. Cisterciensiū post an. 300. superueneri priuilegiū Leonis X. de nouo concedentis domū sancti Stephani dd.

Carthusiensibus. Attamen hoc fuit cum solis priuilegiis, quæ ipsi habebant in aliis eorum domibus inter quæ non probatur adesse priuilegia Episcopalia; Nam vltra, quod dicta concessio Leonis de præfata Domo, facta fuit cum omnibus, & singulis eius mobilibus, & immobilibus, bonis, iuribus, & pertinentiis suis, vt in ea legitur expresse cum dicta priuilegia, vt cõstat ex præfatis donationibus, & concessionibus Episcoporum Squillacen. ac confirmationibus Apostolicis fuerint concessa ipsi Monasterio, nec non locis, ac bonis eidem donatis, & sic rebus, & non personis, ideo fuerunt realia, & perpetua, & consequenter illa suffragantur Priori, & Monachis sancti Stephani de Nemore, ad quos
24 Monasterium, & loca, bonaq. præfata deuenerunt, l. ætatem, §. fin l. forma, §. quamquam, ff. de censib. Rota decis. quarta de priuileg. in antiq. Din. in regul. priuilegium, num. 7. & ibi Ioan. Andr. num. primo, in 4. cas. Franc. num. tertio in fine, vers. Aliquando, & quarto de reg. iur. in 6. Bart. in l. 1. num. 2. ad fin. versic. Si vero priuilegium cõceditur rei, & seq. ff. de constit. princip. Ancharan. consil. 327. num. 2. versic. Primo namque, Natt. consil. 627. num. 12. & sequen. idem consil. 649. num. 16. & 17. Menoch. consil. 276 num. 8. & præsumpt. 103. nu. 24. lib. 3. Surd. cons. 525. nu. 26. vbi alios cumulat. Schrader. consil. 23. num. 62. versic. Deinde quoque, lib. 2.

Et tanto magis, quia dictũ Monasterium, & dicta loca, & bona fuerunt donata, & cõfirmata Beato Brunorio, illiusque sociis, & successoribus ac cum omnibus hominibus, tam de clero, quam de populo, quos tunc prædictũ Monasterium habebat, vel in posterum habiturum esset de extraneis quoque tunc habitantibus, & habitaturis. vnde sine dubio illa priuilegia competunt Carthusianus ibi hodie degentibus, & in homines tam de Clero, quam de populo, & extraneos, omnes ibi nunc habitantes, Bald. consil. 159. num. 4. versiculo Primo namque lib. 3. Crauett. consil. 404. num. 5. late Schrader vbi supra, num. 62. versic. Et hoc potissimum, & versic. Idem est, Menoch. dicta præsumpt. 103. num. 44. versic. Nono sumitur, lib. 3. etiam quod dicti Carthusienses olim
25 exinde recesserint. Attento, quod postea ad eundem locũ fuerunt per Leonem Decimũ redintegrati, & dicta priuilegia ordinem, & personam Monachorum non respiciunt, sed fue-

fuerunt concessa Monasterio, seu loco, & illius bonis, Innocen. in cap. Abbate in fine, Butr. num. 22. Abb. num. 16. ad fin. verbor. signific. Franc. in istis terminis in cap. cum personæ, §. fin. num. 4. versic. Sed si ipsa Ecclesia, & versic. Si vero Papa, de priuileg. in 6. Prob. ad Monac. in cap. cũ de beneficio, num. 47. & seq. de præben. eodem libro. Quinimmo dicta priuilegia realiter nunquam fuerunt extincta, cum etiam Monachi Cistercienses, dum in Monasterio permanserunt dictis priuilegiis ex concessione Hono-
26 rii Tertii, & aliorum prædecessorum gauisi fuerunt, vt in dicta confirmatione Honorii Tertii, summar. nu. 3. Dictum autem Monasterium ex inde authoritate Leonis Decimi, cum omnibus, & singulis eius mobilibus, & immobilibus, bonis, iuribus, & pertinẽtiis suis dictis fratribus Carthusien. ordinis perpetuo concessum fuit.

Ex quibus ita decisum vnanimiter non constare de causis restitutionis in integrum. Et licet ex prædictis, non videretur adesse aliquis excessus in sententia quoad omnia quinque loca, & casalia, de quibus in ea Domini tamen pro sua prudentia, & maturitate reseruarunt, vt de hoc particulariter videretur.

Vercellen. Matrimonij.

Veneris 4. Martij 1616.

SVMMARIVM.

Matrimonium probatur ex confessione eius, qui petit separari, num. 1.

Matrimonium probatur ex cohabitatione per triennium, & ex petita separatio thori, sub numero 1.

Constito de Matrimonio, est condemnanda vxor ad cohabitandum cum viro, & ei obsequia matrimonialia præstandum, num. 2.

Ad effectum probandi secundum Matrimonium, nullum ob primum contractum, debent esse plenæ, & concludenter probationes, num. 3.

Fama sola impedimenti præcedẽtis, non sufficit ad declarandũ nullum matrimonium, num. 4

Fama potest elidi per testes fidedignos, num. 5.

Negatiua optime probatur per depositionem cum ratione scilicet, quod nõ potuisset fieri quin ipsi vidissent, aut sciuissent, num. 6.

Negatiua probatur etiam ex dili-

geniijs factis, & indicio non reperto, num. 7.

Cum in libro Parochi non reperiuntur nomina coniugum, & testium, & dies, & locus, vt maximum signum, quod non sit contractũ matrimoniũ, n. 8.

DECISIO LV.

ANgela Catharina vxor Melchioris Scharauelli Equitis SS. Mauritij, & Lazzari sub prætextu quod d. Eques aliam vxorem prius in Flandria ductam haberet de anno 1613. extorsit licentiam ab Episcopo Vercellen. habitandi seorsum ob eius viro cui pariter Episcopus sub censuris ad eam accessum inhibuit.

Introducta causa super reuocatione d. inhibitionis, & Separationis Thori Episcopi Vicarius facto prius præcepto Catharinę de cohabitando penes honestã Matrenã, neq; illinc discedendo sub pęnis, de quibus in eo, tandem cognita rei, & facti veritate per suam sententiã inhibitiones, & præcepta hinc inde facta reuocauit, necnon in pristinum statũ præfatos coniuges reposuit.

Ab huiusmodi sentẽtia fuit appellatum pro parte Catharinæ, ad Reuerendissimũ Nuncium Apostolicum Taurini residen. qui d. sententiã cõfirmauit, & Catharinã cõdemnauit ad cohabitandum cum d. eius Viro, & obsequia matrimonialia ei præstandum. à qua secunda sententia iterũ appellato per Catharinã ad Sanctissimũ causaq; mihi cõmissa. Dubitaui an sentẽtia Nuntij Apostolici esset confirman. vel infirman. & Domini, Equitem tantum informãte pro confirmatione d. sententiæ, vnanimiter responderunt.

1 Quod enim matrimonium inter præfatos Melchiorem Scharauellum Equitem, & Catharinam esset contractum non controuertebatur, & plene cõstabat tam ex confessione ipsiusmet Catharinæ in precibus porrectis Episcopo Vercellen. quæ non impugnabat primum prætensum matrimonium, sed illud adesse prætendebat, glos. in c. super eo verbo confessionẽ, vbi Doct. de eo, qui cogn. consan. vxor. suæ, Abb. in c. 2. nu. 3. in 2. notab. de clandest. desponsi. Dec. cons. 133. n. 1. Menoch. de arb. cas. 103 n. 4. Sanchez. de matrim. lib. 2. disp. 46. n. 37. Veral. dec. 208. n. 3. p. 2. quã ex cohabitatione vtrusq; per triennium vsque ad litem motam, Rota dec. 79. n. 1. p. 1. diuersor. & petita per Catharinam in duabus instantijs separatione Thori, quæ matrimonium precessisse presupponit iux. reg. tex. in l. manumissiones

missiones, ff. de iust. & iur. l. Titio vsusfructus, ff. de condition. & demonstrat. Surdus cons. 52. nu. 58. lib. 1.

2 Vnde iure merito Catharina debuit condemnari ad cohabitãdum cum d. Equite suo viro, eiq. obsequia matrimonialia præstandum, c. 1. & ibi Præpos. n. 3. vers. Nota q mulier, de coniug. leprof. cũ aliis per Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 41. n. 1. & 2.

3 Nec obstat hoc matrimonium prætendi inualidum propter aliud p : cedens, quod a d. Equite in Flãdria contractũ dicebatur, quia ad istũ effectũ requirebantur plenæ, & concludentes probationes, Paris. consil. 54. n. 15. lib. 4. Riminal. iun. consil. 174. nu. 17. in fine, lib. 2. Rota in Papien. Matrimonii 27. Iunii 1594. coram bo. me. Card. Pamphilio, & testes omni exceptione maiores cap 1. vbi gloss in verbo maiores, de consangu. & affinit. Gabriel concl. 8. n. 1. de test. Riminal. iun. dicto consil. 174. dicto nu. 17. in princ. Bursatt. consil. 359. a nu. 25. vsque ad fin. lib. 4. Sanchez de matrimon. lib. 2. disput. 46. nu n. 30. Cæsar. de Graff decis. 5. num. 7. de sponsal. Rota decis. 209. num. 1. & seq. par prima diuersor. & fuit dictum in Hispalen. Matrimonii de Alcala 28. Ianuarii 1608. coram Reuerendissimo Bononien. & in Toletana Matrimonij 26. Iunii 1609. coram Reuerendissimo Damasceno.

Testes autem Catharinæ, vltra quod erant viles personæ, & singulares, non videbantur aliquid concludere circa existentiam primi Matrimonii, quia duo tantummodo erant, & primus licet deponeret de visu dispensationis in facie Ecclesiæ; Interrogatus tamen de aliis circumstantiis in responsionibus per eum alliatis, satis ostendebat eum non adeo bene informatum, vt esset ei fides adhibenda. Secundus verò testis se non fuisse præsentem in Ecclesia, & celebratione Matrimonii fatebatur.

Nec erat attendenda fama, quod dictus Eques aliam Vxorem in Flandria duxisset, quia ad dissoluendum matrimoniũ

4 legitime contractum, sola fama impedimenti præcedentis non sufficit, c. si duo, 35. q. 6. Abb. in c. super eo, nu. 4. de consangu. & affin. & in d. cap. super eo, nu 6. de eo, qui cogno. consang vxor suæ, Veral. dec. 207. n. 5. p. 2.

5 Quæ fama, & testium probatio, eo minus videbatur admittenda, quia ipsa elidebatur ex depositionibus octo testium pro parte d. Equitis examinatorũ omni exceptione maiorum,

& qui

& qui fere omnes erant nobiles Viri, & Equites, ac nonnulli in dignitate constituti asserentium cognouisse multis ab hinc annis dictum Equitē Melchiorem Scarauellum, & signanter in Flandria de tempore exaduerso allegato, & ante illud, & post, & in loco detto Venalò, de quo deponūt dd. duo testes Catharinæ, vbi etiam ipsi in eodem regimine in quo dictus Eques, & in eadem aula Comitis Guidonis S. Georgii generalis reperiebantur, nec vnquam sciuisse, nec audisse ipsum Equitem matrimonium in dicto loco, nec alibi in dicta Prouincia Flandriæ contraxisse, & alias latius prout in eorum depositionibus, vt tradit glo. in cap. cum in tua, verbo Famam, de sponsal. & ibi Ancharan. nu. 4. Abb. num. 3. Paris. cons. 64, num. 24. lib. 3. Sanchez vbi supra, lib. 1. disputat. 71. num. 16 & dd. testes reddunt optimā rationem per quam remoue-
6 tur actus à sensu, videlicet, quod non potuisset fieri quin ipsi vidissent, aut sciuissent, qui est optimus modus probandi negatiuam, gloss. in §. hinc nobis, in verbo Et vidisse, auth. de hæred. & falcid. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, num. 8 ff. de itin. actu. priuat. Bald. in l. prima, num. 7. C. de bon. poss. secun. tab. Castren. in l. prima, num 22. ff. si cert. petat. Rip. in cap. cum Ecclesia num. 88. versic. Ratio autem, de caus. poss. & propriet. Alexand. cons. 108. num. 10. lib. 2. Decian. cons. 4. num. 24. lib. 3. Surd. cons. 414. num. 49. Rota decis. 134 num. 3. par. 2. diuersor. & fuit dictum in Ianuen. Iurisdictionis 13. Iunii 1607. coram Reuerendiss Bononien.

Concurrebat etiam fides R. P. Inquisitoris Vercellen. de exactissimis diligentiis factis per Reuerendissimū Nuntium Apostolicum in Flandria existen & quod ne minimum quidem indicium de hoc matrimonio habere potuit, ex
7 quibus diligentiis Negatiua etiam probatur iuxta late tradita per Pacian. de probat. lib. primo, cap 45. num. 2. & 3. ac per tot.

Vltimo, cum testes Catharinæ dicerent illud prætēsum matrimonium contractum fuisse in facie Ecclesiæ, & Parrochi, vigore Concilii sess. 24 de reform. matrimon. cap. primo, teneantur habere librum in quo coniugum, & testium nomina, diemque, & locum contracti matrimonij describunt, & neque per diligentias dicti Reuerendissimi Nuntii, neque per alias, quas potuit

Ca-

Catharina facere non doceatur hoc matrimonium fuisse descriptum in libro Parrochi, loci vbi contractum prætendi
8 tur. Hinc oriebatur maximũ signum, quod vere non fuit cõtractum, vt in istis terminis fuit ponderatum in Venetiarum legitimitatis 16. Nouembris 1607. coram bon. mem. Penia.

Et ita conclusum vnanimiter sententiam D. Nuntii esse confirmandam.

Conchen. Decimarum dell'Infantado.

Veneris 11. Martij 1616.

SVMMARIVM.

Requisita ad immemorabilem remissiue, num. 1.

Præscriptio immemorabilis est probanda, quod ab immemorabili fuit res in eadem quantitate, num. 2.

Præscriptio sicut & consuetudo, est probanda in specie, non in genere, num. 3.

Immemorabilis cessat vbi adest hominum memoria, vel dantur actus contrarij, n. 4

Præscriptio immemorabilis non dicitur etiam vltra centum annos, si constat de initio, vel actu contrario, & sequitur Rota, nu. 5.

Testes deponentes in specie, sunt præferendi deponentibus in genere, nu. 6.

Testes vicini, & deponentes de singulis, præsumuntur melius informari, n. 7.

Testes deponentes per actus subiectos sensui præferuntur, num. octauo.

Testes deponentes de affirmatiua præferuntur, sub n. 8.

Pluralis numerus, verificatur in duobus, vel tribus, n. 9.

DECISIO LVI.

Rota censuit non constare de immemorabili, quæ suffragetur Rectoribus, & si enim testes per eos inducti, multa conentur deponere, & præcipue, quod Rectores istorum locorum ab immemorabili tẽpore, vsque ad præsens exegerunt integram Decimam olei, & croci recollectorum ex terris in quibus antea fuerat seminatum granum, & plantatæ vites, absque eo, quod Episcopi pro tempore de illa participauerint, summario Rectorum num. 5. & 7. & super
1 hoc deponant cum omnibus requisitis ad immemorabilem de quibus per gloss. in cap. 1. in verbo Memoria, de præscriptionib. in 6. Tamen non viden-

dentur concludere intentionem Rectorum in casu de quo agitur; Non enim controuertitur pro parte Reuerendissimi Episcopi, quin dictæ Decimæ hucusque perceptæ fuerint per Rectores, sed quia fuerunt adeo auctæ, vt amplius non possent considerari vti decimæ minutę, prout antea erant; ideo pro eius parte dicitur, & fuit pluries decisum eas deberi Domino Episcopo tãquam subrogatas in locum grani, & vini, ex quibus antea Decimæ ei debebantur rationibus, & fundamentis, de quibus in decisionibus in hac causa factis coram R.P.Dom. meo Pirouano sub die quinta Decembris 1612. & 10. Maii 1613. & in aliis coram bo. m. Cardinali Pamphilio sub die 1. Iulii 1591 & coram Iusto 12. Decemb. 1608.

Vnde vt præscriptio immemorabilis per Rectores allegata,
2 eis suffragaretur, erat probanda perceptio ab immemorabili in illa magna quantitate, & in illo augumento in quo de præsenti reperitur, aut saltem in tanta quantitate, vt possent considerari tanquam Decimæ grossæ, prout hodie reputantur, Nam conclusio in iure est indubitata, quod præscri-
3 ptio quemadmodum, & consuetudo non est probanda in genere, sed in specie, & in casu de quo agitur, Crauet. consil. 96. num. 4. Roland. consil. 53 num. 39. lib. 1. Surd. decis. 87 num. 12. Cæsar de Grass. decis. 6. num. 5. de præben. Rota decis. 799. num. 3. par. 1. & decis. 72. num. 31. par. 2. quod non solum non probatur per Rectores, quod immo talis præscriptio omnino excluditur ex testibus datis pro parte Domini Episcopi, summario num. 1. 2. & 3. & latius in processu. a fol. 603. vsque ad fol. 1704. qui bene deponunt, quod a quadraginta annis citra, Crocum, & Oliuę creuerunt in magna quantitate, & in locis in quibus semi nabatur Triticum, & Ordeũ; & erant plantatæ Vineæ incolæ pro maiori eorum vtilitate seminarunt Crocum, & plantauerũt Oliuera, taliter quod dictos fructus Olei, & Croci fuerunt subrogati in locum panis, & vini, quæ antea decimabantur ab Episcopo, quæ probatio excludit immemora-
4 bilem, quæ cessat, vbi adest hominum memoria, vel dantur actus contrarii, Couar. in Reg. possessor. 2. par. §. 3. nu. 7. ad fin. vers. Quo fit, de reg. iur. in 6. Auendan. de exequ. mand. prima par. cap. 11. nu. 6. Melchior Pelaez de maio. 4. par. quæst. 20. num. 41. ad medium, versiculo Ergo in ea semper, Molin. de Hispan.

prim.og.

primog. lib.2. cap.6. num 45.
61. & 63. versic. Sed quam-
uis, Azeued. lib. 4. nou. re-
copil. tit. 15. lib. 1. num. 12. &
hanc opinionem sequitur Ro-
5 ta indistincte, siue præscriptio
sit minor, siue maior centena-
ria, vt non dicatur immemo-
rabilis si constet de initio, vel
de actu contrario, Put decis.
436. num. 2. lib. 2. Card. Se-
raph. decis. 454. num. 4. &
fuit dictum in causa Tiraso-
nen. iurisdictionis 5. Iul. 1593.
coram Illustris. Millino, & in
Tullen. iurisdictionis 22. Mar
tij 1596. coram bon. mem.
Cardinali Pamphilio, Burgen.
quindenniorum 8. Ianuarij
1599. coram Litta, & in Cer-
uien. Decimarum 22. Apri-
lis 1602. coram bon. mem.
Penia.

Non obstat, quod testes Re
ctorum, qui dantur in summ.
num. 9. deponant oliuas, &
crocum fuisse semper in ma-
gna quantitate, tum quia de-
ponunt in genere de omnibus
locis Abbatiæ, & Archipres-
byteratus, testes autem Reue-
rendis. Episcopi deponunt in
6 specie de singulis locis, & ideo
præferendi, Socin. cons. 54.
num. 14. lib. 4. Paris. cons. 74.
num. 45. lib. 1. Crauett. con.
sil. 94. num. 3. lib. 1. Gabr. de
test. conclus. 4. num. 72. Tum
quia testes D. Episcopi sunt
vicini, & singuli deponunt
7 de proprijs locis in quibus
iuris præsumptione censen-
tur melius informati, cap.
quoties de test. Alex. consil.
86. num. 18. lib 2. Gabr. vbi
sup. num. 64. cum duob. seqq.
8 Tum quia deponunt per a-
ctus subiectos sensui, videli-
cet per extirpationem vitium
& nouam plantationem o-
liuarum, & croci, & per ex-
tructionem nouorum Molen-
dinorum, & adiectionem plu-
rium Rotarum in veteribus,
quæ antea non aderant, & de-
nique sunt plures numero, &
deponunt de affirmatiua,
Bart. & Doct. in l. 1. ff. si cert.
pet. Gabr. d. conclus. 4. num. 1.
& 50.

Quinimo dd. testes Recto-
rum ita generaliter de omni-
bus locis, & de magna quan.
titate oliuarum, & croci de-
ponentes arguuntur nimium
affectate loqui, & non bene
esse informati cum plura sint
loca in quibus ab antiquo
nulla erant crocalia, sed a 40.
annis citra fuerunt semina-
ta, vt in specie de loco de
Salzedon deponunt 11. 14.
& 15. testes Reuerendis. Epi-
scopi super 4. in process. fol.
603. 609. & 637. vbi in indi-
uiduo nominant personam,
quæ habuit primum crocale,
& de loco de Ontanillas 27.
super eodem 4. fol. 721. quod
crocum fuit ceptum plantari

a sex

a sex annis citra, & de locis de Salmeron, & Salmeroncillos 97. fol. 1276. quod erant 30. anni, quod non extabat Crocus, Argumentum autem testium pro parte Rectorum a denominatione Vallis de Oliuas, dum dicunt eam Vallem ita nuncupari ab oliuis ibidē
9 existentibus satis leue, & fragile, visum fuit cum duæ, vel tres plantæ, potuerint causam dare huic denominationi ad l. vbi numerus, ff. de test. cum simil.

Nec releuat præcipuum fundamentum Rectorum, quod testes Domini Episcopi, non loquantur, nec deponant de locis controuersis, quia cessat ex facto, cum huiusmodi Abbatia dell'Infantado, & Archipresbyteratu de Pareja adsint loca 18. nempe Salçedon, Pareja, Chillaron, Ontanillas, Torronteras, Eschanilla, Millana, Alcocer, Vallolloso, Corcoles, Val de oliuas, Aluenda, Villar de ladron, Castel fuerte, Salmeron, Salmeroncillos, Carrascosa, San Pedro de Palmiches, & de omnibus dictis locis, & singulis eorum eodem prorsus ordine quo supra fuerunt descripta, deponant testes in process. a fol. 603. vsque ad fol. 1704.

Et ita conclusum pro Reuerendissimo Domino Episcopo, vtraque parte informante, non constare de immemorabili, quæ suffragetur Rectoribus.

Vlixbonen. Pensionis.

Veneris 11. Martij 1616.

SVMMARIVM.

Clericatus solus sufficit ad capacitatem pensionis, num. 1.

Valore beneficij non narrato, & reseruatione pensionis in quota non requiritur aliqua iustificatio, num 2.

Familiaritas ex sola Papæ assertione in litteris reseruationis probatur, num. 3.

Item esse sollicitatorem litterarum Apostolicarum, sub numero 3.

Assertor non potest impugnare suam assertionem, num. 4.

DECISIO LVII.

Dixerunt Domini litteras reseruationis medietatis fructuum loco pēsionis Emanuelis esse iustificatas: Quia de eius Clericatu, qui solus sufficit, vt quis sit capax pensionis Gig. de pensionib. quæst. 13. num. 3. & fuit dictum in causa Portugallen. pensionis 6. Iunij 1606. coram Reuerendissimo Domino meo Decano

no, constat ex litteris patentibus Ordinarii, Butr. in cap. post cessionem, num. 7. ad finem, versic. Septimus casus, de probation. Rebuff. in form. litterar. tons. num. 22. Grammat. decis. 81. num. primo, Guidopap. decis. 582. num. 3. versic. Item cum aliquis dicit se Clericum, Francisc. Marc. decis. 1006. num. primo, parte prima. Rota decis. 122. nu. 3. par. 2.

2 Valor non reperitur narratus, & reseruatio est in quota, scilicet medietate fructuũ, ideo non requiritur aliqua iustificatio.

3 Familiaritas probatur ex sola Papæ assertione in litteris reseruationis, vt tradit Sarnen in regul de impetran. benefic. per obit. famil. Cardin. quæst. 13. num 6. versic. Secus verò in Papa, Simonett. de reseruat. quæst. 36. eodem num. 6. & dictum fuit in Ratisbonen. Canonicatus . . . coram R. P. Domino meo Pirouano, ex qua etiam assertione remanet probatum, quod Emanuel esset sollicitator litterarum Apostolicarum.

Quæ omnia eo magis videntur admittenda, stante narratiua Antonij, in litteris suæ prouisionis in quibus narrauit dictam reseruationem medietatis fructuum, quam ipse impugnare non potest, ex

4 latè deductis in Elboren. pensionis 14. Nouembris 1614. coram R.P. Domino meo Pirouano.

Et ita conclusum.

Bononien. Transactionis de Capacellis.

Lunæ 14. Martij 1616.

SVMMARIVM.

Possessor à die mota litis, tenetur ad fructus, n. 1.

Hæres dum non est in mora, restituendi facit fructus suos, num. 2.

Fideicommissum perpetuum fauore agnationis, durat etiam, quod primus hæres decesserit cum filijs, n. 3.

Filiatio probatur ex expressione in testamento, & transactione vti filijs, & adæquando alijs filijs, nu. 4.

Statuentium intentio est attendenda, n. 5.

Contractus vt dicatur læsiuus, sufficit esse læsionem longe vltra dimidiam n. 6.

Et initus cum minore etiam infra dimidiam, sub n. 6.

Minor læsus in quocunque contractu, habet dua remedia, vide ibi n. 7.

Læsio

Læsio non præsumitur, sed probanda est euidenter, & concludenter, n.8.

Læsio debet esse grauis, & enormis vt competant remedia, n.9.

Læsio an sit grauis, & enormis, est arbitrium iudicis, num.10.

Data, & remissa hinc inde in trãsactione, debent æstimari, vt facta compensatione constet de læsione, n.11. & 14.

Tractatus tanquam de filio erroneus, non suffragatur, numero 12.

Contractus transactionis est indiuiduus, & non potest pro parte valere, & pro parte non. num. 13.

Pendente conditione hæreditatis, datur curator bonis hæreditatis quousque purificetur conditio, num. 15.

Hæres facit fructus suos, quousq. hæreditas non fuerit restituta num. 16.

Statutum loquens de successione ab intestato, non procedit in successione ex testamento, numero 17.

Pupillaris substitutio excludit omnes venientes ab intestato pupilli, n.18.

Etiam quod substitutio sit facta in codicillis cum est inter liberos, sub n.18.

Quod est in spe remitti potest per transactionem, & æstimatur quamuis postea spes euanescat, num.19.

Qualitas requisita in successione debet esse tempore successionis; nec releuat si postea superueniat, num.20.

Legitimato post mortem patris tanquam in capaci tempore successionis, non debetur legitima. ibi.

DECISIO LVIII.

QVæ longa serie verborum deducta fuerant pro parte D. Iuliæ ad ostenden. eius læsionem in transactione ad tria reducebantur.

Primo, quod per obitum Ioannis Baptistæ fratris D. Hipppolitæ fuerit factus locus fideicommisso ad fauorem Claudij patris ipsius Iuliæ, & tamen in transactione fuit cõuentum, quod ista bona fideicommisso subiecta remanerent penes Hippolitam, donec nasceretur Primogenitus, vnde sequitur, quod fructus dictorum bonorum, vsque ad natiuitatem primogeniti fuerunt remissi eidem D.Hip
1 politæ cum tamen illi a die saltem motę litis super purificatione fideicommissi deberentur Claudio, l. sed, & si lege, §. si ante, ff. de petit.hæred.l.2. C. de fruct. & lit. expens. vbi Bal. num. 3. cum alijs per Peregr.de fideicomm. art.49. num.137.

Et licet lis fuerit mota, seu petitio facta coram Arbitris in

in principio anni 1603. & Claudius decesserit de mense Februarii 1605. Attamen fructus illorum duorum annorum quos viuens ipse absque difficultate suos fecisset, & eo mortuo, pro reliquo tempore, vsque ad natiuitatem primogeniti nascituri, & sic vsque ad tempus restitutionis ei faciendæ Iuliç debebantur, Quia fideicommissarius debet recipere de manu hæredis, &
2 interim, quod hęres non est in mora restituendi, facit fructus suos, l. in fideicommissariam, l. mulier, §. si hęres, & l. postulante, §. fin. versic. Sane pro fructu, ff. ad Trebell. Crass. in § cōmissum, q. 49. n. 4 vers Sin vero negligentia, Pereg. vbi sup n. 79. & in istis terminis allegabatur decisio in Romana legati 4. Maii 1607. coram bo. me. Iusto.

Nec reuocari poterat in dubium fideicommissum factum ad fauorem Claudij a Ioanne Baptista seniore, & Tanarino, cum de eo constaret ex scriptura testamenti in quo Claudius, & Hieronymus nepotes testatorum ex M. Antonio fratre prædefuncto fuerunt inuicem substituti, si alter eorum decederet sine filiis masculis, prout non poterat etiam probabiliter dubitari, quod dictū fideicommissum esset purificatum ad fauorē Claudii per obitum Ioannis Baptistæ Iunioris sine filijs, & quod non expirasset per obitum Hieronymi cū dicto Ioanne Baptista cum fideicommissum esset perpetuū fauore agnationis, quo casu non est locus, consl. Oldrad. 21 sed fideicommissum durat etiā quod primus hæres decesserit cum filijs, vt laté per Peregr. art. 29. n 36. & seq. Marz. consil. 4 nu. 11. vers. Et ita quando testator, & cons. 6. n. 11. Odd. consil. 67 nu. 9. Ioseph. de Rustic. cons. 1. num. 40. & cons. 3. nu. 36. cum aliis per Menoch. præsumpt. 69. num. 9. lib. 4.
4 Sicut nec dubitari poterat de filiatione Claudii, tum quia dd. testatores non solum expresse in eorum testamentis eum vocauerunt nepotem legitimatum ex d M. Ant. sed etiam pro tali illum tractauerunt tam in vita, quam in morte relinquendo ei certa corpora bonorum etiam pro legitima, quam ipse prætendere potuisset in bonis M. Antonij patris, & vlterius adæquando illum Hieronymo, tam in reciproca substitutione, quam etiam in substitutione primi Masculi nascituri ex fæminis, tum quia tanquam talis fuit declaratus in laudo postea approbato per Hippolitam in transactione.

Secundo, quod remissū fuerit ius succedendi in bonis liberis

ipsius Ioannis Baptistæ iunioris in quibus vigore Statuti Bononien. de success. ab intestat. Claudius vti patruus concurrebat cum Hyppolita sorore dicti Ioannis Baptistæ, etiam quod superesset Auia, & Mater, cum ex verbis dicti Statuti in §. volentes insu. per clare appareat intentio-
5 nem Statuentium fuisse, vt idem iudicetur de casu mixto, quod de simplici, vt in puncto consuluerunt Alexa. consi. 141. lib. 2. & consil. 144. lib. 6. Ruin. consil. 41. lib. 3. Grat. consil. 134. lib. 1. & dictum Statutum habet locum etiam in patruo legitimato, Bero. cons. 174. num. 10. lib. 2. Vbi quod ita fuit iudicatum Bononiæ cum aliis per informantes & idem dicebatur fuisse resolutum in vna Bononien. successionis 11. Februarii 1598. corã R.P.D. meo Pamphilio.

Tertiò, quod in transactione fuerint supposita fideicommisso ad fauorem Primogeniti bona relicta eidem Claudio per testatores pro eius legitima, & aliis prætensionibus, & istæ tres prætensiones dicebantur fuisse indubitatæ, & ascendere ad scuta 100. mill. & vltra, cum tamen è conuerso, omnia Iuliæ assignata valde extenuarentur, & ad summũ scuta duomillia ducenta octuaginta valere dicerentur. Vnde inferebatur hanc læsionem fuisse enormissimam, & lon-
6 ge vltra dimidiam, quæ tamen sufficeret esse talis, vt verè contractus sit læsiuus, etiam infra dimidiam, postquam transactio fuit celebrata cum minore, Cagnol. in l. secunda, num. 159. versic. Minus refragatur, C. de rescinden. vendit.

Quibus tamen non obstantibus opposita sententia, placuit nempe, transactionem non fuisse læsiuam; Pro cuius articuli, & causæ resolutione, Domini non dubitabant, quod minor læsus in transactione, & quocumque alio cõ
7 tractu pro illorum rescissione habet duo remedia, scilicet ordinarium, ex l. 2. C. de rescinden. vendit. & extraordinariũ beneficii restitutionis in integrum, de quo in titulis, ff. & C. de minor. & de in integr. restit. & quod per secundum remedium pinguius succurritur minori, quia non tenetur probare læsionem vltra dimidiam iusti pretii, ex Bal. in l. 1. nu. 2. C. si aduers. Fisc. Abb. in cap. cum dilecti nu. 5. Bero. nu. 53. & seq. de emption. & vendit. Cagnol. in d. l. 2. num. 105. & ibi Pinel. in tertia par. cap. 1. num. 19. Couarr. lib. 1. variar. resol. cap. 3. num. 11. Odd. de rest. in integr. par. 1. quæst. 16. artic. 14. num. 111. versiculo

In

In contrarium, vbi de magis communi. Sed hoc tamen
8 Domini intelligebant dummodo læsio infra dimidium probetur à minore cum alias ea non præsumatur, & illam alleganti incumbat onus probandi, & quidem euidenter & concludenter, l. si circumscripta ibi euidentibus proba tionibus ostenderitis, C. so. lut. matrimon. l. minoribus, C. de restit. in integr. l. nam, & postea, §. si minor, ff. de iureiuran. Rolan. consil. 92. nu. 17. ad fin. lib. 2. & consil. 28. num. 27. lib. 4. Odd. vbi supra dicta par. prima, quęst. 36. art. 2. num. 11. cum aliis adductis in hac causa 2. Decembris 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio.

9 Item hæc læsio debet esse grauis, & enormis, iux. text. in l. penul. ff. de mino. l. 1. C. si ad. uers. vendit. pign. c. tum ex literis in princ. extr. de in integr. restit. cum aliàs pro modica læsione non detur restitutio, l. scio, ff. eod. & ita declarãt omnes, & signãter Abb. Bero. & Couar. vbi sup. quod totum
10 relinquitur arbitrio iudicantis, vt per Couar. d. c. 3. n. 11. versic. Ego hanc, Menoch. de arbitr. cas. 75. nu. 1. Odd. d. par. 1. q. 4. art. 12. num. 106. & art. 13. num. 121.

In præsenti autem casu non constabat de hac graui, & enormi læsione, quia nec calculus datus per Iuliam, fuerat verificatus, nec liquidatio facta dictorum fructuum primo loco Hyppolitę remissorum, prout est necesse ad effectum, vt facta compensatione cum his quæ in contrarium fuerunt remissa Iuliæ, & dubio litis euen
11 tu, possit videri in quo consistat læsio: Nam non est dubium, quin omnia prædicta debeant æstimari ad effectum rescindendi transactionem ex capite læsionis, Crauett. consil. 151. num. 7. versic. Sed non probauerunt, & num. 27 Rolan. d. consil. 28. n. 27. lib. 4. Rot. decis. 235. par. 2. diuers. & in Romana domus 3. Decembris 1601. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno, & in hac causa coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Romana domorum 10. Iun. 1615. coram R. P. D. meo Vbaldo.

Præterea considerabant Domini, quod valde dubia remanebat filiatio Claudii, quia ex libro Baptismi, summario num primo constabat, quod ipse fuerat baptizatus tamquam filius M. Antonii Tanarii, non autem Marci Antonii Capacelli, qui negauit esse suum filium, vt deponunt testes summario nu. 2. Et quamuis patrui, qui fuerunt fideicommissum, cum tractarunt tamquam filium dicti Marci

Antonii Capacelli, tamen opponebatur, quod iste tractatus erat erroneus, & sic di-
12 spositio in tali errore fundata, non poterat Claudio suffragari ex adductis per Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 6. per tot. Nec faciebat, quod ista filiatio fuerit in Laudo canonizata, & postea approbata per Hippolytam, quę laudum in transactione approbauit, quia placebat responsio, quod dum Iulia impugnat trãsactionem non potest eam allegare in his quæ cõcernunt eius fauorem,
13 cum sit cõtractus indiuiduus & non possit pro parte valere & pro parte non, vt in terminis post Angel. in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig. tenet ibi Zas. nu. 79. Laderch. cons. 62. n. 6. Veral. decis. 206. num. 4. & 5. par. 1. Quinimo ista approbatio filiationis, prout etiam validitatis legitimationis, quæ impugnabatur erant consideratione digna, postquam val. de intererat Iuliæ, quod eius Pater esset filius d. M. Antonii Capacelli, ac etiam legitimus effectus per legitimationem fuerunt etiam non nulla bona relicta Iuliæ tunc temporis annorum 10. non solum vsque ad natiuitatem primogeniti, sed etiam vsque ad e-
14 ius ętatem annorum 16. Quę omnia vt dictum fuit æstimari debent ad istũ effectum, & vt ait Rota d. decis. 135. ante n. 1 par. 2. & in d. Rom. Domus coram Reuerendiss. D. meo Damasceno, iura vtriusq; partis probationes, & coloratæ prętẽsiones remissiones hinc inde qualitates personarum, & causarum diligenter obseruandæ sunt.

Postremo Domini circa remissionẽ istorũ fructuũ duo tẽpora distinguebãt, primũ a die petitionis, videlicet, in principio anni 1603. vsq; ad obitũ Claudii qui decessit de mẽse Febr. 1605. qui sũt duo anni, & quatenus exceptio filiationis sibi nocere non debuisset isti fructus ei debebãtur, & cõsequẽter Iulię ipsius hæredi: secũdũ erat tẽpus a die obitus Claudii, vsq; ad natiuitatẽ Hieronymi, qui 12. Octob. 1609. in lucẽ venit, & sunt quatuor anni & isti fructus non sunt habẽdi in aliqua consideratione, quia non erant debiti Iuliæ nec ad eã pertinebant, sed erãt reser-
15 uandi primogenito nascituro dato Curatore huiusmodi bonis interim dum conditio purificabatur, l. si quis instituatur, §. Item si conditioni, ff. de hæred. instit. l. 2. §. si sub conditione, ff. de bon. poss. sec. tabul. cum aliis in indiuiduo per Menoch. cons. 500. num. 10. & seq. Decian. cons. 129. n. 20. lib. 3. Surd. cons. 125. n. final. vers. Quid igitur

fiet

fiet, Molin. de Hisp. primogen. lib. 3 cap. 10. num. 35. Vnde, si illi fructus duorum annorũ, qui fuerunt remissi Hippolitæ cõferantur cũ fructibus aliorũ bonor. quę Iulia recipit, eosq. ꝑcipere potest, interim ꝙ fiat annorum 16. vtiq. nulla, vel modica videtur esse differentia datorum, & receptorum.

Quibus non obstabant deducta ex l. in fideicommissariã, & l. mulier, §. si hęres, ff. ad Trebel. cum aliis allegatis in princip. & in Romana legati corã
16 Iusto: Quia dicebatur illa procedere in hærede testatoris, a quo fideicommissum fuit relictum filiis nascituris, seu alteri, sub conditione vocato; In nostro autem casu Iulia non est hæres Ioannis Baptistæ senioris, & Tanarini, qui hanc Primogenituram instituerunt, nec ab ea fuit relictum hoc onus restituendi bona Primogenito nascituro, sed ab vltimo masculo vocato, prout in testamentis dicti Ioannis Baptistæ, & Tanarini, ita quod nullo titulo, nulloq. colore, possit prætendere hos fructus ad se spectare, & hæc quoad primum caput circa prætensionem læsionis D. Iuliæ.

Quoad secũdum ex Statut. Bonon. quod defert successionẽ patruo, vna cum sorore in bonis defuncti, fuit responsum
17 dictum statutum, quod loquitur ab intestato, nõ procedere in successione illius qui decedit cũ testamento, Bal. in l qui cumq. num. 3. C. de seru. fugit. Paris. cons. 23. n. 41. lib. 2. Menoc. cons. 251. n. 42. Ceph. cõs. 619. n. 13. Tiraq. in tract. Le mort saisit 2. par. declar. 8. n. 2 Crass. §. institutio quæst. 10. & tenuit Rot. in Bonon. fideicommissi 13. Martij 1589. coram Perusino, & in Cesenaten. Legati 20. Februar. 1595. coram Gipsio, prout cum testamento decessit Ioannes Bapti-
18 sta iunior, ex quo Hieronymus eius pater, illi pupillariter substituerat, & ipse in pupillari ætate decesserat, c. si pater, in fin. de testam. in 6. §. igitur, instit. de pupill. substit. adeo quod omnia eius bona libera spectarunt ad substitutum, exclusis omnibus aliis ab intestato venientibus, etiam matre, l. 2. vbi Bart. num. 29. in fin. & seq. l. sed si plures, §. ad substitutos, ff. de vulg. d. c. si pater cum aliis concord. etiam ꝙ d. substitutio facta fuerit in Codicillis, cum sit inter liberos, l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. Crass. in §. substitutio q. 24. num. 3. vbi de communi.

Circa tertium quod fuerint supposita fideicommisso bona relicta eidẽ Claudio, vltra supra dicta in prima, quæ bona

applicantur etiam huic prætentioni, placuit responsio, quod etiam ista bona erant supposita fideicommisso ad fauorem primogeniti, vt in summario Iuliæ num. 12. & 19. & vlterius aduertebatur, quod primogenitus poterat nasci ex Iulia sicut ex Hippolita, & ideo dum poterat ista cessio redundare in fauorem
19 filij ipsius Iuliȩ, non debet hodie ex futuro euentu, quod primogenitus est natus ex Hyppolita læsiua iudicari, l. verum, §. sciendum, ff. de mino. Alexand. in l. de fideicommisso. num. 2. C. de transact. Crauett. consil. 11. num. 17. Natt. consil. 181. num. 9. Menoch. de arbitr. cas. 149. num. 19. Odd. de rest. in integ. par. 1. quæst. 4. art. 6. num. 40. & par. 2. num. 57. art. 3. num. 18. & seq.

Ad prętensionem legitimę, quæ Claudio tanquam filio M. Antonij in eius bonis debebatur, stante maxime illius amplissima legitimatione; fuit responsum, quod de tempore obitus dicti M. Antonij legitimatio nondum emanauerat,
20 & sic de tempore delatæ successionis Claudius erat illius incapax, & per consequens nulla sibi fuit debita legitima, licet postea longo tempore post obitum patris fuerit legitimatus, ad hunc enim effectum qualitas requisita in successione debet adesse de tempore, quo euenit casu successionis; nec releuat si postea superueniat, Roland. consil. 39. num. 57. lib. 4. Honded. consil. 5 num. 22. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 29. num. 7.

Et ita decisum.

Mediolanen. Decimarum, seu Primitiarum de Carlatio.

Veneris 18. Martij 1616.

SVMMARIVM.

Archiepiscopus habet potestatem dismembrandi, num. 1.

Causa aliqua dismembrationis, num. 2.

Testes de visu, & certa scientia cum præsumptione boni iuris plene probant, num. 3.

Consensus Rectoris in dismembratione ex causis necessitatis non est necessarius, num. 4.

Obseruantia adminiculant veritatem facti num. 5.

Facta dismembratione Ecclesia parrochialis dismembrata, statim fundat intentionem super decimis infra suos limites, num. 6.

Etiam aduersus Ecclesiam mate-

matricem, ibi.

Remanente congrua pro præposito Matricis competit Parrochiali dismembrata ius decimandi, num. 7.

Prior actus validus excludit secundum non obstante, qui in secundo sit clausula, & quatenus opus sit, num. 8.

Ad effectum erectionis in Parrochialium, debent esse distincti limites, num. 9.

Primitiarum appellatione non veniunt decimæ, num. 10.

Inclusio primitiarum ad fauorem Matricis in dismembratione, excludit decimas ad fauorem Ecclesiæ dismembratæ Parrochialis, num. 11.

Accedente consensu Præpositi Matricis in dismembratione in dubio iudicandum est voluisse Parochiali dismembratæ assignare decimas in sua Parochia sitas, num. 12.

DECISIO LIX.

IN hac causa, quæ fuit proposita sub die 1. Februarij 1616 & difficultas restricta ad validitatem primæ dismembrationis per bon. mem. Archiepiscopum Vicecomitem de anno 1594. factæ summario n. 1. ac demum illa discussa 18. Martij sequen. pro Rectore Carlatij, eo solum informante capta fuit resolutio; nempe, quod Decimæ Territorij eiusdem loci ei debeantur.

Nam de validitate dictæ primæ dismembrationis non poterat dubitari, facta enim fuit ab Archiepiscopo loci ordinario, cui ad eam faciendam potestas indulta est tam
1 a iure communi iuxta cap. ad audientiam il 1. vbi Doct. & in specie Abb. num. 16 de eccles. edifican. glos. in cap. 1. verbo diuisionis in fin. 10. distinct. Rebuff. in prax. tit. de erect. in curat. & parroch. num. 1. quam a S. Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. versic. In ijs vero.

2 Causæ autem cur fieret in dictis iuribus erant expressæ, nempe ob loci distantiam, & difficultatem accessus Parrochianorum dicti loci Carlatij ad Ecclesiam Matricem Burgi Porletiæ, de quibus optime deponunt testes summario num. 3. qui dicunt, quod locus de Carlatio distat a Præpositura circa duo milliaria, & quod via est montuosa, alpestris, & impracticabilis, non solum de tempore hiemali propter niues, & flumina intumentia, verum etiam æstiuo, propter imbres, & pluuias ex quibus dicta flumina inundare solent, adeo, quod Parrochiani sine magno incō modo, imo etiam periculo pro recipiendis Sacramentis, & audiendis diuinis officijs

ad dictũ Matricẽ accedere nõ
3 poſſunt, & iſti teſtes deponũt
de viſu,& certa ſcientia, quorum
fides plurimum cohadiuuatur
ex præſumptione,quam
pro ſe habet decretum d. Archiepiſcopi,
Abb.in c.cũ contingat
n.8.ad fin. verſ. Sed ex
quo reperitur de decim.&prę
ſertim, quia factũ ſuit in viſitatione,
Seraph.deciſ.798.n.2.

Concurrebat etiam conſenſus
Rectoris, ſeu Præpoſiti d.
Eccleſiæ Matricis,vt in d. decreto
ſumm.num.1. quamuis
4 eius conſenſus ſtantibus cauſis
ſupradictis minime eſſet
neceſſarius,Abb.in dicto cap.
ad audientiam num. 16. Lap.
allegat. 41. num. 4. & alleg.
66. num.3. Ferret. conſil. 36.
num.1. & ſunt iura expreſſa
in dicto cap. ad audientiam,
& in dicto decreto Concil.
ſeſſ.21. cap 4. Et denique ac-
5 cedebat obſeruantia diſmembrationis,
quæ colligitur ex
prouiſionibus poſt illam factis,
tanquam de Parrochiali,
quæ omnia bene adminiculant
veritatem diſmembrationis,
& cauſæ in ea requiſitæ.

6 Hinc ſequebatur illa iuris
conclusio, quod facta diſmembratione,
vt præmittitur ex
cauſa neceſſaria Parrochialis,
ſtatim fundat intentionem
ſuper decimis infra ſuos limites
etiam aduerſus Eccleſiam
Matricem, Calderin. conſil.
2. de decim. Abb. in d. cap.
cum contingat num.8.in 4.caſu
poſt Butr. ibi num.8.ad fin.
verſic. Quandoque intra limites,
& communiter alios de decim.
idem Abb.in d.cap. ad audientiam
n.14. & conſ.58. ad
fin. verſ. Hanc inſuper lib. 1.
Card.conſ.26. n.3.& 4. Caſanat.
conſ.34.n 17. Pariſ. conſ.
73 n.1.lib.4. Menoch. conſil.
36.num.20. Rimin.Iun. conſ.
169.nu.78. Rebuff. de decim.
quæſt. 6. num. 18. & firmauit
Rota in cauſa Comen.Decimarum
28.Iunij 1602. & 27.Nouembris
1606. coram Reuerendiſs.
D.meo Damaſceno,&
in Mediolanen.Decimarum,
9.Martij 1609. coram Reuerendiſs.
Lugdunen.

7 Quæ concluſio eo fortius
procedebat in hoc caſu, quia
Præpoſito Matricis Eccleſiæ
ex primitijs, quæ ſibi fuerunt
reſeruatæ, & alijs reditibus
ad ſummam ſcutorum 300. aſcenden.
remanet congrua ſuſtentatio,
vt deponunt teſtes,
& tradit Rebuff.d. quæſt. 6. n.
18. verſ. Maxima quando alia
Eccleſia, & num. 22.

Nec obſtabat, quod prima
diſmembratio eſſet diſmẽbratio
communis Carlatij nõ autem
erectio Eccleſiæ S.Fidelis
in parrochialem, quia, &
ſi hoc non dicatur in viſitatione
Archiepiſcopi Vicecomitis
tamen

tamen in erectione facta per Illustrissimum Cardinalē, quæ fuit posterior enunciatur, & præsupponitur dicta erectio facta, & ibidem confirmatur, & approbatur, & quamuis
8 deinde addatur, & quatenus opus sit de nouo,&c. & in illa noua erectione subsidiaria re saruentur Decimæ Ecclesiæ Matrici,sufficit, quod prima esset valida pro exclusione secundæ, vt de hac clausula, & quatenus opus sit,fuit dictum in Cæsaraugustana pensionis 18.Iunij 1590.coram Gipsio.
9 Non etiam mouebat in cōtrarium,quod in dicta erectione non fuerunt distincti limites, prout ad istum effectum requirebatur ex Calder. & alijs vbi supra;Nam vltra,quod dismembratio satis præsefere. bat hanc distinctionem sufficit, quod Matrici in ea reseruatæ legantur solæ primitiæ,
10 quarum appellatione, cum non intelligantur Decimę, Rebuff. in tractat. de decim. quęst. 1. num 17. & sequen. Alex.Monet. in eodem tract. cap. 2. num. 9. & 10. sequi-
11 tur dicendum per inclusionem Primitiarum fuisse exclusas Decimas & Parrochiali assignatas arg. text. in l. cum Prętor, ff. de iudic. & in l. maritus vbi glos. in verbo pręscripserit, C. de procur. Attento maxime dicto
12 consensu Rectoris, seu Prępositi Ecclesiæ Matricis in ipsa dismembratione ex quo in dubio iudicandum est illum voluisse dicti Parrochiali assignare Decimas in sua Parrochia sitas, vt ait Rebuff. vbi sup. quęst. 6. num. 20. Et ita conclusum per Rectorem Carlatij eo solum informante.

Elboren. Promissionis.

Veneris 15. Aprilis 1616.

SVMMARIVM.

A mandato de manutenendo non datur appellatio, quoad effectū suspensiuum de iure canon. n. 1
Perpetuò in Rota seruatū, 2
Verum cum Iudex processit per decretum secus, si per diffinitiuam, num. 3.
A mandato de manutenendo per viam diffinitiua datur appellatio ad vtrumque effectum de iure canonico, num. 4.
Iudicem processisse per modum diffinitiuæ, quomodo constet, 5.
A sententia diffinitiua in iudicio possessorio ordinario datur appellatio, num. 6.
Gesta post interpositam appellationem sunt attentata, & ideo reuocanda, num. 7.
Diffinitiuam pronunciari, & dici interlocutoriam non possunt simul stare, num. 8.

DE-

DECISIO LX.

Licet à mandato de manuten. in summarijssimo possessorio, non detur appellatio, quoad effectum suspensiuum etiam de iure Canonico, Beninten. decis. 79. num. 2. & sequ. Menoch. de retin. remed. vltim. num. 49. Lancellot. de attent. 2. par. cap. 12. limit 25. num. 28. Guttier. cano. quæst. lib. 1. cap. 34. num. 96. & 109. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 20. num. 11. Card. Seraph. decis. 1295.
2 num. 3. Vbi quod ita perpetuo fuit in Rota obseruatum,
3 hoc tamen intelligitur quando Iudex processit per decretum, secus verò quando prout in nostro casu per viam sen
4 tentiæ diffinitiuæ. Tunc enim intrat regula quod à tali sententia in possessorio de iure Canonico licet appellare, quoad vtrumque effectum suspensiuum, & deuolutiuum, clem. 1. vbi Card. in 1. opposit. de sequest. poss. & fruct. Abb. in cap. cum ad Sedem num. 30. de rest. spoliat. Couar. practic. cap. 23. num. 8. vers. Prima conclusio, Guttier. dicto cap. 34. num. 95. Beninten. vbi supra num. 1. Ioseph Ludouic. dicta decis. 20. num. 19. Vbi quod hæc opinio de iure Canonico nullum habet contradictorem, & in terminis ita distinxit Rota in Bergomen. Præheminentiarum 16. Iunij 1606. & in Aquilegien. Pésionis 21. Maij 1610. coram R. P. D. meo Manzanedo.

5 Quod autem isto casu Iudex processerit per viam sententiæ diffinitiuæ patet ex tenore dictæ sententię, quæ fuit promulgata per cedulam, Christi nomine inuocato, & in dispositiua dicitur bene appellatum, & malè iudicatum, & ipsemet Iudex in delatione quam fecit illam, vocat sententiam diffinitiuam, vt nullus dubitationi locus esse vi
6 deatur quin dicta sententia dicatur lata in iudicio possessorio ordinario, à quo datur appellatio saltem de iure Canonico ex supradictis.

7 Hinc Domini censuerunt constare de attentatis, quæ veniant reuocanda, quia literæ exequutoriales mandata aggrauatoria censurarum, & declaratoriæ, fuerunt relaxata post interpositam appellationem à diffinitiua, cap. non solum de appell. in 6. Contard. de momen. limit. 73. num. 48. & fuit dictum in illa Bergomen. & in terminis censurarum tradit Lancellot. dicto cap. 12. ampliatione 8. & 3. par. cap. 20. n. 13. & 14.

Non obstat quod quamuis fuerit

fuerit cæptum declarari per cedulam, & per preambulum Christi nomine inuocato; nihilominus pronuncia fuit interloquutoria, quia non videntur posse hæc simul stare,
8 quod diffinitiue pronuncietur, & quod interloquutoria dicatur ad tex. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iuris.

Nec placuit Dominis, quod dicebatur non esse amplius necessariam aliquam reuocationem, postquam Didacus fuit absolutus à censuris, nec fuit deuentum ad aliam exequutionem, quia interest Didaci, quod omnia declarentur attentata, vel pars eis renunciet, reficiendo etiam expensas, si quę factæ fuerunt. Et ita conclusum.

Romana Prætensæ deuolutionis domus.

Lunæ 18. *Aprilis* 1616.

SVMMARIVM.

Constito de possessione tempore litis mota, datur manutentio, num 1.

Per instrumentum emptionis cũ clausula constituti probatur possessio, num. 2.

Clausula constituti transfert possessionem sub num 2.

Et ad effectum vt constitutarius in ea manuteneri possit, ibi.

Ex instrumentis locationum cũ fructuum perceptioni probatur possessio, num. 4.

Ex mandato de immittendo aduersary probatur possessio, num. 4

Possessio capta vigore mandati de immittendo, si est declarata nulla, & attentata, non releuat, num. 5.

Nec priuat possidentem, ibi.

Iudex nulliter, & attentate procedens non priuat possidentem sua possessione, num 6.

Dominus directus retinet ciuilem possessionem, & ideo potest manuteneri in ea, & ad effectum recuperationis naturalis re iam deuoluta, num. 7.

Verum si deuolutio est clara, sub num. 7.

Primus acquirens non facit numerum in generatione, & nominatione in emphyteusi, n 8.

Ad probandum idemptitatẽ personæ plures demonstrationes debent concurrere scilicet nominis, & cognitionis non vna, num. 9.

Nomina appellatiua, & loci, & habitationis pluribus conuenientis non faciunt sufficientes demonstrationes idemptitatis personæ, sub num. 9.

Demonstrationes generales, & communes alijs non probant idem-

idemptitatem ibi
Fidem non facit fidem, num. 10.
Fides subscripta per duos testes lite pendente, & absque partis citatione non probat sub num. 10.

DECISIO LXI.

Antonio dandum esse mandatum de manutenendo placuit, quia de illius possessione de tempore litis motæ constat: Tum ex instrumento em-
2 ptionis per ipsum factæ a Thoma Gherardo illius possessore cum clausula constituti, quæ transfert possessionem, l. quod meo, & l. interdum, vbi Doct. ff. de acqu. possess. Tiraquell. de iure constit. par. 2. ampliatione 1. num. 2. etiam ad effectum, vt Constitutarius in ea manuteneri possit, Osasc. decis. Pedem. 133. num. 7. & fuit dictum in Viterbien. Castrorũ 25. Iunij 1607. & Vrbeuetana Castri Prunelli 4. Iulij 1602. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno: Tum
3 ex instrumentis locationum per eum factis, vna cum fructuum perceptione, Bart. in l. ad probationem, versic. Pone enim, C. de loc. Felin. in cap. interdilectos num. 8. versic. Item secus de fid. instrument. Gabr. de locat. conclus. 4. n. 2. Rota in Lucerina beneficij 6. Februarij 1609. coram R. P. Domino meo Caualerio. Tũ ex mandato de immitten. obtento per Albanum in quo amouetur dictus Antonius cũ priuatio præsupponat habitum, l. manumissiones, ff. de iust. & iur. l. decem. ff. de verb. obligat. Ex quibus omnibus satis probatur Antonij possessio, quæ propterea venit manutenenda, §. retinendæ inst. de interd. & sæpius fuit resolutum.

5 Non obstat possessio capta per Albanum vigore dicti mãdati de immittendo, quia cum illa iam fuerit declarata nulla, & attentata in hac eadem causa sub die 22. Iunij præteriti coram me, non est super ea aliqua vis facien. cum Iudex nul-
6 liter, & attentate procedens, non priuat possidentem sua possessione, Bal. consil. 136. num. 2. lib. 2. Rota decis. 802. num. 7. versic. Quia pro responsione par. 1. diuersor. & fuit dictum in Regien. beneficij 15. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Dunozet. & in Mediolanen. beneficij 10 Martij 1614 coram me.

Nec releuat beneficiatos posse prætendere manutentionem sub prætextu, quod domus de qua agitur, sit deuoluta ad Ecclesiam, ob lineam fi-
7 nitam, quo casu Domino directo competit manutentio ratione suę ciuilis possessionis

nis pro recuperatione naturalis, vt in causa Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. coram b.m.Card.Pamphilio cũ alijs allegatis; quia hoc procedit, quando finis lineæ,& ipsa deuolutio est clara nec vllam patitur difficultatẽ, secus vbi illa probabiliter controuertitur, vt in specie declarando dictam decisionem in causa Ciuitatis Castelli, tenuit Rota in Ariminen.deuolutionis 16. Februarij 1609.coram Reuerendiss. D. meo Damasceno,& in Signina bonorum Feudalium 22. Iunii 1615.coram me.

In huiusmodi autem specie licet iustificetur, quod concessio fuit facta Ioanni Baptistæ ad tertiam generationem, & in defectum generationis, ad tertiam nominationẽ,& quod Ioannes Baptista nominauit Vgolinum, & Vgolinus Laurentiũ,qui obiit de anno 1603 Attamen circumscripto pro
8 nunc an persona Ioannis Baptistæ primi acquirentis faciat numerum in ista generatione, & nominatione, qui est articulus valde controuersus ex deductis hinc inde per Gabr. de iure emphyt.quæst. 4. n.1. Clar. in §. Emphytheusis, q. 34. Vbi quod opinio contra Bart. qui affirmatiuam tenuit est magis communis sequitur Caldas de nominat. Emphyt. lib.2 quæst.24.num.76.& hęc opinio non videtur displicuisse, Rotæ apud Seraph. decis. 1362.num.1. non fuit in præsenti iustificatum, quod.d.Ioãnes Baptista, & Vgolinus sint mortui,prout erat necesse nec nominatio ab eis facta concludit eos esse mortuos, prout nec minus est probata mors Laurentii filii Vgolini; Nam Fides Parrochi solum dicit de Laurentio Hospite ad Capellarios, & ideo non probat, quod sit ille Laurentius filius Vgolini cum vna tantum, &
9 non duæ, prout requiritur demonstrationes concurrant sci licet nominis, & cognominis, & similium, Bart. in l. demonstratio num. 14. ff. de condit. & demonstr. Corn. cons.146. num.4.lib.3.Crauet.cons.169. num.4. Illæ autem demonstrationes, quod esset hospes, & habitaret ad Capellarios sunt admodum generales, & communes,aliis etiam hominibus & ideo non conueniunt soli
10 filio Vgolini fides autem subscripta per duos testes, vltra quod, vt dicitur non facit fidem illa fuit facta lite pendente,& absque partis citatione

Ex quibus, & aliis deductis per informantes pro Antonio ita vt supra fuit conclusum.

Paduana Pensionis.

Veneris 22. Aprilis 1616.

SVMMARIVM.

Constito de reseruatione pensionis simpliciter facta a Papa, & de consensu non est necessaria iustificatio, num. 1.

Rector Ecclesiæ debent centum remanere in quibus non grauatur pensione, num. 2.

Litteræ cum sunt simplices sine aliqua conditione pensionarius non est onerandus duriori probatione, num. 3.

Papa reseruans pensionem cum clausula derogatoria non obstantibus &c. censetur derogasse Concilio, num. 4.

Clausula, Si preces veritati nitantur; intelligitur in quacunque gratia, num. 5.

Decretum in litteris gratiæ, quod non possit dari de vitio subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, vel de defectu intentionis liberat ab onere iustificandi gratiam, num. 6.

Paria sunt narrata esse vera, vel de falsitate dici non posse sub num. 6.

Tacita clausula, Si preces veritati nitantur, non sufficit ad cogendum impetrantem ad iustificationem narratorum, num. 7.

Sententia vulnerat litteras Apostolicas, num. 8.

Solutio pensionis non est retardanda prætextu sententiæ, & hoc in honorem litterarum Apostolicarum, num. 9.

Clericatus sufficit, vt quis sit capax pensionis, num. 10.

Litteræ Vicarij Papæ probant clericatum, num. 11.

DECISIO LXII.

DVbitaui an D. Serano deberetur pensio, & deberi, vnanimiter fuit resolutum, 1 quia illa reperitur reseruata a Sanctissimo a cuius potestate non est dubitandum, & cũ agatur contra eum qui reseruationi consensit, & pensio sit simpliciter, & absque aliqua conditione reseruata nulla est necessaria iustificatio, Guidob. dec. 141. incip. in vna Florentina, Seraphin. decis. 1017. num. 3. & fuit dictum in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram Gipsio, & in Portugallen. pensionis 6. Iunij 1606. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Cremonen. Pensionis 21. Februarij 1614. coram R.P.D. meo Pirouano.

2 Non obstat præcipuum fundamentum Iacobi, quod non remaneant centum per Rectore iuxta formam Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 13. Quia cum

cum literæ non contineant aliquam conditionem per clausulam dummodo, &c. vel similes non videtur posse subin
3 telligi ad onerandum pensionarium duriori probatione, Mohedan. decis. 11. in fin. de locat. Et nihilominus dum
4 Papa hanc pensionem simpliciter reseruauit cum clausula Non obstantibus, &c. eo ipso censetur, quoad hoc dispositioni Concilij derogasse, vt tenuit Rota in causa S. Angeli Pensionis 16. Decemb. 1594. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Ferentina pensionis 23. Ianuarij 1602. coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Campanien. pensionis 27. Iunij 1609. coram Iusto.

Nec facit, quod Papa reseruauerit pensionem sine clausula Dummodo motus, vt dicitur ex narratiua valoris Rectoriæ, quod esset annui reditus duc. 220. auri in auro de Camera, qui valor cum non ascendat, vt dicitur, prout fuit narratum intentio pariter derogandi in ea parte Cõcilio videtur cessare cum in omni gratia semper intelligatur clausula, si preces veritate
5 nitantur, cap. 2. de rescript. Quia vltra quod adest decre-
6 tum, quod non possit dari de vitio subreptionis, obreptionis, nullitatis, vel de defectu intentionis, quod pensionarium liberat ab onere suam gratiam iustificandi cum paria sint narrata esse vera, & de eorum falsitate dici non posse Dec. consil. 456. num. 1. & consil. 557. num. 13. & fuit dictum in Oscen. Canonicatus, seu officij Pœnitentiariæ 5. Nouembris 1597. & in Pampilonen. Prioratus de Artassona 10. Ianuarij 1600. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio. Non sufficit tacita ista condi-
7 tio, si preces veritate nitantur, ad constituendum pensionarium in obligatione iustificandi, vt fuit resolutum in dicta Cremonen. pensionis 21. Februarij 1614. & postea confirmatum in eadem causa 23. Martij 1615. coram R. P. D. meo Pirouano.

Denique minus releuat, quod alias dicebatur istas li-
8 teras Apostolicas fuisse vulneratas per sententiam Vicarij Patauini, qui declarauit onus probandi, quod remaneãt centum pro Rectore incumbere Domino Serano, quia licet ista exceptio faceret aliquibus ex Dominis difficultatem, quando agebatur via exequutiua, hodie ista difficultas cessat ex modo procedendi, quia nõ agitur amplius via exequutioa, sed via ordinaria pro consequutione pensionis:
9 Nec interim prætextu dictæ sen-

sententiæ est retardanda solutio in honorem literarum, vt in puncto fuit dictum in Cusentina pensionis 6. Nouembris 1596. coram bon. mem. Corduba Episcopo Pacen.

10 Clericatus D. Serani, qui requiritur, & sufficit ad hoc, vt pensionarius sit capax pensionis, Gig. de pension. quęst. 13 num. 3. Rota in dicta Portugallen. pensionis coram D. meo Decano, & in Vlixbonen. pensionis 11. Martij pręteriti coram me, probatur ex literis bon. mem. Cardinalis

11 Pamphilij Sanctissimi Domini Nostri Papæ Vicarij, Rebuff. in form. liter. tonf. num. 22. Gramm. decis. 81. num. 1. Franc. Marc. decis. 1006. num. 1. par. 1. & est tritum in Rota.

Romana Deuolutionis Domus.

Lunæ 2. Maij 1616.

SVMMARIVM.

Ad deuolutionem est necessaria plena, & concludens dominij probatio, num 1.

Instrumentum concessionis in Emphitheosim per se non est sufficiens ad probandum dominium num 2

Caducitas non declarata in vita contrauenientis non afficit successorem, nec potest contra successorem declarari, num. 3.

Reseruato consensu directi domini in alienatione rei non dicitur spretus dominus, vt propter hoc incidatur in commissum, num. 4.

Ob spretum proprietarium inducitur caducitas sub num. 4.

In haeredem ad euitandam caducitatem præsumitur ignorantia pacti facti cum defuncto, num. 5.

Ex scientia, quod talis sit proprietarius non arguitur scientia instrumenti, & contentorum in eo cum aliunde potuerit haberi scientia illa sub num. 6.

Scientia præsumpta non sufficit ad caducitatem incurrendam sed debet esse certa, & inaubitabilis, num. 7.

DECISIO LXIII.

Contra informantem a solitis fuit capta resolutio: Cũ

1 enim ageretur ad deuolutionem, erat necessaria plena, & concludens dominij probatio l. in rem, & l. officium, ff. de rei vendic. l. cum res, & ibi Bal. num. 19. C. de probat. Veral. decis. 280. par. 1. Seraphin. decis. 1453. in princ. cum alijs adductis in Romana Vineæ 22. Iunij 1592. coram Illustrissimo Millino, & in Nuce-

Nucerina Emphytheusis 8. Februarij 1608. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Romana Domorum 1. Iunij 1615, coram R.P.D. mea Verospio.

Talis autem probatio, hic non dabatur pro parte Iudici-
2 cioni, & Liuiæ eius vxoris, siquidem instrumentum concessionis in emphyteusim de per se non erat sufficiens in hoc iudicio, l. ad probationem, vbi not. Bal. num 10. C. locat. Bart. cõm. receptus in l. legata inutiliter num. 2. ff. de adim. leg. Curt. Iun. conf. 227. n. 35. in fin. vers. Nam vera, & communis, Aym. cons. 157. num. 7. Veral & Seraph. vbi supra, & firmauit Rota in d. Nucerina emphyteusis, & Romana Domorum.

Esto autem sine veri præiudicio, quod constaret de dominio, adhuc visum fuit non
3 esse locum deuolutioni: Aut enim illa prætenditur ex contrauentionibus factis per Franciscum, & illæ non releuat, quia caducitas non fuit declarata in illius vita, vnde non potest modo declarari contra successores, Bero. in c. potuit nu. 70. & seq. de locat. Cuma cons. 164. n. 3. Menoch. cons. 155. n. 17. Rip. in l. fin. q. vlt. n. 236. C. de reuocã. donat. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampl. 45. num. 17. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. num 34. vbi dicit ita firmatum fuisse in Romana Domorum in Burgo 6. Iunii 1582. coram Robust. Cassad. decis. 2. nu. 2. de locat. & fuit dictum in Romana Vineæ 13. Nouembris 1598. coram Orano, & in Romana Domus 14. Aprilis 1600. coram bon. mem. Penia.

Aut vero caducitas prætenditur ob alienationem factam per Peregrinam vxorem, & heredem d. Francisci, summ. n. 3. & cum in illa fuerit reseruatus
4 consensus proprietarij nõ potest dici, quod proprietarius fuit spretus, ob quẽ spretũ inducitur caducitas, l. fin. C. de iur. emphyt d. c. potuit de locat. & vtrobique Doct.

Nec facit, quod in inuestitura adsit clausula per quã dicitur ad euitandam caducitatẽ non sufficere, quod in alienatione fuerit præseruatus consensus directi Domini nisi realiter, & cũ effectu infra duos mẽses a die contractus, & sequutæ possess. fuerit requisitus realis cõsensus, & solutũ laudemiũ, prout in d. summ. n. 1. quod hic prætenditur minime fuisse seruatum, quia fuit responsum ad euitandam caducitatem in hæ-
5 redem præsumi probabilem ignorantiã huiusmodi pacti, & similium ad text. in l. qui in alterius locum, ff. de reg. iur. & in terminis fuit dictum in Ro-

M

Romana Casalis 19. Martii 1590. coram Gipsio.

Neque ob huiusmodi ignorantiam minime esse probabilem, quia in dicto instrumento alienationis dicitur, quod ista domus erat sub proprietate, & dominio Ardiccioni; nam vltra quod hæc scientia
6 potuit aliunde haberi, quam ex dicto instrumento, & absq; eo, quod in specie haberetur notitia dicti pacti quo casu illa non sufficeret ad glos. in cap. concertationi verbo sciuerit de appell. Osasc. decis.
7 176. num.4. Verall. decis.35. num.7. par.1. hæc non esset nisi quædam scientia præsumpta, quæ non sufficit ad incurrendam caducitatem, cum alias requiratur certa, & explicita, atque indubitabilis; itaut aliquo modo excusari non possit, Ias.cons.159.num. 14. vers. Non ergo lib. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. 36. glos.2.num.30. Put.decis. 147. num.2.lib.1.& decis 77. num.17. lib. 2. Mohed. decis. 4. de probat. Et in indiuiduo Rota in d. Romana Casalis. Et ita conclusum.

Burgen. Seruitij.

Mercurij 4. Maij 1616.

SVMMARIVM.

Solutionem allegans illam probare debet, num.1.

Probibitum non præsumitur factum, num.2.

Compensatio de liquido ad illiquidum non fit, num.3.

Expensæ litis sunt reficiendæ a singularibus, vel eorum hæredibus, quando lis non respicit ius vniuersitatis, sed singulorum, num.4.

Arbitrium Rotæ relaxat aliquid de rigore iuris vbi est aliqua iusta causa, num.6.

DECISIO LXIV.

IN sententia bon. mem. Littæ de cuius paritione agebatur, fuerant condemnatæ dignitates ad præstandum seruitia, nec non ad expensas, vnde contigit dubitari; an constaret de paritione, & quatenus non quomodo esset parendum, & Domini circa præstationem seruitij voluerunt particulariter videre; circa expensas vero cum iam fuerit decisum coram me de anno prçterito dignitates teneri, nec esse locum arbitrio

trio, itaut sint audiendæ, absque illarum refectione, & hactenus non probauerint, vt probare debent allegantes
1 solutionem, l. fin. C. de solut. Natt. cons. 406. num. 12. Non constare de paritione censuerunt.

Nec obstare ea, quæ dicebantur de prætensa compensatione, tanquam huiusmodi expensæ fuerint extractæ de massa comuni, de qua dignitates etiam participant; nam de tali extractione non constat; imo cum illa prohibita fuerit per decisionem bo. me. Littæ sub die 20. Nouembris 1595. non potest præsumi.
2 Vltra quòd non constat, quod de huiusmodi expensis dignitates sint creditrices, & in omnem euentum, neque constat de earum quantitate, &
3 sic bene intrat regula, quod de liquido ad illiquidum non fit compensatio, l. fin. vbi not. omnes, C. de compensat.

Circa modum eas reficiendi placuit Decisio coram R. P. D. meo Pirouano, 4. Iulij 1614. in hac causa facta, quod illæ sint reficiendæ per easdem dignitates, quæ fuerunt in illa lite, vel per earum hæredes respectiue illis Cano-
4 nicis, vel eorum hæredibus, qui in ea interuenerunt cum ista causa non recipiat ius Ecclesiæ, sed singulorum, vt fuit decisum coram bon. me. Litta; vbi supra, & ideo solu-
5 tio est facienda per capita, iuxta proportionabilem ratam vnumquemque tangen. l. 1. & 2. C. si plures vna sent. & cum terminis expensarum, Veral. decis. 343. par. 1.

Sed quia ista restitutio non potest tam facile exequutioni demandari, propterea Domini stante clausula parito iudicato, quoad expensas arbitrio Rotæ, de qua in commissione restitutionis in integrũ
6 mihi directa, quod arbitrium relaxat aliquid de rigore iuris vbi subest aliqua iusta causa, vt pluries fuit decisum hoc temperamento vsi fuerunt, quod dignitates deponant summam expensarum liquidatam, & illud depositum fiat in partibus saltem respectu portionum illorum Canonicorum, qui fuerunt in lite, & sunt demortui, vt soluantur eorum hæredibus.

Tirasonen. Parrochialis de Ablitas.

Mercurij 4. Maij 1616.

SVMMARIVM.

Iura extracta de priuato Archi-

DECISIO LXV.

PRoposito dubio reseruato sub die 16. Iunij 1614. nempe an iura de quibus in decisione, & nouiter producta essent in forma probanti, Rota die 27. Ianuarij 1616. illud restrinxit ad iura de quibus in primo capite decisionis, scilicet ad donationem Regis ad concordiam inter Episcopum, & Capitulum, & confirmationes Adriani Quarti, & Cælestini Tertij; Quod hodie 4. Maij 1616. fuit negatiue resolutum.

Hæc enim iura generaliter illum defectum patiebantur,
1 quod erant extracta de priuato Archiuio Collegiatæ Ecclesiæ de Tudela, quod contra tertium non probat, nec fidẽ facit, Put. decis. 445. lib. 2. & decis. 186. lib. 3. idem decis. 25. de fid. instrum. Seraphin. decis. 642. num. 1. Rota decis. 183. num. 4. par. 2. Et de hoc Archiuio in indiuiduo fuit decisum in causa Tirasonen. iurisdictionis 19. Februarij

bruarii 1593. coram Illustrissi mo Millino. Nec constabat,
2 quod Capitulum haberet Territorium distinctum cũ iurisdictione, ita vt Valentinus esset eius subditus inter quos archiuiũ probare solet quicquid pro parte Capituli diceretur.
3 Et tanto magis, quia agebatur de probanda vnione facta Capitulo, quod est in causa, & illam defendit, & huiusmodi Archiuium est sub custodia vnius Canonici, vt in summar. Valentini num. 3. quo casu Archiuium Capituli remanet suspectum ex late deductis in illa Tirasonen.

Præterea non constabat de legitima extractione, quia non fuit citata pars ad videndum dicta iura corrigi, & col-
4 lationari, cum tamen citatio esset præcisè necessaria, Veral. decis. 4. par. 3. & fuit dictum in vna Carthaginen. beneficii 6. Nouembris 1602. coram Reuerendissimo *Bononien.* in qua aliæ referuntur.

Nec releuabat Citatio facta die 3. Apr. pro die 19. quia actus fuit expeditus sub die 24. summar. num. 5. & sic sub
5 diuerso die, & nulliter, Bart. per eum text. in l. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam, num. 1. Felin. in cap. consuluit, num. 3. de offic. deleg. Mil. in verbo Citatio adeo est necessaria, Vant. de nullit. sent. ex defect. citat. num. 73. Rot. dec. 15. de test. in nou. Caputaq. decis. 285. n. 3. par. 3. Et quamuis diceretur Valentinum fuisse contumacem, & sic iura quãdocunque compulsari potuis-
6 se ex allegatis. Attamen non constabat die 19. & sic in termino præfixo Valentinum nõ comparuisse.
7 Addebatur dictam citationẽ fuisse factam pro singulis diebus, & horis, & sic vti nimis vagam, & speciem seruitutis inducentem fuisse nullam Bald. cons. 268. lib. 1. Crescen. dec. 11. in princ. de dol. & contum. Put. decis. 258. lib. 1. & 152. lib. 2. Et licet per modicum tempus, saltem per duos dies sustineri potuisset, Anton. Augustin. tit. de citat. num. 24. Rota decis. 311. num 3. par. prima, & fuit dictum in Beneuentana Terrarum 3. Decembris 1599. coram Reuerẽdiss. D. meo Damasceno, hic tamẽ intercesserunt quinque, & nõ constabat, quod illa iura non potuerint corrigi, & collationari in duobus primis.

Nec defendi poterat extractio dictarum iurium eo prætextu, quod illa essent data à notario successore, quia de hoc nõ cõstabat, & Archiuista Capituli, qui erat Canonicus non poterat fungi officio successoris ad effectũ præfatũ, ad quẽ requiritur, quod sit publicus

8 officialis, Felin. in cap. ad audientiam, num. 11. de præscript. Socin. conf. 258. n. 6. lib. 2. & in omnem casum hic Canonicus erat persona suspecta, vt in d. Tirasonen.

Confirmationes autem Adriani Quarti, & Cælestini Tertii in specie visæ fuerunt
9 non esse in forma probanti, quia erant copiæ copiarum, vt patebat ex subscriptione eodem summario Valentini num. 7. videlicet, Ego M. Camoren. Episcopus testificor me ita in originali inspexisse sicut hic continetur, quod ostendit scripturas subscriptas
10 non esse originales, & si illæ non probabant tanquam ab exemplo extractæ non constito de originali cap. 1. de fid. instrum. auth. si quis in aliquo, C. de eden. Multo minus erant in forma probanti,
11 quę erant in processu tanquā exemplum exempli, l. 3. & ibi Doct. C. de diuers. rescr. & in d. auth. si quis in aliquo, vbi post alios, Dec. n. 30.

Præterea nec apparebat Bullas originales a quibus extractum dicebatur exemplū subscriptum habuisse plumbum, vel aliquod illius signū
12 quo defectu existēte nec Bullæ originales probarent, cap. licet de crim. fals.

Ex quibus, & aliis adductis per informātes pro Valētino dictū fuit iura de quibus in restrictu non esse in forma probanti.

Pampilonē. Parochialis.

Lunæ 9. Maij 1616.

SVMMARIVM.

Qui facit quominus citatio ad se perueniat habetur pro legitime citato, num. 1.

Haberi pro citato est magni præiudicij ex quo agitur de defensione tollenda, num. 2.

Violentia qua impedimentum inducitur, eadem potest tolli, n. 3

Impedimenta quæ dantur per Iudices laicos Ecclesiasticæ iurisdictioni præsumuntur ad instantiā interesse habentiū, n. 4.

Scripturæ, & aliæ probationes minus legitimæ, & completæ, quæ alias non admitterentur possunt ex causa admitti, & eis fides adhiberi, num. 5.

DECISIO LXVI.

DVbitaui an Petrus de Vbani esset habendus pro legitime citato, & Domini affirmatiue in hac specie respōderunt, quia stante impedimēto
1 per eū præstito, quo minus literæ citatoriæ, & inhibitoriæ Rotales ei personaliter intimarentur haberi debet pro legitime citato, c. quoniam frequenter, §. Porro, vbi glos. in

verbo

verbo impedit, vt lit. non conteft. cum aliis per Tiraquel. de retract. lignag §. 1. glof. 10. n. 105. & §. 2. glof. 1. n. 9. Crefcen. decif. 18. n 2. de re iudic. Seraph. decif. 1094. n. 3. & decif. 1296. n. 10. & fæpius in Rota fuit firmatum, & fignanter in Corduben. Archidiaconatus de Castro 27. Octobris 1606. coram Reuerendifs. D. meo Damafceno, & in Hifpalen. legitimitatis 12. Decembris 1611. & Pampilonen. Parrochialis 4. Martii 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo, nec fuper conclufione iuris erat apud Dominos aliqua dubitatio.

Difficultas erat in applicatione facti an fcilicet ex eo probaretur huiufmodi impedimentũ, nam quod quis habeatur pro
2 citato eft magni prçiudicii cũ agatur de tollẽda defenfione perfonç citandç, & tamen nõ dabatur nifi fides Notarii, & fides alterius teftis in curia examinati, qui poterant melius concludere: Notarius enim licet atteftetur fe eafdẽ literas citatorias Rotales originaliter vidiffe, & manu palpaffe in officio Secretarii Iudicũ laicorum, & teftis deponat de vifu proprio, quod idem de Vbani negotium iftud follicitabat apud laicos attamen nullus eorum concludit de actuali ablatione huiufmodi literarum, fed procedũt per coniecturas, & figna.

Verum, quia idem Petrus de Vbani per vnum ex fcribis Regiis intimari fecit Notariis Cur. Ecclefiafticæ prçceptum pœnale Iudicum laicorum, vt exhiberent quafcunque literas ad earum manus peruenturas a Romana Cur. & fuerunt datæ plures literæ miffiuæ de partibus, quæ fatis coadiuuant huiufmodi probationem impedimenti, & concurrit difficultas probationis;
3 nam qua violentia fit impedimentum eadem violentia poteft impediri ne probetur, & denique huiufmodi impedimenta quæ dantur per Iu-
4 dices laicos Ecclefiafticæ iurifdictioni præfumuntur ad inftantiam illorum præftita, quorum intereft illa præftari iuxta Doctrin. Bartol. in l. final. num 5. ff. de quæft. quam Rota in hac materia perpetuo fequuta eft, vt in pluribus caufis relatis in dicta Corduben. Archidiaconatus coram Reuerendiffimo Domino meo Damafceno, ac propterea fidem adhiberi fcripturis, vel aliis probationibus minus legitimis,
5 & completis, quæ alias non admitterẽtur cenfuit eadem Rota decif. 160. num. 2. par. 3. lib. 2. & in dicta decif. Seraphin. 1094. num. 2. & in

num. 2. & in Terulen. Quartæ Decimarum 30.Maij 1611 coram bon. mem. Penia, & in Corduben. Archidiaconatus, & Hispalen. legitimitatis supra relatis. Ideo Domini omnibus simul iunctis pro Petro Garcia informante vt supra resoluendum putarunt.

In eadem Vener. 10. Iun. 1616.

SVMMARIVM.

Ex instrumento adeptionis possessionis alio non possidente probatur possessio, nu. 1.

Possessio iunior, præsumitur clandestina, & turbatiua, n. 2.

Possessio iunior non impedit quin detur manutentio anteriori possessori non constito, quod habuerit se pro spoliato, n. 3.

DECISIO LXVII.

FVit resolutum esse dandum mandatum de manutenen. Petro Garziæ, de cuius possessione constat ex instrumento illius adeptionis, quod alio
1 non possidente bene eam probat Menoc. de retinen. remed. 3. n. 575. Fastol. dub. 41. Cęsar. de Graff. decis. 5. in princip. de caus. poss. & propr. & fuit pluries decisum, & signanter in Mediolanen. beneficii 10. Martii 1614. coram me.

Non obstat posterior possessio Vbani, quia tanquam iu-
2 nior præsumitur clandestina, & turbatiua, c. licet causam, vbi Doct. & in specie Felin. n. 8 versic. Tertia causa, de probat. Menoch. vbi supra num. 725.
3 quæ non impedit quin detur manutentio dicto Petro anteriori possessori, vbi non constat se habuisse pro spoliato, iuxta decis. Putei 419. in fin. lib. 2. & fuit dictum in illa Mediolanen. beneficii coram me, & in aliis.

Ancônitana Computorum.

Lunæ 13. Iunij 1616.

SVMMARIVM.

Facta exactione pro summa exacta restat obligatio, & actio, num. 1.

Relatio periti ex falsa causa est nulla, nu. 2.

Sententia ex falsa causa est nulla, ibi.

In diuisione societatis, non dicitur factum computum de his quæ non sunt scripta in libro societatis, num. 3.

DECISIO LXVIII.

DIe 22. Maii 1615. proposito dubio reseruato super secunda partita scutorum 1665.

1665.pro confirmatione sententiæ Rotalis,etiam quoad illam fuit capta resolutio, quæ cum ex pluribus adductis per Lucinum adhuc controuerteretur, & factum ex quo ius oritur nimium implicaretur pro illo firmando, & veritatis eruendæ gratia iterum a me fuit causa reproposita sub die 10.Iunii,& resolutio Dilata, ac demum sub die 26.eiusdem remissa ad Calendas successiue sub die 20. Nouembris, ob affectatam in scribendo partium obscuritatem, & quia nimium] vagabantur, fuit dictum quod informaretur strictè super listis, seu notulis vltimo adductis, quod cum pro extricatione facti adhuc non sufficeret sub die 23. Ianuarii 1616. fuit ordinatum,quod eligeretur peritus, quo electo, & relatione facta hodie die 13.Iunii,placuit Dominis permanere in decisis.

Nam ex instrumentis per Lucinum productis,clare apparebat, quod Rota, & Balladorus, à quibus ipse de anno 1599. in suo folio dato coram Cardinali Seraphino scripsit, nihil exegisse dederunt in solutum Morlacco Procuratori societatis plures merces, & plura nomina debitorum, ac Vineam vt in instrumento de quo in summario Rauæ numero quarto. Quodque idem Procurator non dedit notitiam Lucino de hac datione in solutum, & propterea de anno 1595. & sic post distractam societatem, fuit in laudo condemnatus,vt daret cõputum ipsi Lucino, eodē summario nu.5.quod & exprimit Peritus in relatione ad sextam partitam ibi,Che però nel laudo di Venetia, si dice, che il Morlacco deue dar conto,nu. 8.Constabat etiam per dictum procuratorē, redditum cōputū Lucino, tum quia Lucinus habuit ab eo instrumentū dictæ consignationis,&dationis in solutum, quod nouissimè idem Lucinus pruduxit, tum quia Lucinus sua propria manu scripsit in quodā folio per eum etiam recognito de anno 1597.summ. num.6.(Conto del peruenuto in mano di Raua, e Lucino, del Rota, è del pagato per lui) & ab vna parte ponit summas exactas de bonis consignatis eidem Morlacco, & ab altera parte ponit summas solutas per Morlaccum, & ibidem fecit mentionem de præfato instrumento, ac etiam notauit dictam Vineam ex quo computo similiter apparebat Rotam & Balladorum soluisse scuta 851. & insuper dictam Vineā valoris scut.800. quæ postmodum fuit vendita per Lucinū summario num. 7. Et hoc etiā expri-

exprimit Peritus, ibi, Che il rescosso auanza il pagato in scudi 851. Et inferius, in quanto alla Vigna, del medesimo conto si vede esser posta in debito, e credito, si che non altera detto conto, hoc est, quod Vinea non est comprehensa in scutis 851. sed quod insuper remanet etiam Vinea, & ibi, Che fu venduta, &c Et licet peritus asserat eam fuisse positam ad debitum, & creditum; & propterea ex illius retractu nihil amplius Rauam prætendere posse, id tamen in facto iustificari non videbatur cum non constet in spolio, neque in aliis libris rationis Lucinum posuisse Vineam inter partitas exactas, prout, neque dictum computum, neque dictam exactionem scutor. 851. ibidem annotauit, vt ex eadẽ relatione periti. Et dichiaro che di questo conto dell'herede di Francesco Rota intitolato come sopra, Conto del peruenuto, e pagato, &c. non trouo cosa alcuna ne i libri della ragione giornale libro ✠ & spoglio, e ne anco della Vigna &c. vt in dicta relatione ad sextam partitam num. 8.

Ex qua facti serie non solũ manebat firmum fundamentũ decisionis, quod Lucinus potuit exigere, & notare alibi, quam in libris societatis, sed etiam clare apparebat, quod exegit, mediante procuratore, qui eidem postea reddidit computum, & ideo Lucinus non debuit dicere de anno 1599. in suo folio dato coram Cardinali Seraphino, quod nihil exegisset a Rota, & Balladoro cum habuisset mediante Procuratore dicta scuta 851. & dictam Vineam, quam ipse postea vendidit; ex quo semper remanebat verum ipsum iniuste, & nulliter obtinuisse mandatum exequutiuum contra Rauam, illudque exequi fecisse contra illius fideiussores, quia stantibus huiusmodi exactionibus clarum est, quod pro summa exacta cessabat obligatio, qua cessante,
1 cessabat actio, gloss. in §. final. in verbo consensu in fin. instit. de oblig. Socin. iun. consil. 43. num 7. lib. 1. Rota Ianuen. decis. 14. num. 30. & 31: fine qua experiri nullatenus potuit, l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gest. l. quoties, §. item si temporali, ff. de adim. tut. cum simil.

Non obstat, quod Peritus dicat Rotam & Balladorum adhuc remanere debitores, quia ex hoc nõ sequitur, quod ipsi non soluerint dicta scuta 851. & Vineam, & modo solum quæritur de eo, quod Rota, & Balladorus soluerunt societati.

Nec releuat huiusmodi Vineam

neam fuisse venditam de anno 1601. & quod ideo pretium receptum per Lucinum non annullet mandatum Auditoris Camer. antea relaxatum de anno 1597. nec minus relationem peritorum communium, quæ fuit facta in Rota de anno 1600. Nec sententiam Cardinalis Seraphini latam de eodem anno; Quia non est vis in pretio Vineæ, sed in eo, quod Rota, & Balladorus dederunt in solutum Vineam valoris scut. 800. & illam habuit Lucinus de anno 1595. quando Morlaccus ei reddidit computum, & consignauit instrumentum eiusdem dationis in solutum, & propterea dum Lucinus extorsit mandatum ab A. Cam. sub prætextu, quod nihil soluissent Rota, & Balladorus, & dum non notauit dictas pecunias, & dictam Vineam in libris societatis dictũ mandatum relatio, & senten-
2 tia tanquam ex falsa causa emanata fuerunt nulla.

Vltimo non obstat, quod Rota, & Balladorus dederint præfatas res, & Vineam in solutum de anno 1592. & quod de anno 1594. fuit diuisa societas, & assignatus idem Rota, & Balladorus eidem Lucino pro debitore scutorum 5484. & quod ita in calculando dicto debito, fuerit habita ratio de præfatis rebus, & Vinea datis in solutum, de quibus per Lucinum, & Rauam socios nõ habebatur notitia: Denique certum est, prout attestatur etiam peritus, & supradictum fuit, quod nihil vnquam scriptum, vel notatum fuit in li-
3 bris societatis, & ideo impossibile est dicere, quod in diuisione societatis fuerit factũ computum de præfatis, vt supra datis in solutum, si non reperiuntur scripta in libris societatis, cum quibus fuit facta diuisio.

Et ita conclusum esse standum in decisis.

Senogallien. Prędij.

Veneris 18. Martij 1616.

SVMMARIVM.

Dicens esse aliquid de hæreditati, debet probare, num. 1.

Fides priuata non facit fidem, num. 2.

Ex lapsu longi temporis mobilia præsumuntur consumpta nisi vsus esset prohibitus, num. 3.

Probatio a verisimili admittitur sub num. 3.

Prætendens mobilia esse consumpta dolo, & culpa hæredum debet probare, num. 4.

Sata

Sata & fructus pendentes reddunt fundum pretiosiorem, num. 5.
Aes alienum extenuat hereditatem, & praualet quibuscunque detractionibus citra impẽsam funeris, num. 6.
Profectitia sunt imputanda in legitimam, num. 7.
Legitima & trebellianica, & legata minuunt fideicommissum, num. 8.
In detractione ex hereditate debet haberi ratio etiam legati annui, & alimentorum, n. 9.
Testator non dicitur voluisse quod non expresserit, num. 10.
Exceptio debet esse de regula, num. 11.
Legitima cum sunt quinque liberi & plures est semis, n. 12.
Funeris impensa est detrahenda ex hereditate, num. 13.
Vxorum dotes sunt detrahendæ ex hereditate, ibi.

DECISIO LXIX.

Bernabeus Pijssimus de anno 1609. vendidit Ioanni Bernardino Fideli Prædium Passarini salmarum 53. in circa pretio scutorũ 150. pro qualibet salma constituen. in totum scuta 7950. circiter soluen. partim in pecunia numerata & partim in accollationem tot censuum quibus dictum prædium grauatum esse fuit expressum in reliquis verò liberum excepto fideicõmisso valoris scutorum 2000. in circa facto per q. Equitem Rocchum eiusdem venditoris patrem, pro quo ipse promisit fieri facere declarationem per Iudicem Competentem, & obtinere à Sãctissimo opportunam derogationem mediante subrogatione aliorum bonorum loco venditorũ, & cũ consensu vocatorum ad fideicomissum, & cum alijs pactis, de quibus in Instrumento Camerali obligatione vallato.

Cum autem venditor ageret coram A. C. seu R. P. D. Zambeccario Iudice deputato vigore dicti Instrumenti pro solutione fructuum censuum accollatorum, nec non pro solutione residui pretij fuit pro parte emptoris opposita exceptio non adimplementi tam circa non adhibitum consensum multarum personarum quam circa declarationem fideicommissi, & subrogationem bonorum liberorum loco dictorum venditorum, ac demum quod non fuerat seruata forma Instrumenti in obtinendo derogationem pro quantitate expressa quinimo falso fuerat narratum possessionem subiacere fideicommisso solum pro rata scutorum 2000. vel circa cum longe maior quantitas reperiretur dicto fideicommisso obno-

obnoxia. Ex quo non adimplemento dicebatur resultare, quod venditor non solum veniebat repellendus ab agendo, sed etiam quod factus fuerat locus resolutioni contractus. Obtenta sententia super vtroque capite qua dictus emptor fuit absolutus ab impetitis per venditorem, & declaratum fuisse, & esse locum resolutioni dicti contractus, appellauit Bernabeus Venditor, & causa mihi commissa, Dubitaui sub die quinta Decembris 1614. An dicta sententia Auditoris Cameræ esset confirmanda, vel infirmanda, & cum partes hinc inde nimium late super omnibus capitibus informarent. Ideo Domini pro faciliori exitu causæ ordinarunt eam restringi, & quod videretur de valore bonorum fideicommissi, quæ inspectio eo tēdebat vt sciri posset, an prędium venditum remaneret liberum, nec ne, vltra quantitatem expressam in instrumento, cuius resolutionis effectus erat resolutio, vel nō resolutio contractus; ad quē effectum proposita causa sub die 26. Februarii 1616. & resolutione Dilata, Hodie sub die 18. Martii sequen. fuit capta vnanimis resolutio, non constare fideicommissum excedere summam expressam in instrumento venditionis.

Et primo visum fuit non esse attendendas calculationes, & ratiocinationes hinc inde factas ab informantibus, quia difficillime ex eis poterat capi resolutio, verum demendos esse tantummodo errores qui fuerunt præsuppositi, & deinde calculum iniri, vnde summa reliqui, & decisio præsentis disputationis haberi posset.

Igitur in hæreditate Rocchii circa prædia, quæ fidelis ponit in totū capacitatis salmarum 149. expungendus est error in salmis 16. Quia licet in instrumento diuisionis in principio, sub rubricella tertia parte habeatur, quod prædium Guauiccioni assignatum hæredibus Marcelli erat salmarum 52. tamen ibi dicitur hoc esse ad mensuram Montis Cassiani; & quod illa mensura reducta ad mensuram Montis Bodii, faciebat salmas 37. ad quam mensuram diuidentes omnia reduxerunt, & sic in totum dicta prædia erant salmarum 133. vt patet ocularister in dicto instrumento.

Secundo, erronee fuit adscripta partita scutor. 8479. tanquam quod sit cōflata ex creditis ad hæreditatem pertinentibus, & tamen in diuisione discretiue sunt apposita in separatis rubricellis, vt in vna (Debiti lasciati da nostro Padre,)

summ.

ſumm. Bernabei num. 12. & in alia(Crediti laſciati da noſtro Padre) num. 13. & in vltima rubricella, Denari, & crediti communi di caſa num. 14. Quæ vltima rubricella, & ſumma ſub ea poſita, eſt illa ſcutorum 8479. quæ non videtur poſita in diuiſione tamquam de bonis, & hęreditate Patris.

Non obſtat quod rubrica creditorum comunium in dicta ſumma ſcutorum 8479. nõ ſit intelligenda de bonis acquiſitis, poſt mortem partis, quia multa ſunt, quæ habent milleſimum ante mortem ipſius, quia non videtur concludens reſponſio aliqua sũt credita orta ante mortem Patris, ergo ſunt omnia eiuſdem naturæ, quæ poſita fuerunt in di-
1 cta ſumma, vltra quod cum potuerit ex alia cauſa, quam iure hæreditario perueniſſe ad filios teſtatoris, debet fidelis, qui ſe fundat in diuiſione, hoc concludenter probare.

Tertio adſcribitur domus empta à teſtatore pretio ſcutorum 1100. pro ſcut. 2000. attentis melioramentis, de quibus tamen non cõſtat, niſi per priua-
2 tam fidem, quæ non facit fidem, & etiam, ſi apparerent, nihilominus, cum poſſet eſſe meliorata, & non tamen valor auctus ipſius domus, iſte exceſſus non eſt ponendus ad computum hereditatis.

Quarto, ponuntur mobilia teſtatoris in ſumma ſcutorum 1613. de quibus non apparet, & quatenus aliqua remanſiſſent in hęreditate, cum tamen teſtator obierit de anno 1588. vt deponunt teſtes in Summariolo Bernabei num. 1.
3 ex lapſu tanti temporis illa veriſimiliter præſumerentur conſumpta, dum non fuit illorum vſus prohibitus à Teſtatore, quæ probatio à veriſimili admittitur in hoc caſu iux. doctr. Bart. in l. quod ad preſens num. 3. C. de muri leg. lib. 12. Afflict. deciſ. 13. num. 27. Peregr. de fideicom. art. 10. n.
4 40. Et ſic fidelis prætẽdat hoc eueniſſe dolo, & culpa hæredũ, probare debet, idem Peregr. vbi ſupra num. 41.

Quinto, in valore iſtius prædii, non debet computari pars terræ à filiis Marcellis alterius fratris empta, & huic prædio incorporata, poſt diuiſionem, vt probant teſtes ſumm. Bernabei num. 8. licet illi non exprimant quantitatem.

Sexto, ex eodem pretio deduci debent vti libera meiloremen ta facta, poſt patris obitũ, & diuiſionem inter ipſos fratres, ſcilicet domus, furnus, ſacellũ vineam, canalis, ſupelectilia, & maſſaritiæ, de quibus in genere deponunt teſtes eodem sũmario num. 6. licet non bene

con-

concludant ſuper valore, & eodem modo ſunt detrahenda
5 ſata, & fructus pendentes,quę reddunt fundum pretioſiorē, l. in lege falcidia 9. iuncta gloſ. in verbo mortis tempore. & ibi Caſtrenſ. Alex.& cęteri ff. ad l. falcid. quamuis ſimiliter non probetur eorum valor.

6 Septimo de cōi aceruo hæreditatis, detrahi debet aes alienum teſtatoris,quod illam extenuat fideicōmiſſo obnoxiam, & præualet quibuſcumque detractionibus, citra impenſam funeris l. papinianus §. quartam autem ff. de inoff. teſtam. l. in imponenda C. ad l. falcid. Burſat. conſ. 236.nu. 10. Peregr.vbi ſupra quęſt.35. num.39. quod æs alienum cōſtituit ſcuta 5793. & probatur, tàm ex teſtamento, fidei cōmittentis ſumm. num. 18. quàm ex eadem diuiſione fol. 11. pag. 2.& ex teſtibus, & inſtrumentis eodem ſumm. n. 12. & 17.& in ſummariolo n. quarto.

Octauo, prætendit Bernabeus officia quoque empta per teſtatorem pro ſcutis 1705.tam quam prelegata filiis,& ſic libera non venire in fideicomiſſo, quod licet admitti poſſit ex deductis per eum, ſed non tamen prohibet quin illa tan-
7 quam profectitia ſint imputanda in legitimam Bart. in l. 1 §. nec Caſtrenſe num. 4. ff. de collat.bonorum Doctor.in l. in quartam, vbi Rip. num. 163. Pic. num. 201. ff. ad l.falcid.Craſſ. in §.legitima quęſt. 26. num. 1.Seraph.deciſ.100. num. 1. & deciſ. 1365. num. 16. cum ibi notat, & ſic tanto plus remanebit in fideicōiſſo.

Nono, vltra legitimam, & trebellianicam, in quo partes cōcordant, fideicomiſſum minuunt legata, de quibus in ſummario Pijſſimi num. 19.inter quæ adſunt tria legata annua, & præcipue vnum ſcutorum
9 50. pro alimentis Franciſci Mariæ,de quo eſt habenda ratio, iux. diſpoſitionem l hæreditatum ff. ad l. falcid.quæ habet locum, tam in alimentis, quàm in vſufructu, & ſimilibus,Suar. in repet.l. quoniam in prioribus,ampliatione 3.n. 9. in fine, & ſeq. C. de inoffic. teſtam. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 34. num. 27. & fuit dictum in Romana hæreditatis de Tronſarellis 5. Iulij 1604. coram illuſtriſſimo Ludouiſio, vel ex futuro euentu ratio deduci debet,à die mortis teſtatoris, ſcilicet de anno 1588. vſque in hunc diem, quo ad huc viuunt legatarij, & hoc ſiue in alimentis, ſiue in legatis annuis l. lex falcidia 47. ff. ad l. falcidiam gloſ. recepta in d. l. hæreditatum verbo triginta annorum, vbi Bart.

Bart. & Castrenſ. num ſecundo, ff. ad l. falcidiam. Idem Castrenſ. & Doctor. in l. cum Titio, ff. eodem titulo, Soarez in dicta repetition. l. quoniam in prioribus, ampliatione tertia, num. decimo, & duod cimo in fine, verſiculo & maxime, C. de inoffic. teſtamen. Surdus de alimentis titulo 9. quæſt. 34. num. 28. & ſequenti, & quæſtione 41. numero 18. quæ annua legata ſimul cum alijs in vnum coacervata faciunt ſummam ſcutorum 1683.

Nec obſtat dicta annua legata, & præſertim illud pro alimentis Franciſci Mariæ eſſe de fructibus ſoluenda. Contraria enim videtur fuiſſe mens Teſtatoris, tum quia quando ipſe voluit aliquid
10 ſolui de fructibus hoc expreſſit. Vnde ſi voluiſſet hoc caſu etiam expreſſiſſet, l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. Tum ex claris verbis à teſtatore additis, vt videlicet Franciſcus Maria de bonis ipſius teſtatoris amplius petere non poſſit. Et ideo legatum venit intelligen
11 dum de bonis defuncti, vt exceptio ſit de regula, l. ſed an vltro, §. primo, ff. de negor. geſt. Dynus in rubrica num. 15. de regul. iur. in 6. Surdus deciſ. 124. nu. 13.

Demptis igitur ſupradictis erroribus, & deueniendo ad calculum hæreditas Rocchi Teſtatoris de tempore ipſius obitus conſiſtebat in prædiis, domibus, & creditis, quæ fuerunt diuiſa inter Horatium, & Bernabeum filios teſtatoris, & inter Nepotes, ex Marcello præmortuo in tres portiones diſtinctas, vt in inſtrumento diuiſionis in principio & in ſummario Bernabei numero tertio, quarto, & quinta, Predia ſimul iuncta ſalmarum 133. ad rationem ſcutorum 150. pro ſalma conſtituunt ſummam ſcutorum 19950. Domus ſcut. 110. credita ſcut. 4246 quę omnia capiunt ſummam ſcutorum 25296. a qua ſumma deductis ære alieno ſcutorum 5793. legitima, quæ propter nume-
12 rum ſex filiorum erat ſemis, authen. nouiſſima, C. de inoff. teſtamen. & ſic ſcu. 9751 Trebellianica ſcutorum 2437 & legatis ſcutorum 1683. quę in totum conſiſtunt ſcuta 13871. remanent in fideicommiſſo ſcuta 5632. quæ ſunt in tres portiones æquales diuidenda, prout fuit æqualis diuiſio, & probant teſtes ſummario Bernabei num. 9. & cóueniunt partes, vnde remanet valor fideicommiſſi pro vnaquaque portione ſc. 1877.

Verum

Verum, quia ex hæreditate Roc
chi adhuc sunt detrahenda
impensa funeris, & dotes v-
13 xorum, de quibus non con-
stabat in aliqua certa quanti-
tate,& ratio deduci poterat,
etiam à toto valore prædij
Passarini, detractis detrahen-
dis, vt supra. Quæ tamen
in quantitate non verifica-
bantur. Ideo satis visum fuit
Dominis pro nunc firmare
ad effectum de quo agitur,
non constare fideicommissum
excedere summam expres-
sam in instrumento vendi-
tionis.

Burgen. Quindenniorum.

Lunæ 13. Iunij 1616.

SVMMARIVM.

Quindennia de iure non debentur, num. 1.

Concordia super quindennijs nõ ligat successores, nisi confirmata à Papa, num. 2.

Noua opinio non est trahenda ad actus præteritos, & consumatos, num. 3.

Noua opinio trahitur ad casus pendentes, & nondum executioni datos, num. 4.

DECISIO LXX.

PLacuerunt Domini dedu-
cta pro Beneficiatis s. Egi
dii, quod ipsi nõ teneantur ad
Quindennia non soluta, etiã
si fuerint decursa ante motã
litem, Quia illa non possunt
1 aliquo iure peti: Nam de
iure illa non debentur, &
sententiæ Rotales tanquam
iniustæ fuerunt reuocatæ, con
2 cordia autem non ligat suc-
cessores ex quo non fuit con
firmata à Sede Apostolica,
vt fuit in pluribus decisioni-
bus firmatum.

Non obstat, quod in vltima
decisione facta coram me, fue
rit distinctum inter quinden-
nia decursa ante motam hanc
litem, & alia postea decursa,
quia illa distinctio fuit facta
ad effectum vt condemnare-
tur Capitulum ad restitutio-
nem Quindenniorum perce-
ptorum ante motam litem, &
sic bona fide de tempore quo
vigebat, contraria opinio, vt
diserte loquitur decisio de
præteritis, & solutis in versi-
culo Ad secundum princi-
cale, non autem ad effe-
ctum, vt debeat consequi non
exacta, cum dato etiam quod
ista posit dici noua opinio
seu declaratio quamuis non

3 esset trahenda ad casus prçteritos, & consumatos, glos. in cap. vnic. in verbo de cçtero de postul. prçlat. in 6. cũ alijs alleg. Attamen bene
4 traheretur ad casus pendentes, & non dum exequutioni traditos ad deducta per Felin. in c. fin. num. 6. in princ. de const. & per Tiraquell. in tractat. Cessan. caus. limitat. 12. num. 15. Denique si firmaretur ante motam litem, quindennia non soluta esse soluenda traheretur decisio per indirectum ad futura quindennia, vt scilicet solutio fieret post alias contrarias decisiones, & sententias Rotales, & sic per malam fidem contra expressum senium, & verba decisionis.

alciaten. Coniudicum

Luna 19. *Iunij* 1616.

SVMMARIVM.

eclaratoria constito de paritione non datur, num. 1.
ylus est, vt non docto de paritione detur declaratoria, numero 2.

DECISIO LXXI.

RESpectu negotij principalis non esse dandam declaratoriã fuit visum, quia consta-
1 bat de paritione ex deputatione Portionariorum in Con iudices facta per Canonicos, vt parerent exequutorialibus summario num. secundo in fin.

Quo vero ad expensas in quo præcipue insistebant informantes pro Portionarijs eam esse dandam placuit, quia cum literæ exequutoriales vna cum earum taxatione fuerint intimatæ, & reproductæ, nec non seruati termini seruari soliti, & adhuc non doceatur de paritione nihil aliud remanet, nisi vt declaratoria feratur, iuxta
2 receptum stylum de quo per Felyn. in cap. ad probandum num. 6. de re iudic. Cassador. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & propr. Mohedan. decis. 1. de senten. excommun. & fuit dictum in Toletana Capellaniæ 18. Decembris 1609. coram Reuerendissimo Damasceno, & in Abulen. Decimarum 4. Nouembris 1611. coram bon. mem. Penia.

Hanc tamen declaratoriam pro sua solita benignitate Domini moderari voluerunt, nisi infra mẽsem. Et ita conclusũ.

Fir-

Firmana Altaris.

Lunæ 19. Iunij 1616.

SVMMARIVM.

Commissio cum clausula, parito iudicato, vt conditionalis, & non tribuit iurisdictionem antequam pareatur, numero 1. & 9.

Iuramentum de stando sententiæ intelligitur, si est iusta, num. 2.

Iuramentum non debet elidi, sub prætextu enormissimæ læsionis vel notoriæ iniustitiæ, numero 3.

Iuramenti proprij nemo debet esse iudex, num. 4.

Procurator non potest remittere ius principali quæsitum, num. 5.

Vt vnus actus alteri præiudicet debent esse incompatibiles, numero 6.

Parere quis debet prius rei iudicatæ, quam audiatur, numero 7.

Appellatio non datur ab vltima trium conformium, numero 10.

Arbitrium relaxat aliquid de rigore, num. 11.

Clausula parito iudicato intelligitur de sententia iusta, & valida, num. 8.

Per clausulam, parito iudicato censetur data iurisdictio conditionalis, num. 9.

DECISIO LXXII.

Resolutum fuerat sub die 11. Ianuarij præteriti coram me, Ricchardum non esse audiendum, & cum assiduis importunitatibus, & lacrymis, nec sine colore boni iuris, iterũ causã proponi obtinuisset hodie 20. Iunij 1616. illa repro positaDomini in decisis vnanimiter perstiterunt eisdem fundamentis de quibus in decis. Tum quia illi obstabat exceptio periurij; Tum quia causæ fuerat commissa cum clausula
1 parito iudicato, quę est conditionalis, & non tribuit iurisdictionem antequam pareatur ex late deductis in decisione.

Nec ad excludendum Periurium visa fuerunt releuare ea, quæ deducebantur circa iniustitiam sententiæ cum iuramentum de stando vnicę sit intelligendum de vnica sententia quatenus sit iusta ad Ro-
2 man. cons. 334. n. 7. Nam vltra quod illius iustitia ex tot decisionibus bene probabatur supposita etiam tali iniustitia debuisset nihilominus Ricchardus antequam ageret petere absolutionem a iuramento, ne sub prætextu enormissimæ læsionis, vel notorię iniu-

iniustitiæ iuramentū eludatur,
4 cū nō dēt quis esse Iudex pro prii iuram. Gram. cons. 30. nu. 32. lib. 1. & in term. fuit dict. in Rom legit. de Vrsin. 20. Maii 1588. coram Bubalo.

Nō etiā obstabat ꝙ pars remiserit hāc exceptionē obtinēdo reformari Cōmissionē rest. in integ. vt staret cū clauf. Parito, quia quicquid sit, an pars possit remittere periuriū in casu isto non pōt dici remissum per d. reformationē
5 Tū quia fuit obtenta a Proc. qui non poterat remittere ius principali quæsi
6 tū ex alleg. in dec. Tū quia d. reform. nō est cōtraria exceptioni periurii, vt simul cū ea sit incōpatibilis, prout est necesse vt ex vno actu, alteri præiudicetur, l. hæc verba 124. ff de ver. sign. Si quidē reformatio fuit obtenta, vt Riciotto obstaret non solū exceptio
7 periurii, sed etiā re iudicatæ, cui deberet parere antequā audiretur, & tunc etiā opponi posset de periurio, vnde non videbant Dñi quō possit dici talem exceptionem ei fuisse remissam.

Quo verò ad aliud fundamētū de clauf.
8 Parito iud. dū dicebatur prout sup. esse intelligendā de sententia iusta, & valida, ex Rom. d. conf. 334. n. 7. & late deduc. in Fauēt. Monast. 22. Iun. 1607 coram Penia, visum fuit nō obsistere.
9 Quia per talē clauf. censetur data iurisdictio conditionalis, nec ante purificatam conditionem iudex potest in causa se intromittere, nec cognoscere de iustitia, vel iniustitia sententiæ, vnde nō potest pars audiri super iustitia nisi prius constito de paritione, iuxta dec. Put. 429. lib. 1. cū alijs adduct. in dec. & conf. Rom. loquitur in casu in quo sententia non fecerat transitum in iudicatū, quia per appellationē fuerat suspensa, vel legitur in toto illo consilio, non autē vbi prout hic ad-
10 sunt tres conformes, à quarū vltima non datur appellatio, l. 1. C. ne lic. 3. prouoc. sed exequutioni mandari debet, clem. vt calumnijs de re iud. c. ad cuius præscriptum in cōmissione restit. in integ. fuit apposita d. clausula Parito iudicato, Lancellot. de attent. 2. par. cap. 18. num. 142.

Decisio autem Fauentina, intelligitur vbi reperitur coniuncta dicta clausula cū clau-
11 sula Arbitrio, quæ relaxat aliquid de rigore clausulæ Parito. Et nihilominus ille casus fuit specialis, in quo sanctissimus per eius memoriale ita ordinauerat.

Ex quibus Domini dixerūt esse standum in decisis.

Romana Legati.

Mercurij 22. Iunij 1616.

SVMMARIVM.

Defunctus potest remittere conscientiæ sui creditoris declarationem crediti, n. 1.

Declarationi creditoris ex voluntate testatoris debitoris standum est, n. 2.

Remissum declarationi ex conscientia intelligitur iurata, num. 3.

Iuramentum in declaratione crediti, an debeat deferri à Iudice cum a testatore conscientiæ creditoris remissum est, n. 4. & 5.

Cum a testatore mandatum est, vt stetur dicto [illegible], ille debet

debet iurare, vt testis, num. quinto.

Cum remissum est conscientiæ alicuiùs, vt declaret de eo, quod dicenti videbitur, non est iuramentum à iudice deferendū nec tenetur iurare, n.6.

Probibito fieri aliquam diligentiam, intelligitur etiam de minima, n.7.

Cum remittitur aliquid conscientiæ alicuius recipit interpretationem ab arbitrio boni viri, num.8.

Verum cum simpliciter remittitur conscientiæ, vel arbitrio, secus si adijciatur aliquod verbum, quod importet verum & liberum arbitrium, num. nono.

Statuto mandante, quod stetur iuramento alicuius, nec admitti probationem in contrarium, vel aliter constet de mente statuentium, quod noluerint eam admitti, non poterit probari cōtrarium, nu.10.

Captatoria voluntas in institutionibus, & legatis non tenet, num.11.

Captatoria voluntas est cum testator dicit quod stetur dicto tertij, de eo, quod alicui debetur, & illud quod dixerit soluatur, num.12.

Non statur dicto tertij, cui data est potestas a testatore in declaratione debiti, nisi coniecturis a[illegible]iculetur, nu.13

Captatoria voluntas quæ sit, & quæ pendens ab alieno arbitrio & quæ remuneratoria, num. 14.

Voluntas testatoris collata in arbitrium tertij in institutionibus est nulla, num.15.

In legatis est valida, num.16.

Ex libro creditoris ab ipso non producto inducitur verisimilitudo crediti, nu.17.

Testis vnicus, & minister partis non facit fidem etiam Ecclesia pro Ecclesia, n.18.

DECISIO LXXIII.

ANdreas Baccinus in suo cū quo decessit in scriptis testamento de anno 1614. instituta sibi hærede vniuersali Venerab. Ecclesia Beatæ Mariæ Montium, fecit plura legata, & inter alia mādauit, quod Ioanni Dominico Henrico eius familiari restitueretur omne id quod dixerit in eius conscientia esse creditorem ipsius testatoris absque aliqua diligentia, quo mortuo Ioannes Dominicus conuenit Officiales dictæ Ecclesiæ coram Illustrissimo Domino Cardinali Verallo Iudice, & illius Protectore ad soluendum scu.488. sibi debita a testatore iux. formā testamēti, & pro illorum iustificatione medio iuramento in actis declara-

uit se remanere creditorem dicti Testatoris in dicta summa, cuius Illustrissimi Cardinalis Dominus Locumtenens ex probationibus per dictos officiales in causa factis Ecclesiam in scutis centumquinquaginta condemnauit, in reliquis verò absoluit. A qua sententia fuit hinc inde appellatum in parte,& partibus,& ab eodem Illustrissimo in vim suarum facultatum deputatus in Iudicem R.P.Dominus Cellesius qui dictam sententiam in melius reformando Ecclesiam ad solutionem dictarum scutarum quadringenta octuaginta octo integre condemnauit. Cum autem appellationis causa ab hac secunda sententia fuisset mihi commissa extra Rotam. Dubitaui an dicta sententia R. P. Domini Cellesij esset confirmanda, vel infirmanda, & pro confirmatione fuit capta vnanimis resolutio.

Nam de validitate sententiæ non controuertebatur, & iustitia patebat ex testamento in quo Testator mandauit restitui dicto Ioanni Dominico, omne id quod dixerit in eius conscientia esse creditorem ipsius Testatoris, quam
1 potestatem habuit defunctus, l. Theopompus, ff. de dot. præleg. l. final. & vtrobique Bart. ff. de præto. stipul. Alexand. consil. 54. num. primo, versiculo Nam Testator, & versiculo Nam quod talis
2 potestas lib. 2. Vnde bene potuit Dominicus facere dictam declarationem, & per consequens ei stari debet, Alexand. dicto consf. 54.num. 1. & per tot. Crott. in l. nemo potest num. 60. vers. Teneo contrarium, ff. de legat. 1. Peregr. de fideicomm. artic. 33.num. 59.

Nec videbatur obstare, quod vbi aliquid conscientiæ alicuius committitur sem
3 per debeat illam suo iuramento firmare dicta l. Theopompus, ff. de dot. præleg l. de pupillo, §. qui opus, vbi Angel.& post eum Castren.num. 2. ff. de oper. nou. nunciat. Alex. consil. 218. num.8.lib.
4 2. Et quamuis in casu nostro dictum iuramentum interuenerit attamen non fuit, prout debet esse a Iudice delatum, l. videamus, §. deferre, ff. de in lit. iur. dicta l. de pupillo, §. qui opus, & vtrobique Doctor cum aliis al legat. Quia non versabamur in dispositione in qua fuit mandatum, vt stetur dicto alicuius de voluntate a testatore sibi declarata, quo casu debet iurare, vt testis, & procedit contrarium, sed eramus

in

in casu quo testator præcepit
6 standum esse declarationi de eo, quod dicenti videbitur, quo casu censetur iste assumptus, vt Arbitrator, & ne dũ ipsi à Iudice non est deferendum iuramentum, verumetiã neque tenetur iurare, Bart. sic distinguens in d. l. Theopompus num. 7. Alexand. d. consil. 54. num. 2. lib. 2. Crot. de test. 7. par. num. 242. Couar. lib. 2. var. cap. 13, num. 3. vers. Tertia conclusio, Afflict. dec. 371. nu. 6.

Et difficultas cessabat, quia testator non modo voluit stari Henrici declarationi, sed vlterius procedendo prohibuit fieri aliquam diligentiam, quę dictio aliqua verificatur etiã
7 in minima parte glos. in clem. 1. Verbo aut earum parte de for. compet. Si autem esset præstandum iuramentum, vel Iudice deferendum in hoc casu fieret diligentia, & sic esset contra mentem, & verba testatoris.

8 Hinc non obstabat illa communis opinio quod quando remittitur aliquid cõscientiæ alicuius recipiat interpretationem ab arbitrio boni viri, glos. in clem. 1. in verbo oneramus de iurepatr. Alex. dicto cons. 218. num. 5. vers. Item benè facit lib. 2. Iason in l. Si sic legatum num. 12. ff. de legat. primo, cum alijs per Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 8. num. 40. Et sic esse recurrendum ad superiorem vt arbitretur Castren. in l. prima, num. 7. in fine, ff. de legat. 2. Quia dicta conclusio procedit, quando remissio fit simpliciter conscientiæ, vel arbitrio alicuius; Secus autem si adijciatur aliquod verbum, quod importat ple-
9 num, & liberum arbitrium, vt in hoc casu, quo fuit prohibitum fieri aliquam diligentiam, Bartolus in l. prima, num. 50. C. de Sacros. Eccles. & in l. alio num. 10. ff. de aliment. legat. Anton. de Padil. in dicta l. prima, num. 14. de legat. 2. Vnde in proposito dicunt Doctores, quod si statutum mandat, quod stetur iuramento alicuius, & vlterius procedat statuendo non admitti probationem in contrarium, vel aliter constet dn mente statuentium, quod noluerint eam admitti, tunc nihil poterit in contrarium probari, Baldus in l prima, num. 3. C. de reb. cred. & in c. 1. nu. 4. vers. Et facit statutum si de inuest. int. dom. & Vassall. Tiraquel. de retract. lign. §. 4. glos. 1. nu. 13. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 102. num. 19.

Nec valebat dicere hanc dispositionem esse captatoriã

quia fuit collata in ſecretum
11 alienæ voluntatis, quæ ſicut in inſtitutionibus ita in legatis non valet, niſi concurrentibus adminiculis, l. captatorias, ff. de hęred. inſtit. l. captatoriæ, ff. de legat. primo, cum concordat. & in noſtris terminis, quod quando teſta-
12 tor diſponit, vt ſtetur dicto tertij de eo, quod alicui debetur, & illud, quod dixerit ſoluatur talis diſpoſitio ſit ca
13 ptatoria; & ideo non ſit ſtandum huic dicto tertij, niſi adminiculetur aliquibus coniecturis tradit Bart. in d. l. Theopompus num. 4. Caſtrenſ. Alex. & alij relati per Couar. in cap. cum tibi in fin. de teſtament. & hic per informantes. quia reſponſio patebat ex ſequentibus.

Et primo Domini conſiderabant hunc articulum diſpoſitionis captatoriæ apud veteres ſcriptores fuiſſe valde incertum, & lubricum in quo vix illi omnes offenſam euitare potuerunt ſiquidem ipſi
14 eam eſſe captatoriam voluntatem falſo exiſtimabant, quæ erat collata in alienum arbitrium, vt inſtituo hæredem, vel lego illi, quem Titius voluerit gloſ. & Doct. in l. captatorias, C. de teſtam. milit. Bart. & cæteri in l. 1. ff. de legat. 2. Abb. in dicto cap. cum tibi num. 2. in ſecunda oppoſitione, vbi alij Canoniſtæ, quæ tamen non eſt captatoria, ſed vitioſa, quia pendet ex alieno arbitrio, l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit. & captatoria diſpoſitio propriè illa eſt, quæ fit ſub conditione alterius relicti ſibi, vel alteri inuicem faciendi captare enim eſt oblatis illecebris, & ſtructis technis aucupari, & venari aliena, vt multis iuribus, & authoritatibus probat Alciat. lib. 2. Parerg. cap. 31. Anton. Auguſt. lib. 4. emendat. cap. 15. in princip. Et ideo Conſt. Harmenop. lib. 5. prompt. iur. tit. 8. num. 4. eam appellat remuneratoriam, quæ gratiam rependit Exempla ſunt in l. illæ autem, ff. de hæred. inſtit. & in l. 1. in fin. ff de iis quæ pro non ſcript. Vt ſi Titius me hęredem inſtituet, vel qua ex parte me hæredem nominabit ex ea mihi hæres eſto collatione ſcilicet facta in futurum non in præteritum, vt in dicta l. Illæ autem, quæ etiam ſubijcit exemplum inſtitutionis captatoriæ in alium directe, vt ſi Titius hæredem Mæuium ſcripſerit mihi hæres eſto, & eaſdem formulas tradidit Harmenop. vbi ſupra quæ ſeruari etiam poterunt in legatis ſic denique vltra

prę-

prædictos hanc materiam explicarunt glos. in 3. exemplo communiter recepta in d. l.captatorias, C.de testam.milit. Cuman. in l. captatorias, ff.de hæred. instit. & in d. l.1. col. pen. ff.de legat. 2. Socin. iun. in l. moribus num.10. ff. de vulgar. Ludouic. Lusitan. in l. vtrum, §. cum quidam col.4 ff. de reb. dub. Connan. lib. 10. commen. iur. cap. 6. num.5. Balduin. in instit post tit. de adim. leg. Cuiac. in not. ad tit. instit. de societ. & lib. 16. obseruat. cap.11.Anton. Costan. lib. 1.quæst.cap. 7.Coras.lib.5.miscell.iur.cap. 13. Couar. in d. cap.cum tibi num.1.& 2. Sarmient. lib.2. Select. cap. 4.num 1. & cap. 6. in princ. & num.35. in fine Spiegel. Hotteman. Brisson. Prateuis, & Schard. in verbo captare, & verbo captatoria institutio Peregrin. de fideicommiss. art.33.num.60. Castill. quotid. controuers. iur. lib 2. cap.6.a n.1. vsque ad 7. Card. Seraph. decis.359 num. 11. & 12. par. 1. Surd. decis. 98. num. 6 & alii recentiores quibus hisce nostris, & paulo ante actis temporibus annuente Deo lumen bonarum litterarum affulsit.

Secundo Domini censebãt non omnem dispositionem, quæ fuit in alienum collata arbitrium esse nullam, sed dumtaxat, quæ in arbitrium ter-
15 tij, & hoc in institutionibus hæredum d. l. Illa institutio vbi Bart. & cæteri, ff. de hæred. instit. Peregr. vbi supra num.70. In legatis autem est quæstio inter Doctores, sed quicquid ipsi distinguant inter arbitrium, & liberam tertij voluntatem, prout distinguit glos. in l. 1. & ibi Bart. num. 4. ff. de legat. 2. Couar. in d. cap. cum tibi num.6.Peregrin. dicto art. 33. num.68. Castill. vbi supra num. 40. receptissima est, & sine distin-
16 ctione sententia respectu legatarij, quod siue in eius arbitrio, siue in libera voluntate positum fuerit legatum semper est validum, l. si ita legatum, §. Illi si volet, ff.de legat. 1. l. si ita expressum, ff. de condit. & demonstr. glos. in d.l.1.verbo conditio ad fin. vers. Vltimo nota quam Doct. communiter sequuntur, Alex. in puncto dicto cons. 54. num.3.lib.2. Vbi remouet difficultatem, quæ oriebatur ex incertitudine ob non expressam certam quantitatem dicens, quod legatum ibi fuerat relictum sub conditione, si legatarius declarabit, quæ veniebat certificanda per declarationem ipsius

Tutoris

Tutoris, prout fuit declaratum, qui proprie est casus noster, & alios referunt hanc cõclusionem firmantes, Couar. in dicto capitulo cum tibi, num. 6. & 7. Peregrin. d. art. 33. num. 67. Castill. eod. cap. 6. num. 32.

Tertiò, vni ex Dominis placebat hanc declarationem reperiri adminiculatam ex libro rationis, qui fuerat instante parte è domo Ioanni Dominici ablatus à Birroarijs vigore mandati de perquirendo ex quo libro apparet calculatis calculandis Henricum remanere creditorem defuncti in dicta quantitate scutorum 488. Nec poterat oriri suspicio contra dictum librũ,
17 quia non fuerat productus ab eodem Ioanne Dominico, adeo, quod dictum creditum Henrici videretur esse verisimile, vt considerat Alex. dicto cons. 54. num. 4. vers. Et tanto magis.

Vltimo non obstabat dictum testis pro Ecclesia deponentis de confessionne Ioannis Dominici, quod eius creditum erat scut. 150. quia
18 erat vnicus, & minister, seu deputatus Ecclesiæ hæredis, & solicitator causæ, nec deponebat de tempore obitus ex sic non releuabat eius dictum ex allegatis hic per informantes.

Et ita conclusum pro Ioan. Dominico sententiam esse confirmandam.

Romana Domorum.

Veneris 10. Iunij 1616.

SVMMARIVM.

Dispositio legis fæminæ, C. de secund. nupt. quod mater teneatur reseruare proprietatem eorum, quæ ex bonis patris filiorum prouenerunt non procedit in illis quæ mediate habuit per successionem ab intestato filiorum qui fratribus successerunt. num. 1.

Dispositio generalis generaliter est intelligenda, num. 2.

Dictio ex denotat causam immediatam, aliquando mediatam, num 3.

Dispositio auth. ex testamento, C. de secund. nupt. & similes priuantes matrem binubam in totum sunt fauorabiles filiorum num. 4. contraria magis communis, num. 37.

Legis intentio principalis attenditur, num. 5.

Dictio ex in fauorabilibus large sumitur, vt comprahendat etiam causam mediatam, numero 6.

Renunciatio bonorum paternorum

Bona

Bona fratris ad fratrem peruenta, quamuis ex patre, non sunt de paterna substantia, num. 29.

Filia renunciatis bonis paternis, potest succedere fratri in eisdē bonis, n. 30.

Hæreditas adita est patrimonijs adeuntis, n. 31.

Bona per filium acquisita ex hæreditate patris & postea decedentem, & ad fratrem peruenta, dicuntur fraterna, non paterna, n. 32.

Ratio quare mater non teneatur reseruare proprietatem bonorum filij defuncti alijs fratribus filij, quia nō sunt amplius paterna, sed fraterna, numero 33.

Intellectus ad l. fœmina, C. de secund. nupt. & l. mater, C. ad Tertyll. nu. 34.

Dispositio legis fœminæ, quatenus priuat matrem est odiosa, nu. 35.

Erubescimus cum sine lege loquimur, n. 36.

Ratione extensionis cessante cessat extensio, n. 38.

In correctorijs non fit extensio, num. 39.

Dispositio correcta in vno casu, non extenditur ad aliam, nu. 40.

Rationes finales, l. fœminæ considerata superius reijciuntur in casu, quo mater agit de succedendo filio in bonis qua prouenerunt ex fratre, nu. 41.

Origo bonorum est attendenda, scilicet immediate, n. 42.

In dubio pro matris successione est pronunciandum, n. 43

DECISIO LXXV.

NOn impugnabat Syluia resolutionem alias factam sub die 29. Ianuarii præteriti coram me, in qua fuit conclusum illam esse tantum vsufructuariam sua vita durante, quia tota illa disputatio facta, fuit super bonis quæ immediate ad filios, & ab eis ad matrem peruenerant. Sed cum aliqui ex filiis quibus ipsa ab intestato fuit hæres prius aliis fratribus eorum prædefunctis successissent, atque ita reseruaretur in bonis Patris, quę mediate ad filios vltimo defunctos, & immediate ab eis ad matrem fuerant delata, idcirco sub die decima Iunii sequen. Dubitaui an dispositio, l. fœminæ, §. illud haberet locum in iis etiam bonis, quæ Syluiæ obuenerunt per mortem filiorum, qui prius suis
1 fratribus successerant. Et placuit negatiua opinio, licet multa ex noua, & vetere iuris prudentia deduxissent informantes pro Albano, quæ rem per se difficilem, etiam difficiliorem reddere videbantur.

Et

Et primo dicebatur illum text. in §. illud in quo mater binuba tenetur reseruare liberis ex primo matrimonio superstitibus omne id, quod ex successione filij præmortui ab intestato, fuit consequuta non distinguere inter bona obuenta a primo Viro immediate, vel mediate, prout neque distinguit, l. mater, C.
2 ad Tertyll. inter res paternas, & ideo generaliter illa iura esse intelligenda, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præst. & in hunc sensum allegabatur Salyc. in dicto §. illud num. 3. in princip. versic. Nec distinguit, Castrens. consil. 150. numero secundo ante med. vers. Item d. lex fæminæ lib. 2. Io. Nicol. in l. generaliter in noua editione Coloniæ num. 10. C. de secund. nupt. Matthesil. de success. ab intestat. art. 2. ante num. 26. Surd. cons. 196. num. 63. ad fin. lib. 2.

Nec obstare text. in auth. ex testamento eodem titulo, & in Nouel. de nupt. vnde sumitur in §. Hinc nos, versiculo Sed quanta, vbi mater in ijs, quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt vsumfructum, & non proprietatem habet, quasi illa dicantur ex paterna substantia peruenire, quæ immediate a patre fuerunt obtenta
3 iuxta naturam dictionis (Ex) quæ denotat causam immediatam, quia præfata dictio, quandoque etiam causam remotam denotat, vt plene per Bertran. qui in indiuiduo reprobat hanc rationem consil. 157. num. 2. lib. 1. par. 2. Rip. in dicta l fæminæ num. 8.

Quod tanto magis videbatur dicendum, quia eramus in materia fauorabili, quamuis enim dicta auth. ex testamento, & omnes leges similes hanc priuationem matris binubæ post annum luctus inducentes respectu matris
4 sint pœnales, & odiosæ; Nihilominus cum contineant fauorem liberorum, in totum dicuntur fauorabiles, vt declarat Abb. in cap. non dubium num. 3. de sentent. excommunic. Ancharan. consil. 215. num. 8. versic. Cum ergo, Aym. consil. 18. num. 10. Rota decis. 240. num. 11. & decis. 457. num. 19. par. 1. diuers. Et præsertim, quia dd. leges principaliter emanarũt fauore liberorum, quæ in-
5 tentio principalis constituentium attenditur ad hoc, vt Const. tota dicatur fauorabilis, Rot. dicta decis. 457. n. 2. & 10. & in specie Bal. consil. 439. num. 4. post princip. vers. dices aliquis lib. quarto

C. de

C. de secund. nupt. & dicto consil. 157. num. 2. ad med. versic. Et maximè, Io. Nicol. dicta l. generaliter in secundo notab. num. 22. & sequenti. Vnde cum materia sit fauorabilis

6 illa dictio (Ex) in dicto auth. ex testamento præposita paternæ substantiæ debet stare large, vt comprehendat etiam quod mediate ex dicta paterna substantia ad filium peruenit, glos. in l. cum oportet verbo ex eius substantia, & ad eam Bart. num. 1. versic. Quæro ergo, Bal. Castrens. & Doct. omnes, C. de bon. quæ liber. Vincent. de Franch. decis. 18. num. 6. versic. Sed ad hoc dicebatur, & num. 8. versic. Igitur.

7 Hinc dicebatur non applicari simile de renunciatione filiæ bonis paternis, quæ non extenditur ad bona paterna, quæ per aditionem hæreditatis facta m a fratre fuerunt effecta fraterna, quia renunciatio est stricti iuris, nec extenditur

8 vltra, quam sit expressum, at illa dispositio auth. ex testamento, & in corpore vnde

9 sumitur est mere fauorabilis filijs primi matrimonij, & ideo extendenda, vt late firmant Bertrand. & Io. Nicol. vbi supra.

Secundo perpendebatur ratio d. l. Fæminæ, §. illud, & auth. ex testamento cum alijs in hac materia, quæ duplex

10 esse poterat. Prima quia æquitati naturali, & rationi consonum est vt bona laboribus prioris viri quæsita non cedãt in vtilitatem Vitrici, & eius filiorum, sed reseruentur filiis alterius matrimonij prioris, vt considerat Sarmien. Select. interpr. lib. 1. cap. 4. n. 3. versic. Non obstat, Io. Nicol. vbi supra num. 12. ad fin. versic. Declaro. Secunda quia mater secundo nubendo, tam primo marito cuius anima dicitur contristari, quam filijs omnibus ex eo procreatis simul fecit iniuriam auth. de nõ eligen. secundo nub. §. Prospeximus dict. auth. de nupt. soluto, & §. quæ vero, vbi glos. in verbo Et defuncti; quæ v-

11 traque ratio, tam militat in successione secundi filij morientis, qui iam successit primo, quam in successione primi, ergo & idem ius est statuendum, l. illud, ff. ad l. Aquil. & ita in puncto arguit Azeued. in l. 4. lib. 5. tit. 1. nou. collect. num. 55.

Neque ad istum effectum releuare distinctionem, quæ fit inter successionem mediatam, & immediatam, cum certum sit in quolibet actu,

12 & casu attendendam esse originem rerum, & bonorum,

L. qui

l. qui id quod in princip. ff. de donat. l. Tutor ff. de fideiuss. Roland. consil. 76. num. 10. lib. 3. Bero. consil. 120. num. 11. lib. 2. quam regulam iidem informantes multis similibus confirmabant in specie allegando, Bal. in d. auth. ex testamento n. 4. vbi super verbo ex fraterna substantia notat originem bonorum considerari, Ruin. consil. 58. num. 7. versic. Dum ergo, lib. 5. vbi quod dum iura loquuntur de bonis, quæ obuenerunt filio ex substantia paterna de-
13 bet subaudiri dictio, olim, & sic dici de substantia olim paterna cum aliis per Molphes. ad consuet. Neapolit. p. 3. de success. ex testam. q. 22. nu. 8.

Quæ eo facilius procedere dicebant, quia dicta auth. ex testamento, dum repellit matrem binubam a successione filiorum in bonis a patre prouenientibus non loquitur de bonis prouenientibus ex hæreditate, seu successione patris, sed de prouenientibus ex substantia paterna, quod verbum substantia latius patet, quam verbum hæreditas, seu successio, & verificatur non solum in immediata, sed etiam in mediata successione, Bologn. in addit. ad Matthes. de succes. art. 2. n. 21. ver. Et nota Vincent. de Franch. decis. 18. numero quinto.

Similiter nec debere attendi rationem, quæ inter cæteras affertur, quod ideo mater binuba non excludatur a successione filii in istis bonis, quia per aditionem hæreditatis paternæ factam per filium bona iam desierunt esse paterna, & fuerunt effecta proprium patrimonium ipsius filii, quia quamuis hæreditas patris adita non dicatur am-
15 plius hæreditas paterna; Tamen non desinit esse paterna vt prius Alexand. consil. 49. num. 10. lib. 3. & consil. 124. num. 13. lib. 4. Socin. iun. consil. 113. num. 33. & sequ. lib. 1. & in indiuiduo, Bertrand. dicto consil. 157. num. 4. versic. Ad id quod dicitur;
16 Alias sequeretur attenta dicta ratione, quod nec bona paterna, quæ ex immediata successione filiorũ primi matrimonii ad matrem binubam perueniunt essent filiis eiusdem matrimonii reseruanda cum in iis etiam dici posset aditione filiorum desiisse esse paterna, & fuisse effecta ipsorum patrimonium, vt considerant Ruin. dicto consil. 58. num. 7. versic. Nec etiam obstat, & Io. Nicol. in dicta l. generaliter num. 10. versic. Et si dixeris.

Tertio opponebatur, quod sex

text. in auth. de non eligen. secundo nuben. §. cum igitur in quo mater binuba indistin. & succedit filio in bonis omnibus excepta ante nuptiali donatione, & sic in eo corriguntur iura antiqua, scilicet d. l. fœminæ, §. illud, & l. mater, C. ad Tertyll vt constat expressè in dicto §. Cum igitur, versiculo Nequaquam, vbi glos. verbo Constitutionem, & verbo Tertylliani, Bart. & cæteri Doct. ille inquam text. in §. Cum igitur
17 fuit, & ipse correctus a Iustiniano in d. auth. de nupt. §. hinc nos, vnde fuit sumpta dicta authentica ex testamento, vbi res fuit reducta ad distinctionem de qua in l. mater, C. ad Tertyll. vt declarat glos. ibi in verbo Coniugium, quæ est intelligenda in successione ab intestato, vt per Bart. & Doct. ibi, & in dicto §. Cum igitur, & in dicto §. hinc nos at in dicta l. mater in versic. Sin vero di-
18 stinguitur inter bona paterna, & inter bona extrinsecus habita, prout distinguitur in dicto §. hinc nos in versiculo Sed quanta auth. de nupt. inter paternam successionem, & inter res aliunde, idest extrinsecus obuentas, vt legitur in text. græco, secundum exemplar Contianũ *Exothen* quod proprie est extrinsecus; Huiusmodi autem res, seu bona extrinsecus obuenta, Iustinianus intelligit, quæ ab extraneis, & qui non sunt de genere, ad filios peruenerunt, vt in dicto §. si vero expectet in fin. ibi, siue ex genere, siue etiam extrinsecus eadem nouell. Cum igitur in dicta l. mater, & in dicto §. hinc nos in versiculo Sed quanta fuerint expressim distinctæ duæ species bonorum filij, scilicet vna peruentorum ex substantia patris, & alia extrinsecus filio quæsitorum, & bona de quibus agitur, vtpote ex fraterna successione, & sic de genere non cadant sub specie quæsitorum extrinsecus, ideo necessario fateri cogimur illa cadere sub altera specie peruentorum, scilicet ex substantia patris.

Vltimo pro hac parte contra matrem allegabantur etiã
19 Doct. auctoritate graues scilicet Bal. in d. auth. ex testamento num. 4. & ibi Sichard. num. 3. & 4. in fin. Bertrand. consil. 157. per tot. lib. 1. par. 2. Matthes. in tract. de success. ab intestat. art. 2. princip. num. 26. & ad eum Bologn. num. 21. super verbo Recte, Io. Nicol. in dicta l. generaliter num. 10. in princip. & versic. Respondeo etiam, & num. 11.

n. 11.verſ.fatebimur,ergo Feron. ad conſuetud.Burdegal. lib. 2.tit.5.de teſtam.§.1.col. 2.& ſeq. Caſtren. conſ. 150. num. 2. ante med. verſ. item dicta l. fœminæ lib. 2. Rui. conſ.58.num. 7. poſt med. verſ. Dum ergo lib. 5. Capr. conſ. 27. num. 2. & 5. Odd. conſ. 37. num. 28. & plurib. ſeqq. Surd. conſ. 196. num. 63. Azeued. in l. 4. lib. 5. tit. 1. nou. collect. num. 55. Molpheſ. ad conſuetud. Neapol. par. 3. de ſuceſſ. ex teſtam.q. 22.num. 8. & 9.

20 Quibus tamen non obſtantibus in contrariam ſententiã matri fauorabilem, itum fuit per Dominos, & primo illi firmarunt eam eſſe communiter receptam, quia pro illa ſtant. Corn. Conſ 286. num. 2. lib. 1 qui atteſtatur ſe ſic vidiſſe conſultum per Io. de Imol. & Florian. de S. Petro Io. de Garro in d. authen. ex teſtamento in 7. notab. nu. 25. & 26. in nou. editione vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, & plures doctores Auenionenſes adheſiſſe illius opinioni,& ſic fuiſſe iudicatum hancq.veritatem videri Feron. qui vere eã tenuit vbi ſupra d. §. 1. ad med. verſ. finge enim prout eũ ſequitur, & fideliter allegat Matth. Boys in addit. ad Io. de Garro vbi ſupra nu. 25. Boer. dec. 192. n. 2. Vincen.de Franch. dec. 666.n.5. uerſ. Imo deciſa, & num.6.& 7.Barbos in l poſt dotem 41. num 79. verſ. quod confirmo ff. ſolut. matrim. Peregr. conſ. 78. num. 2. lib. 1. Sanchez.de matrim. lib.7.diſput. 88. num. 22. Caſtil. de vſufru ct. cap. 2. num.60. cum plurib. ſeqq. Alex. Trentacinq. var. reſolut. lib. 3. reſolut. 5. de matrim. ſub num.29.verſ. Secundus caſus.

23 Hæc .n. opinio ex numero Doctorum ſine dubio viſa eſt cõmunis,quia ex ijs, qui in contrariũ allegantur Bal.non aliam tenet,ſed iſtam,vt infra dicetur Sichard. in d. auth.ex teſtam. n. 3. & 4. in fin. dum intelligit bona aduẽtitia,quę ab alio pręter patrem filio dãtur, nihil contradicit, imo retorquetur, quia iſta bona non fuerunt relicta a Patre huic filio, qui vltimo deceſſit, ſed a fratre primo decedente Matthe ſ.& Io. Nicol. in locis vbi ſupra loquũtur de bonis, quę ex hæreditate filij, qui patri ſucceſſerat ad matrem peruenerunt, & ſic de ſucceſſione immediata, Bologn. ad Mattheſ. & ſi primo dicit, quod ſubſtantia paterna, quæ perueuit ad filium mediate, vel immediate a patre iudicatur ſemper ſub-

O ſtantia

ſtantia paterna ſecundùm Bal. in d. l. fœminæ tamen Bal. in ea nihil dicit, quod ſi eum voluit allegare in dicta auth. ex cauſa contrarium ibi tenet idemq. Bologn. in fin. magis pro hac parte allegari poteſt, dum conſiderat verbum ſucceſsionem de quo in dicto §. Hinc nos verſ. ſed quanta dicens, quod ſignificat cauſam immediatam Feron, vt dixi, fauet matri Caſtren. & eum ſequuti Gabr. & Surdus eodem modo verſantur in bonis, quæ immediate ex ſubſtantia viri proceſſerunt, Odd. loquitur in bonis Aui, quo caſu recepta eſt opinio, vt non procedat illa auth. ex teſtamento, prout tenet Io. Garro. ibidem in 7. notab. num. 27. in noua editione, vbi quod iſta eſt vera, & cõmunis opinio, Boer. d. dec. 192. nu. 5. vbi etiã de communi, & quod ita fuit conclusum Gabr. de ſecun. Nupt. concl. 3. num. 16. vbi alios refert, & plures Sanchez. vbi ſupra nu. 23. Molpheſ. d. quæſtio. 22. nu. 10. quibus detractis remanet pro contraria opinione ſolum Bertrandus Ruin. Capr. Azeued. & Molphes. ita quod, ſi numerum ſpectemus illa pro matre ſit ſuperior, & multo magis, ſi authoritatem, vt patet ex Doctor. antiquis eam tenentibus, & quia illam probarũt Senatus Auenionen. Burdegalen. & Neapolitã. iuxta tradita per Doctor. in cap. primo, vbi Abb. num. 15. de conſtit. à qua comuni opinione

23 non ſolet Rota recedere, niſi raro, & cum euidenter conſtat eam non poſſe de iure ſuſtineri, ex eodem Abba. vbi ſupra, quod in præſenti non viſum fuit Dominis.

Illa enim optime fundabatur in d. auth. de non eligen. ſecun. nuben. in §. Gregoria ſumpto

24 argumento à ſpeciali. nã ibi deciditur, qđ mater in lucro dotali ad ſe delato, quod poſtea donauit filio, ſi interim moriatur filius, & illa deinde ſecundas ineat nuptias in dicto lucro ſuccedere nõ debet vna cum fratre, vel ſorore defuncti nõ obſtante allegatione matris, quod lucrum eſſet iã permiſſum rebus filij, & ſic tamquam illius hæreditas, nõ autem tanquam lucrum ex paterna ſubſtantia mediante donatione matris ei quæſitum deberet reputari. Si enim ibi, & in §. ante nuptiali eodem auth. eſt caſus ſpecialis in donatione propter nuptias, vt matri non quæratur ex ſucceſsione filij, etiã ſi mediate ad filium peruenerit. Ergo in cæteris bonis,

quæ

quæ filiis habuit ex substantia paterna, etiam mediatè debet mater succedere, in §. cum igitur eodem authe. vbi generaliter disponitur, quòd excepta antenuptiali donatione mater in bonis omnibus succedat filio cum fratribus, atque ita, siue mediate, siue immediate res à Patre prouenerint, siue mater nubat secundo, siue non nubat in hoc corrigendo dicta l. fæmine §. illud, & dicta l. mater, quas in illa specie filia pro se allegabat: Vnde per illa iura in dicto §. Gregoria, & §. cum igitur iuncta glos. in verbo post antenuptialem, ita argguunt in proposito, Io. de Garron. in d. auth. ex testamento. n. 25. Boer. & Barbos. vbi supra Castill. dicto cap. 2. n. 65. vers. vltimo pro hac opinione Alex. Trentacinq. dicta resolut. 5. n. 29. vers. Secunda est opinio.

Non obstat, quod Iustinianus hoc quoq. recantauit in auth. de nupt. d §. hinc nos in vers. Sed quanta, vbi sequutus fuit antiquam distinctionem de qua in l. mater, iuncta l. fæminæ §. fin. Quia in dicto §. hincnos, & in auth. ex testamento inde sumpta mater secundo nubens, non excluditur à succeßione filii cum fratribus absolute, nisi tantum in ijs, quæ ex paterna substantia, atque ita immediate ad filium peruenerunt, iuxta naturam dictionis (ex) quæ proprie denotat causam immediatam, l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg. Bartolus in l. prima, §. ex incendio in principio versiculo Regulariter ff. de incend. Ruin. & Naufrag. Iason in l. non dubium, num. 23. C. de legibus Alexand. consilio 49. n. 3. lib 3. Socin. cons. 51. n. 7. lib. 4. Corn. d. cons. 289. num. 1. lib 1. cum alijs per Castill. vbi supra num. 61. Quæ dictio (ex) etiam legitur in dicta l. faeminæ in princip. ibi quicquid ex facultatibus, & paulo inferius ibi ex bonis, vt dictũ est priorũ maritorũ,

26 atque ita est accipienda d. l. mater in illis verbis rerum vero paternarum defuncti &c. vt vna lex per alteram declaretur, vbi nõ sunt contrariæ leges, sed & posterioris ff. de legib.

Idque eo magis Domini procedere dicebant, quia in d. §. hinc nos, vers. Sed quanta Imperator exprimit paternam substantiam, quæ quia poterat denotare causam mediatam, & immediatam, deinde ponit sucesßionem ibi in residuis vero omnibus, quæ aliunde erat filio præ-

ter paternam succesionem; atque ita, quod dicitur in d.l. mater, extrinsecus, in dicto vers. Sed quanta enunciatur aliunde præter paternam succesionem, Vincentius de Franch. decis. 18. num. secundo vers. Huic argumento. Quod verbum succesio importat solum causam immediatam, tot titulo ff. & C. de success. edict. & C. comu. de success. Bolognin. ad Matthesil. in dicto tractatu de success. ab intest. art. secundo numero 21. ad finem, versiculo Et nota, Vincen. de Franch. dicta decis. 18. n. 5. Trentacinque d. resolut. 5. nu. 29. ad fin. vers. Ex his omnibus, qui propterea subdunt, quod illa verba, præter paternam succesionem, restringunt alia verba, paterna substantia.

Secundo pro hac cõmuni opinione vrgebat text. in l. scimus §. repletionem. C. de inoffic. testam. provt in simili eum inducit Franch. ibi supra n. 13. ibi enim repletio legi-
28 timæ fieri debet ex substantia patris non si quid ex alijs causis filius lucratus est ex substitutione, vel iure accrescendi, licet illud a Patre prouenerit, quæ distinctio inter bona ex substantia paterna, & inter aliunde habita, fit in dicto §. hinc nos, vers. Quanta autem. Si ergo, quod filius ex fratris substitutione a patre facta ex eius bonis ad fratrem peruentis lucratus est, non debet imputari in legitimam,
29 eo quia non fit de Patris substantia, multo fortius bona fratris ad fratrem peruenta non erunt de Patris substantia, licèt mediate ex eius bonis prouenerint.

30 Tertio placebat simile de filia renunciante bonis paternis, quæ non excluditur a fraternis, etiamsi frater in bonis Patris successerit, Roman. consilio 168. numero primo, & secundo, Ias. in l. eius qui in Prouincia §. quod si stipulatus n. 11. ff. si cert. petat Anton. Gomez. in l. 22. Tauri. n. 13 Couar. in c. quamuis pactum 3. p. §. 3. n. 2. Crass. in §. sucess. ab intest. q. 10. n. 16. Quæro item Io. de Garron. & Boer. vbi supra cum aliis allegatis per Castill. dicto cap. 2. num 63, qui eam reddunt rationem, quod hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed efficitur
31 proprium patrimonium adeuntis glos. recepta in l. 1. §. Veteres verbo per vnũ, vers. At post aditam ff. de accqu. possess. Corn. d. cons. 286. num. 2. lib. 1. Ias. in dicto §. quod

quod si stipulatus, num. 8. Castill. vbi supra nu. 64.

Nec obstabat non dici amplius paterna, etiam quando bona immediate ad filium per uenerunt, & sic nũquam fore locum dispositioni d.l. fæminę & similium: quia & si eo etiam casu non dicantur amplius Patris bona inspecta tamen persona à qua prouenerunt, quæ ad hunc effectum attenditur illa dicuntur a Patre prouenire, & hoc est, quod ait Bald. in dicta authent. ex testamento num. 4. originem bonorum considerari, nempe immediate, ita quod si a patre
32 immediate prouenerint paterna, si vero a fratre immediate fraterna dicantur, atque ita Bald. intelligunt Io. de Garron. vbi supra num. 26. versic. Et quod vult hic; Boer. d. decis. 192. num. 3. Vincen. de Franch. dicta dec. 18. nu. 9. Barbos. in d.l. post dotem nu. 77. Castill. vbi supra num. 69. Et quamuis diceretur non ap plicari simile de renunciatio ne quæ est stricti iuris ad hanc materiam successionis filiorũ, quæ est fauorabilis, vt supra. Tamen placebat responsio, quod Doctor. non mouentur hac ratione, quia, si mouerentur eam allegarent, sed mouentur ex illa, quam allegant,
33 scilicet, quia bona nunc non dicuntur paterna, sed fraterna.

34 Quibus non obstabant in contrarium deducta. Ad primum enim, quod illa l. fæminæ, §. illud, & l. mater, non distinguunt inter bona paterna mediate, vel immediate; fuit responsum verius, & receptius esse, quod loquantur in bonis a patre immediate peruentis, vt supra fuit ostensum. Et ideo Doctor. in dicta l. fæminæ, & alias notant, quod dispositio illius, l. quæ fuit extensa ad lucra dotium, & ante nuptialis donationis ab alio, & non de bonis mariti, vel vxoris datorum, secundum auth. in donatione, & l. generaliter in princ. C. eod. tit. de secund. nupt. non procedit in aliis quæ fuerunt data etiã contemplatione mariti vxori vel è contra, Ripa in d.l. fæminæ quæst. 16. nu. 26. & ibi Sichard. n. 6. vers. Quid autem, & seq. Rom. consl. 405. in 1. dubio, Io. Nicol. in d.l. generaliter n. 52. Vbi quod hæc negatiua opinio est æquior & magis communis Gabr. de secund. nupt. conclus. 3. n. 32. Sanch. de matrim. lib. 7. quæst. 89. nu. 17. Vbi plures cumulat Vincent. de Franch. dicta decis. 18. nu. 7. Et mouentur omnes quia d.l. fæminæ quatenus pri
35 uat matrem binubam succes-

ſione filiorum eſt odioſa, & pœnalis. Et ideo non extendenda ad alios caſus, quam expreſſos. Quia in hac mate-
36 ria ſecundarũ nuptiarum eru beſcimus, cum ſine lege loquimur d. authen. de non elig. ſecun. nub. §. optimum ibi, nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens.

Non obſtat, quod immo d.l. fœminæ, & aliæ ſimiles in hac materia loquentes ſint fauorabiles cum principaliter emanauerint fauore liberorum ex deductis ſupra in verſiculo Quod tanto magis, atque ita ampliandæ ad alios caſus etiam non expreſſos: quia
37 omiſſo, quod communis opinio eſt in contrarium reſpectu matris, & quod contra ſupra deducta multa in propoſito conſideratione digna tradunt Couarruu. lib. 1. variarum reſolutionum cap. 11. num. 5. & Sanchez de matrimon. lib. 1. diſputat. 1. num. 4. verſiculo Hæc tamen Doctrina, In hoc caſu ceſſat fundamentum extenſionis, ſcilicet identitas rationis, qua ceſſante, ceſſat extenſio in quacumque materia etiam fa
38 uorabili, Mandel. conſil. 770 num. 16. Crauett. conſil. 17. num. 2. & conſil. 173. num. 13.

In bonis autem, quæ immediate ab vno fratre ad aliũ peruenerunt, non militat eadem ratio, quæ in bonis a patre prouenientibus, vt mox dicetur in reſponſione ad ſecundum, & in omnem euen-
39 tum hic ſumus in materia correctoriæ illius, authen. de non eligen. ſecun. nub. §. cum igitur, vbi mater binuba ſuccedit filio cum fratribus indiſtincte in omnibus bonis, ſiue mediate, ſiue immediatè a patre illa prouenerint. Et licet ille text. fuerit correctus per dictum §. Hinc nos, authen. de nupt. In bonis quæ immediate filiis obuenerunt ex ſubſtantia paterna, vt tradunt communiter Doctor. & ſupra dictum fuit. In aliis tamen quæ mediate fuerunt delata, remanet incorre-
40 ctus, & ſic non debet fieri extenſio ad dicta bona, etiam ex identitate, vel maioritate rationis, gloſſ. in authen. quas actiones, vbi Iaſon. num. 21. dicit veram, & communem, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & bene in propoſito Corn. dicto conſilio 286. num. 2. verſic. Ex quo datur intelligi, lib. 1. vbi ita arguendo concludit, quod d. §. Hinc nos, quatenus diſponit, quod mater binuba amittat proprietatem rerum, ex paterna ſubſtantia prouenientium, non debet exten-

extendi vltra quam verba sonent.

Ad secundam de ratione dictæ l. fœminæ, §. illud, cum simil. quæ erat duplex, vt supra
41 dictum fuit, neutram habere locum in hoc casu. Non primam, quod æquitati naturali, & rationi conueniat, vt bona quæsita laboribus primi viri non cedant in vtilitatem Vitrici, & eius filiorum, sed referuentur filiis primi matrimonii, quia etiam ab eo quęsita ex aliis causis, vt puta, ex succeſſione, vel ex liberalitate fortunæ cadunt sub hac lege, & similibus. Vnde minime verum esse has leges editas, ne Vitricus, aut filii ex eo geniti fruerentur laboribus primi viri. Non secundam, quod mulier faciat iniuriam primo viro, cuius Anima dicitur contristari, & etiam filiis primi matrimonii. Nam quoad virum, & filium, qui decesserunt, non procedit hæc ratio iniuriæ, vt tradit Cuiac. in dicta l. fœminæ, col. 2. ad finem, versiculo Quæro igitur, & ad tit. C. ad Senat. consult. Tertyll. colum. 3. in princip. versic. Quia maiori pœna, & minus quoad virum illud de contristatione Animæ, vt bene declarat Odd. dicto consilio 37. nu. 50. cum duobus sequentibus. Vbi hoc appellat somnium scribentiũ. Quoad fratres autem superstites adhuc eadem ratio iniuriæ non procedit in his bonis quæ fuerunt acquisita fratri ex succeſſione alterius fratris & non immediate ex substantia paterna, iuxta deducta supra in versiculo Nec obstabat alias sequeretur, quod neque succederet mater filio in reliquis bonis aduentitiis, quia semper esset verum, quod secundo nubendo filiis omnibus iniuriam fecisset, quod esset contra dispositionem d. l. mater, & dicto §. Hinc nos, §. sed quanta.

Nec aliquid faciebat in omni materia, & præsertim in ista esse attendendam originẽ bonorum, vt dicit Bald. in dicta authen. ex testamento nu. 4. cum aliis allegat. Quia
42 dictum in se est verum, sed intelligi debet immediate, & sic attendi persona vltima à qua bona immediate prouenerũt iuxta text. in l. Auia in fin. ibi quod ex origine patris, vel Aui vestri descendunt nihil prodest, C. de donat. cum aliis in terminis per Barbos. in dicta l. post dotem num. 77 & seqq. Vbi plura cumulat. Nam vt optime ad propositũ ait Oldrad. consil. 25. num. 2. in fin. & seq. Iurisconsulti proximam, cuiusque rei cau-

ſam attendunt alioqui ſecundum eum oporteret nos agrũ quærere Damaſcenum vbi formatus fuit Primus Parens, & quod Bald. intelligat de origine bonorum immediate patet ex eo, quia dum opponit de l. Auia, vbi conſideratur ſucceſsio vltimi, & non primi, acquieſcens contrario, in ſecunda reſponſione dicit, quod in dicta authen. lex vltra proceſsit hoc eſt, quia voluit, quod non obſtante quod bona patris aditione filii eſſent effecta proprium patrimoniũ filii, tamē quia ex paterna ſubſtantia immediate ad eum peruenerant in eis, mater ſolum vſumfructũ perciperet, vt ſunt verba expreſſa illius auth. & in corpore vnde ſumitur.

11 Ad tertium, quod bona extrinſecus obuenta, de quibus in d. l. mater, & in d. §. Hinc nos, in verſic. Sed quanta, Iuſtinianus intelligat, quæ ab extraneis, & qui non ſunt de genere ad filios peruenerunt, vt in §. ſi vero expectet in fine eadem Nouell. de nupt. fuit breuiter reſponſum, quod in d. §. Si verò expectet verbum extrinſecus, ponitur ad differentiam generis, quod non applicatur ad verbum aliunde, ſeu extrinſecus de quo in d. verſ. Sed quanta, quod ponitur ad differentiam paternæ ſucceſsionis.

Quibus omnibus in vtramq. partem exacte ponderatis opinio communis viſa fuit Dominis, non ſolum de iure ſuſtentabilis. Imo etiam verior, & ſequenda. Et tanto magis, quia
43 vbi hæc quæſtio dubia fuiſſet adhuc illa pro matre decidi debuiſſet, ne excluderetur à luctuoſa filii hæreditate, l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. Vincen. de Franch. dicta deciſ. 18. n. 13. verſic. Et ſi hæc quęſtio. Et ita concluſum in hac ſpecie diſpoſitionem, l. fœminæ non habere locum.

Elboren Præſtationis annuæ.

Veneris 1. Iulij 1616.

SVMMARIVM.

Arbitrium intelligitur prout de iure, num. 1.

de Poſſeſſorio prius quam de petitorio cognoſcendum eſt, num. ſecundo.

Ampliā etiam ſtante commiſſione, quod ſimul procedatur, num. 3.

Ratio quare prius de poſſeſſorio ſit cognoſcendum, num. 4.

Solutio vnica ſufficit ad conſtituendum in quaſi poſſeſſione exigendi, num. 5.

Lite

Lite pendente non debet quis sua possessione priuari, numero sexto.

Clausula quodlibet anno quo possedero intelligi potest nisi ex facto meo desiuero possidere, num. 7.

Exceptio quod promissio expirauerit, respicit petitorium, numero 8.

Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in possessorio summarijssimo manutentionis sub num. 8.

DECISIO LXXV.

CVm pro parte Elisabetthæ de Sylua peteretur dari dubium super manutentione, quod ei denegari non poterat Decanus Elboren. adiuit Signaturam Sanctissimi, & obtinuit cumulari possessorio, cum petitorio arbitrio Rotæ Propterea dubitaui, an intraret arbitrium, & Rota muliere tantum informante illud non intrare censuit: quia ar-
1 bitrium intelligitur, prout de iure, Bart. in extrauag. ad reprimendam verbo videbitur num.8. Paris. consil. 56.nu.5. lib. 1. Cæsar de Graff. decis. 7. n.7.& 8.num.2.de re iudic. & in specie fuit dictum in Romana Census 22. Maij 1606. coram b.m. Penia. De iure au
2 tem prius de possessorio, quã de petitorio cognosci debet, l. ordinarij, C.de rei vend. cum concord. Aegid. decis.506. n. 1.col.2.ad fin. versic. Quarto circa idem, Put. decis.15. de caus. poss.& propr.
3 Quod procedit etiam stante commissione, quod simul & semel in possessorio, & petitorio procedatur, Staph. de lit. Iust. §. in primis igitur n. 59.Aegid.& Put.vbi sup. Cæs. de Graff. decis.9.n.9. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 34. num.7. par. 2. diuers. & in d. Rom.coram b.m.Penia cum alijs adductis in causa Montis Falisci Capellaniæ 13.Ianuarii 1606. coram Illustris.Lancellotto,& in Romana hæreditatis 16.Februarii 1615. coram R. P. D. meo Rẽboldo, quod
4 eam rationem habet vt nemo sua possessione priuetur, sine causa cum sæpissime ex sola possessione qui possit se releuare, & vincere per non ius Actoris,& Princeps nunquam soleat tollere ius quæsitum alteri parti, quæ sunt rationes ponderatæ in decis.99.par. 1. diuers.

Dubitari autem non poterat de quasi possessione exigẽdi Elisabetthæ cum de ea constaret tam ex propria confessione ipsius Decani, quam ex testibus, qui deponunt de pluribus solutionibus summ-

num.

num. 3. cum tamen vnica sufficeret, glos. in cap. cum Ecclesia in verbo Trium, vbi Ripa num. 53. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 1411. n.
6 2. Et ideo lite pendente non debuit sua possessione priuari cap. 1. vbi not. Abb. num. 4. notab. 3. vt lite penden. & in nostris terminis Rot. dicta decis. 99. num. 7. par. prima, & in dicta Romana census coram Penia.

Nec obstabat quod Decanus resignauerat Canonicatum, & ideo promissio expirauerat quasi illa esset conditionalis ex illis verbis quolibet anno quo possedero mea beneficia ambo insimul, & eo modo quo illa possideo hodie, & gauisus fuero omnibus fructibus illorum summ. num. 2.

Nam vltra quod aliqui ex Domini, illa intelligebant,
7 quando aliter quam ex facto suo Decanus beneficiis priuatus existeret, iuxta text. in l. 2. §. fin. ff. si quis caut. cũ
8 aliis allegat. hæc exceptio respiciebat petitorium, & requirebat altiorem indaginem, quæ non admittitur in hoc iudicio summariissimo ad impediendam manutentionem, Bald. in l. 2. in fin. C. de seru. fugit. Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 3. Boer. decis. 238. num. 5. versic. Aut loquimur in possessione retinendæ, cum aliis per Rot. dicta decis. 99. num. 2. & fuit dictum in illa Romana Census coram bon. mem. Penia, & in Leodien. Canonicatus 22. Aprilis 1611. coram R.P. D. meo Pirouano. Et ita conclusum.

Aurien. Liquidationis.

Veneris 1. Iulij 1616.

SVMMARIVM.

Quantitas fructuum probatur ex arrendamentis factis per intrusum, n. 1.

In materia liquidationis leuiores probationes sufficiũt. num. 2.

Libri capitulares probant cum sint scripti ab ipso officiali, num. 3.

Citatio non est necessaria in extrahendis instrumentis, cum sunt data ab eodem Notario rogato, n. 4.

Distributiones veniunt appellatione fructuum, numero quinto.

Condemnatus ad fructus, tenetur

tur etiam ad distributiones, sub n.5.
Iudex in sententia videtur se conformare iuri communi num.6.
Sententia recipit interpretationem a iure communi, sub num. 6.
Condemnatio in fructibus in beneficio reseruato, fit a die intrusionis, licet regulariter a die mota litis, numero septimo.

DECISIO LXXVI.

VT gratum facerem R. P. D. meo Manzanedo, qui valetudine detentus interesse in Rota non poterat, Dubitaui An sententia Auditoris Cameræ esset confirmanda, vel infirmanda, & pro confirmatione fuit capta resolutio.

Nam de validitate sententiæ non controuertebatur, & de iustitia visum fuit constare, quia quantitas fructuum in sententia liquidata respectu Archidiaconatus probabatur ex arrendamentis per eundemmet Gasparem intrusum factis pro illis tribus annis 1612. 1613. & 1614. quę
1 bene probant Sarnen. in regul. de valor. quæstione vndecima, Card. Seraphin. decis. 1399. & fuit dictum in Neapolitana Liquidationis 2r. Iunii 1610. coram Illustrissimo Lancellotto.

2 Præsertim in hac materia, in qua sufficiunt leuiores probationes, Bald. in l. 1. num 22. C. de fruct. & lit. expens. & consil. 323. num. 5. lib. 2. Seraphin. decis. 1132. num. primo, & decis. 1245. num. 7 cum aliis adductis in Elboren. fructuum 24. Februarii proxime præteriti coram me, & ideo admittitur probatio, etiam per solitum, Acchill. decis. 5. de fruct. Seraph. vbi supra.

Respectu autem Canonicatus de huiusmodi quantitate fructuum, constabat ex repartitionibus factis ab œconomo, de quibus in libris capitularibus qui libri bene pro-
3 bant, cũ sint scripti ab eo, qui tenebatur ratione officii, Bar. in l. quædam, §. Numularios, num. 3. ff. de eden. Alex. consil. 179. in princip. lib. 6. Ruin. consil. 53. num. 9. lib. 4. & in terminis librorum capituli Rota decis. 623. num. primo, par. prima, Cæs. de Graff. dec. 5. num. 5. de restit. spoliat. & fuit dictum in illa Elboren. fructuum coram me.

Nec obstabat defectus Citationis in extrahen. partitis librorum, & instrumen-

to-

torum. Nam quoad libros non subsistebat in facto, & quoad Instrumenta cessabat difficultas in iure cum fuerit
4 data ab eodemmet Notario rogato, ac propterea non erat citatio necessaria, Rota decis. 1. de fid instr. in nou. & 4. eod. tit. in antiqu. Verall. dec. 107. num. 1. par. 1. & sæpius fuit decisum, & signanter in Mediolanen. decimarum 4. Iulij. 1614. & in Tirasonen. pensionis 3. Aprilis 1615. coram me.

Ad illud autem quod Iudex cancellauit distributiones in sententia ex quo censetur Gasparem absoluisse placuit responsio, quod non erat necessa-
5 riũ il[illegible]s in indiuiduo exprimere, cum alias de iure iam veniret appellatione fructuum, in quibus condemnatus, tenetur etiam ad distributiones, Put. decis. 239. lib. 1. & dec. 3. de fruct. Rota decis. 618. num. 1. par. 1. diuers. Cum quo iure comuni præsumitur
6 Iudex se confirmare voluisse, & à qua sententia recipit interpretationem l. Herennius ff. de euictione l. miles §. decem ff. de re iudic. Bart. in l. si fundus §. in vendicatione num. 4. versic. Ego puto ff. de pigno. Cum alijs per Rot. dec. 40. num 10. par. 2.

Et quatenus dicebatur Gasparē non potuisse condemnari in fructibus, nisi à die matę litis, fuit responsum esse speciale in beneficio reseruato, in
7 quo condemnatio fit à die intrusionis, Verall. decis. 27. par. 2. Tholo. decis. 792. par. 3. lib. 3. August. decis. 1170. ead. parte & lib.

Denique respectu onerum, & non perceptionis fructuum in primo Anno non dabatur pro parte Gasparis aliqua iustificatio, & ita conclusum ex prædictis sententiam esse confirmandam.

Bononiē. de Capacellis

Mercurij 18. Maij 1616

SVMMARIVM.

Acta omnia integre sunt transportanda de iure communi, & ex Concil. nu. 1.

Concilium loquens de integra transportatione actorum non procedit in prophanis, & fori sæcularis, num. 2.

Acta quæ non recipiunt merita, ex quibus Iudex non potest instrui, non sunt necessario transportanda, num. 3.

Causæ diuersæ dicuntur ex diuersitate personarum rei, & actionis, n. 4.

Causæ diuersæ dicuntur etiam inter

inter easdem personas, & coram eodem Iudice, sed ex diuersis causis, & capitulis, nu. 5.

Vna appellatio potest continere duas appellationes, adeò vt vna deserta, altera non dicatur deserta, num. 6.

Commissiones tot iudicantur, quot sunt iura deducta in eodem rescripto, nu. 7.

Commissione vna annullata, alia remanet, idem in iuribus contentis sub nu. 7.

DECISIO LXXVII.

PArtes non concordabant in informando. Nam illi qui informabant pro D. Iulia se restringebant ad ea, quæ fuerunt alias decisa 27. Nouembris 1615. coram me, altera verò pars informabant super exceptionibus identitatibus bonorum, & detractionum aliàs reseruatis in decisione. Verum Domini omissis pro nunc exception. & aliis capitibus d. decisionis. Quoad transportationem actorum ab ea recedere noluerunt.

Quamuis enim ex dispositione S. Concilii, & Iuris comunis acta omnia sint integrè transportanda, prout Domini hanc conclusionem iterum firmarunt. Attamen placuerũt etiã duæ limitationes. Prima erat dispositio Concilii non habet locum in causis prophanis, & fori sæcularis qualis est ista, sed solum in causis fori Ecclesiastici iuxta declarationem S. Congregationis, quam Rota sequuta fuit in Romana Lignorum 28. Iunii 1603. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno. & alijs allegatis in decisione secunda, quod acta transportanda influere debent in causam, alias si non respiciunt merita illius, ita quod Iudex non potest ex eis instrui de iustitia, vel iniustitia sententiæ non est necessaria transportatio, vt per Castren. Cons. 117. in princ. lib. primo & dixit Rota in dicta Romana Lignorum.

Applicando igitur in proposito visum fuit, quod acta facta coram Rangono aliquo modo non faciant ad causam immissionis declaratæ pro Hyeronimo neq; in eam influant aliquatenus in petitione enim seu libello pro parte Syluij, & Hyppolitæ porrecto summ. Iuliæ nu. 2. legitur quod post mortem Claudij, fuit transactum inter Syluiũ, & Hyppolitam Coniuges ex vna, & Iuliam, & Franciscum Buschettum ex altera, quodque stante fine lineę masculinæ, Hyeronimi per mortem Ioannis Baptistæ euenit

casus

casus fideicomissi, & primo genituræ ex dispositione Ioannis Baptistę Senioris,& Tanarini in personam Hieronymi Iunioris,cui non solum faciẽda est restitutio bonorum per fideicomissum Claudio relictorum, sed etiam aliorum bonorum, quæ per Syluium, & Hyppolitam in transactione fuerunt dimissa Iuliæ, &demũ in conclusione petitur de o. portuno remedio prouideri, tàm coniunctim, quàm diuisim, & omni meliori modo. Vnde cum Martinellus pronunciauerit Hieronymum esse primogenitum vocatum,& ab ea sententia fuerit appellatũ, nempe pro parte Hieronymi filijà denegata iustitia super alijs petitis, & Iulia obtinuerit committi causam Rãgono;Syluius vero in Curia, & inde emanauerit Sententia Rotalis super immissione satis clare patet; quoad ius Hieronymi principaliter deductũ ex testamenti Ioannis Baptistæ, & Tanarini iura transportãda, nihil commune habere quod influeret, vel aliquid emolumenti deriuaret in causam immissionis, super qua fuit lata sententia propter ius primogenituræ cõpetẽs Hieronymo, non autem propter transactionem, aut illius exequutionem, quia iura trãsportanda respiciebant, tantũmodo iustificationem transactionis,cum essent relationes peritorum super quantitate fructuum, & valore bonorum, vt exinde transactio de lęsione argui posset.

Igitur aut volumus attendere personas, quæ interuenerunt in causa transactionis, & Hyeronimus non est idem cũ Hyppolita, nec ipse transegit eum Domina Iulia, nec eius nomine transactum fuit. Aut volumus inspicere iura, & actiones, & illa sunt diuersa, cum Hyeronimus agat ex fideicõisso, & illius vigore petat immissionem,Hypolia autem agat contra Iuliam ex transactione, & in vim illius petat restitutionem bonorum, & Iulia ex aduerso excipiat de læsione in transactione, cum igi-
4 tur concurrat diuersitas personarum rei, & actionis, proculdubio causæ sunt diuersæ ad l.cum quæritur cum duab. seqq. ff. de except. rei iudic. & in specie tradit Rota Ianuen. decis. 179. num. 6. Lãcellott. de attentat. secunda par. cap. 12. limit. 2. n. 10. Nec obstat, quod in eodem rescripto vtraque causa cõmissa fuerit, quodque idem Notarius vtranque habuerit, & iidem Procuratores vtramq. similiter tractauerint, quia

pterea tollitur earum diuersitas, cum diuersæ causæ non solum censeatur, quæ super diuersis rebus inter diuersas personas, & coram diuersis iudicibus aguntur, verum e-
5 tiam, si inter easdem personas coram eodem Iudice super diuersis tamen causis, seu capitulis tractantur, Lancellot. ubi supra num 11. ad fin. vers. & propterea vbi num. 13. optime ad propositum ait, quod
6 vna appellatio in effectu potest continere duas appellationes, & sic diuersas instantias, ita quod vna deserta non censeatur altera deserta. Et ideo in vna Placentina Canonicatus, & beneficiorum 4. Februarii 1609. corã illustrissimo Ludouisio plene discusso articulo, firmatum fuit tot cẽseri Cõmissiones diuersas, &
7 separatas, quot iura in eadem deducta, & quod annullato uno iure, & vna commissione non censeretur per hoc aliud ius annullatum, & alia commissio. Ex quibus, & aliis hic adductis per informãtes pro Hyeronimo, visum fuit persistere in decisis quoad transportationem actorum.

Nullius, seu Caput aquen. Pensionis.

Lunæ 18. Aprilis 1616.

SVMMARIVM.

Per emissionem trium votorum, non tam ẽprofessionem solemnem in societate Iesuitarũ non ammittitur pensio nu. 1.

In societate Iesuitarum admissi sunt veri, & proprie religiosi post tria vota emissa num. 2.

Iesuita post tria vota emissa ante solemnem professionem possunt retinere beneficia, & pensiones num. 3.

Beneficij appellatione in materia larga, & fauorabili venit pensio num. 3. & 28.

Sicut per professionem amittitur beneficium, ita extinguitur pensio, num. 4.

Oppositum idem operatur in opposito qui propositum in proposito num. 5.

Iesuita post emissa illa tria vota possunt retinere ius, & dominium bonorum suorum ad effectum distribuendi ea in pios vsus num. 6.

Bonorum appellatione latissime venit pensio num. 7. & sub num. 29.

Et

Pa

Papa potest facere monachum capacem dominij, vide ibi.
Argumentum à Iure singulari, non procedit, maxime cum est fauorabile num. 27.
Dispensatio habens causam expressam, vel rationem, qua militat in casu non expresso extenditur ad non expressum num. 30.

DECISIO LXXVIII.

Res non noua, sed à Doctoribus non tacta, & in hoc Sacro Auditorio nunquam proposita, dedit causam disputationi coram me in specie huiusmodi. Ex facto enim inciderat, quod alias authoritate apostolica fuerat reseruata annua pensio ducat. 100. monetæ Neapolitanæ super fructibus Abbatiæ Sancti Angeli ad Fossanellam nullius diæcesis Prouinciæ Salernitanæ ad fauorem Domini Francisci Nerei Presbyteri, qui cum post plurium annorum exactionē venerabilem Religionem Societatis Iesu ingressus fuisset, ac elapso biennio probationis in ea tria vota simplicia emisisset. Hinc Abbas prætendebat fuisse extinctam pensionem, quod negabat Dominus Franciscus, ideoq. causa commissa in Rota, Dubitaui, an per emissionem trium votorum simplicium post biēnium probationis esset extincta pensio, Et Domini vnanimiter negatiue respondendū putarunt.

2 Quamuis enim adscripti huic Societati, postquā emiserunt tria vota simplicia, vere, & proprie sint religiosi, vt diffiniuit S.m. Gregorius Decimus tertius in sua constitutione incipiēte Quanto fructuosius sub Dat. Romæ Kal. Februarij 1582. & in alia incipiente Ascendente Domino sub dat. 8. Kal. Iunij 1584. & tradunt Nauar. de regul. comment. primo num. 19. Mandos.cons. 13. num. 3. & seq. Eman. Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 1. art. 4. Carol. Tap. in auth. ingressi verbo Monasterij cap. 10. n. 8. C. de Sacros. Eccles. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 25. n. 15. Garz. de benefic. p. 7. c. 10. nu. 53. vers. Et clarius patet; Nihilominus secundū Stat. d. Religionis authoritate apostolica cōfirmata ante solēnē
3 professionē possunt retinere beneficia, quæ ante ingressum habebāt; appellatione autē beneficij in hac materia larga, & fauorabili, vt mox dicetur venit pensio, Abb. in cap. ad audientiam il 2. in primo not.

& ibi Felin. in princ. de re-
script. Gig. de pension. quæst.
28. num. 1. & 18. idem quæst.
57. num. 5. in fin. & seq. Vbi
propterea concludit, quod si-
cut per professionem vacat
4 beneficium, ita etiam extin-
guitur pensio, & idem tra-
dunt Gabr. cons. 187 num.
11. libro secundo, Nauar. cõs.
11. num. 2. de temp. ord.
Garz. vbi supra par. 1. cap. 5.
num. 114. Ergo, si à pari pro-
cedunt, vacare beneficium, &
extingui pensionem. Vbi su-
mus in casu vacationis bene-
ficij, quando e contra non
vacat beneficium, vt in casu
nostro per emissionem trium
votorum simplicium, nec dici
poterit extingui pensio, quia
5 quod operatur propositum
in proposito, idem operatur
oppositum in opposito l. & si
cõtra ff. de vulg. l. vlt. §. fin. ff.
de legat. 3. & vtrobiq Bart.
& Doct.

Præterea in vtraq. constitu-
tione Gregorij XIII. scilicet
in prima in vers. Quod vero
ad perpetuã, & in 2. in vers. Et
licèt expresse conceditur, vt
qui emiserunt d. tria vota sim-
6 plicia, possint retinere ius, &
dominiũ bonorum suorum ad
effectum ea distribuendi in
7 pios vsus, appellatio autẽ bo-
norom latissime patet, vt etiã
cõprehendat pẽsionẽ saltem
vbi viget eadem ratio, vt fuit
dictũ in Cõchen. pensionis 6.
Martij 1598. coram Peregri-
no. Vbi quod Rota alias hoc
habuit pro absoluto, & vbi
prout hic concurrit fauor ma
teriæ ex infra dicen. in vers.
Minus etiam.

8 Vlterius hęc emissio trium
votorũ simpliciũ quicquid sit
quoad ipsos emittentes, qui
quãtũ in eis est, remanẽt per-
petuo obligati non sit irreuo-
cabiliter quoad ipsã societa-
tem, cuius superior generalis
9 potest eos sẽper dimittere cũ
causa etiam absque illorũ cul
pa, iuxta statuta d. religionis,
& præfatas constitutiones, &
confirmationes apostolicas.
Vnde, vt maiorẽ societas ha-
beret libertatẽ illos, si opus es-
set, cum minori offensione di-
10 mittendi, sapienter fuit proui
sum, vt eis liceret retinere bo
na sua, & beneficia, ne postea
dimissi eis priuati remanerẽt,
vt in constit. d. societatis p.
4. c. 4. littera E. in fin. & p. 6.
c. 2. litera H. & in exam. ge-
ner. c. 4. vers. interrogetur, &
n. 5. & in 1. congregatione ge-
ner. tit. 6. decret. 61. quæ ra-
tio expresse legitur in d. consti
tutione Gregoriana incip.
Ascendente Domino ante me
diũ ver. Et licèt qui ad gradus
professorum, & est eadem
qua motus Bonif. Octauus
in cap. beneficium de regular.
in sexto, decreuit beneficium
in-

ingressi Religionem intra an-
11 num probationis non vacare, vt in specie animaduertit Ribadeney. in tract. de rat. inst. societ. capitulo 18. ante med. vers. Y por esta misma causa, & ideo Acchil. ibidem num. fin. versiculo ad hoc dicas, post Tanchred. & Bartholus Brixien. tenet, quod beneficiatus interim facit fructus suos, quia potest ad seculum reuerti, sequitur Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. n. 34. in fin. Siluest. in verbo Religio il 2. nu. 8. ad med. vers. Reliquum vero, Eman. Roderic. vbi supra tom. 1. quæst. 37. art. 1. vers. 3. nota, quæ ratio militat etiam in pensione.

12 Et licet ille text. in d. c. beneficiũ, loquatur de ingresso, qui non dum emisit professionẽ. Attamen eius ratio attendenda est, quia scilicet ille potest ad seculum redire, quæ ratio æquæ militat in eo, qui emisit dicta tria vota simplicia, atque ita idem ius debet procedere ad text. in l. illud ff. ad l. Aquil. & c. in causis de re iudic. Ratio enim dicitur cõmunis lex ad omnes casus Calder. cons. 1. ad med. vers. Nec obstat de regular. Aym. cons. 190. n. 2. Riminal. Iun. cons. 67. n. 17. & cons.
13 510. n. 30. Ideo non est curandũ de casuũ diuersitate, vbi adest eadem ratio, quia tunc non dicitur fieri extensio, sed comprehensio glo. in cap. 1. verbo Italiæ de temp ordin. in 6. Calder. cons. 1. in princ. vt lit. penden. Crauet. cons. 183. num. 3. & d. cons. 190 num. 2. Riminal. Iun. d. cons. 67. n. 17. & seq. Put. decis. 55. n. 3. vers. Et hoc sine difficultate lib. 3. & ita in proposito rationem illius text. applicat Ribadeney. ibi supra.

14 Vni etiam ex DD. placebat, quod tex. in d. c. beneficium, quem extendunt DD. ad vacationem pensionis post emissam professionem minime applicetur casui nostro, quia loquitur de professione expressa, vel per susceptionẽ habitus professorum scienter, vt habetur in d. text. quem intelligunt DD. quando ex ipsa susceptione habitus inducitur professio tacita, alias secus, Ioann. Andreas in d. c. beneficium in verbo professorum, Franc. n. 1 vers. Tertio nota, Emanuel. Roderic. q. regular. tom. 1. q. 37. art. 1. ante med. vers. Circa quã Con-
15 stitutionem, quæ professio, siue expressa, siue tacita non conuenit huic emissioni triũ simplicium votorum, & ideo bene arguere licet ab eo,
16 quod nullibi cautũ reperitur, quod per eã vacet beneficiũ,

& per consequens nec dici posſit extincta penſio, prout in ſimili arguit Archid. in dicto capitulo beneficium ad finem ſuper verbo portione, verſ. Tu qui tenes cõtra, & poſt eum Io. Andr. n. 3. poſt med. verſ. Dicit autẽ Anhar. num. 1. ad fin. verſ. Idem Archidiaconus, & ibi etiam Dominic. num. 7. circa med. in gloſ. fin. & Franc. num. 6. in princip. & hanc differentiam inter profeſsionem expreſſam & hanc ſimplicem emiſsionem votorum ad iſtum effectũ agnoſcit, Ludouic. Mirand. in Manual. prælat. regular. queſt. 10. art. 3. ad fin. verſic. Quod ſi Innocentius, & Ribadeney. dicto capitulo 18. ad finem, verſic. Y repugna.

Quibus optime conuenit, quod illi qui emiſerunt d. ſim
17 plicia vota in hac Societate, donec expreſſe in ea profeſsi fuerint, ſemper dicuntur eſſe in probatione, vt inexam. general. cap. 4. num. 17. & in conſt. par. quarta cap. 4. in declaratione ſub litera E. in fin. par. 5. capitulo 2. & par. 10. num. 7. verſ. Non enim alii, & in dicta confirm. Iulii Tertii ad fin. verſ. Hæc ſunt.

Vltimo, pro hac parte facit obſeruantia ſubſequuta, & vniuerſalis, atq. inconcuſſus vſus d. Societatis, in qua tam Nouitii, quàm illi qui emiſerunt d. ſimplicia vota retinent ius, & dominium, bonorum ſuorum, non ſolum temporalium, ſed etiam in ſpecie retinent beneficia, & penſio-
18 nes, quæ obſeruantia eſt optima legũ, & conſtitutionum interpres, l. ſi de interpretatione cum ſeq. ff. de leg. Surdus conſ. 362. num. 10. Put. deciſ. 12. lib. 3. de cuius viribus non poteſt dubitari, cũ ne dum nõ repugnet dictis cõſtitutionibus apoſtolicis. verũ etiã illis ſit maxime cõformis.

Hinc facile patet reſponſio ad omnia ex aduerſo deducta pro Abbate, nam quod ex emiſsione trium votorum ſimplicium dicti Patres Societatis Ieſu conſtituantur veri regulares, non ſecus ac alii quorum vis ordinum regularium profeſsi iuxta d. Conſtitutionem Gregorii Decimi Tertii non impedit, quin ipſi interim poſsint retinere ius, & dominium bonorum ſuorum, donec ſuperior aliter mandauerit, vt cauetur expreſſe in dicta conſtitutione, & alijs ſupra relatis, in quo iſti regulares nõ ſortiũtur naturã aliorũ regularium, ſed penitus diuerſã, ita quod nõ liceat ab aliis re-
19 gularibus ad iſtos arguere, cum ex diuerſis non fiat illatio l. Papinianus exuli ff. de minor cap. dilectus de offic

ord.

ord. cum alijs per Euerard. in loco a separatis num. 1.&2. Et quod his temporibus, & in hac religione hoc speciale sit ac diuersum ab alijs religionibus in puncto tradunt Vasq. in 1.2. tom.2. disput. 165. num.104. in fin. Eman.Roderic. vbi sup. dicto art. 4. post princ. versic. Differt tamen, Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 4. dubit. 5. num.27. Molin. de iust. tract. 2. disput. 139. col. 3. versic. Illi qui finito, Ludouic. Mirand. in Man. Prælat. regul. quæst. 10. in conclus. & responsione ad primũ, Ribadeney. dicto capit. 18. Garz. de benefic. par.7. cap.10 num. 62.

Nec obstat, quod cum dicta facultas retinẽdi bona sua limitetur ad tempus iudicio Generalis nec illis possint vti sine superioris licentia id non destruit præcedẽs votum Paupertatis quin operetur suos effectus, prout idem est de iure communi, quo inspecto similis concessio a Præ-
20 lato facta non repugnat voto paupertatis, Abb. in cap. 2. num.4. in 3. notab. de stat. Monach. Siluester in verbo Religio 6, num. 7. versiculo Si autem Prælatus, Rota decis. 772. num.2. & sequenti par. 1. & decis. 216. num. 12. & 13. par. 2. diuersor. & in hac Societate, Gabr. consil. 48. num.3. versic. Neque vero libro primo. Vnde aut istud indultum concessum Societati retinendi bona propria est conforme iuri communi, & sicuti illo attento; nihilominus pensio extinguitur ita etiam in hoc casu non obstante indulto propter passiuam interpretationem a iure communi: aut continet priuilegium contra ius, & tanquam exorbitans cum loquatur de bonis, quæ proprie sũt temporalia, & patrimonialia non debet extendi ad beneficia, & pensiones, quæ sunt Ecclesiastica, & spiritualia; quia respondetur, quod licet alij regulares possint de licentia Prælati habere administrationem temporalem, & vsum quorundam bonorũ, nõ tamen
21 possunt habere dominium, & proprietatem, c. cum ad monasterium in fin. ibi nec estimet, Abbas, quod super habenda proprietate possit cũ aliquo monacho dispẽsare de stat. monach. c. non dicatis, vbi Præpos. n 12. in 1. concl. 12. quęst. 1. Calder. consil. 2. in princip. vers. Et ratio de regul. Carol. Tap. vbi supra in verbo ipso ingressu cap. 3. num. 35. Iacob de Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 18. num. 23. Et ideo in cap. 2. de stat. monach. Butr. num. 10. Abb. num. 4. & cõm. Doct. notant, quod Ab-

22 bas non poteſt diſpenſare cũ monacho, vt teneat peculiũ, vt proprium, ſed quoad adminiſtrationem, & idem in penſione tradunt Panorm. in c.niſi eſſent num. 12. de præben. Carol. Tap. vbi ſupra nu. 43. Iacob. de Graff.dicto cap.18. num. 47. & in ſpecie in hoc differre iſtos Regulares ſocietatis ab aliis regularibus,
23 quod iſti, qui emiſerunt tria vota, poſſunt ad tempus arbitrio ſuperioris retinere dominium bonorum, ſed ſine vſu, & adminiſtratione. ceteri vero poſſunt tenere adminiſtrationem, & vſu non tamen dominium trad. Eman.Roderic. vbi ſupra dicta quæſt. 1. art. 4. poſt princ. verſ. differt tamen.

Negari igitur non poteſt, quin illa facultas retinendi ius, & dominium bonorum ſuorum in perſona regulari attento iure comuni quodam-
24 modo afficiat,& limitet votũ paupertatis, etiam ſi de illis non poſſit ad libitum diſponere, & ſit etiam parata arbitrio ſuperioris illud dominium à ſe abdicare Leſſ. vbi ſupra c. 41. dub. 8. num. 70. ad med. verſ. Nihilominus, & nu. 71. verſ. Secunda eſt, vnde neceſſaria fuit authoritas Romani Pontificis, qui ex cauſa poteſt ſuper huiuſmodi voto paupertatis cũ monacho, etiã remanente monacho diſpẽsare, vt poſt Innoc. in d.ca. cũ ad monaſterium n.2.eſt cõmunis opinio Canoniſtarum ibi, & in d.c. non dicatis, vbi præpoſit. n. 12. in 1. concl. & n.13. dicit comunẽ prout Nauar. ibidem in cõment. 2. de regular. n. 17. fatetur comunem licèt ab ea diſcedat Couar. c. 2. n. 10 & ſeq. de teſtam. Gregor. Lop. in l. 2. verbo non puede tit. 6. p. 1. Garz. de benefic. p. 7. c. 10. n. 60. & 91. Eman. Roderic. vbi ſupra in verſ. cui obiectioni, qui omnes ita reſpondent text. in d. c. cum ad monaſterium in fin. vbi dicitur, quòd abdicatio proprieta
25 tis ſicuti, & cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa regulę monachali, vt contra eam nec ſũmus Pontifex poſsit licentiã indulgere, vt ſcilicet intelligatur ſine cauſa, non autem cum cauſa prout in caſu noſtro.

Et ratio eſt, quia voto Paupertatis, & illius ſubſtantiæ non tam repugnat dominium, quàm vſus, & ſola Eccleſiæ conſtitutæ monachus eſt incapax dominij quo fit,
26 vt Papa, qui eſt ſupra ius, & Eccleſiæ conſtitutionem recte poſsit illum facere habilem, & capacem dominij, etiam manentem monachum modo quoad vſum religio-

ſam

sam paupertatem seruet, & sit paratus arbitrio superioris quandocunque dimittere, vt in puncto declarat Vazq. in primam secundæ, tom. 2. disput. 165. c. 6. per tot. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 4. dub. 5. nu. 27. vers. Vbi notandum, Ludouic. Mirand in Manual. prælat. regular. q. 10. art. 3. in conclusione, & respons. ad primam, Ribadeney. latissime d. cap. 18. Couar. d. cap. 2. nu. 12. Garz. qui alios refert vbi sup. nu. 64. & 87.

Minus etiam obstat, quod Constitut. Societatis non loquitur de pensionibus, sed de bonis temporalibus, & de beneficiis, vnde non sunt extendenda ad pensiones, quia in
27 dispensationibus non valet argumentum ab identitate, vel maioritate rationis; hoc enim procedit in dispensationibus particularibus, & odiosis: secus verò in generalibus, & fauorabilibus, vt in casu nostro in quo agitur de fauore religionis, & per viam legis proceditur, Barbos. in l. 1. par. 1. nu. 19. & 20. ff. solut. matrim. Sanch. de matrimon. lib. 8. disput. 1. nu 8. 33. & 36. Eman. Roderic. quæst. regular. tom. 1. q. 11. art. 9. ad fin. vers.
28 Nec his obstat; vnde cum simus in materia larga, & fauorabili appellatione beneficii venit pensio, ex supra deductis in principio; & etiam cōprehenditur appellatione bo-
29 norum vti quod temporale, & prophanum ab ipso beneficio Ecclesiastico diuersum, Gig. de pensio. q. 1. n. 1. Cæsar de Graff. dec. 3. n. 8. de preben. Rot. dec. 425. nu. 2. par. 1. diu. Et obiectum similiter nō pro
30 cedit, quando dispensatio habet expressam causam, vel rationem quæ non militat etiā in casu non expresso. Tunc enim bene admittitur extensio Abb. in c. at si Clerici, §. de adulteriis num 8. vers. Posset tamen de iudic. Rip. in c. ad aures, num. 41. limit. 1. de rescr. Sanch. d. disp. 1. nu. 34. cum adductis supra in vers. Et licet; Ratio autem expressa in d. Constitutione Greg. XIII. est, vt maiorem Societas habeat libertatem eos qui emiserunt huiusmodi tria Vota cum minori offensione dimittendi, quæ ratio tam militat in pensionibus, quàm in beneficiis, & bonis temporalibus. Et ita conclusum pensionem non esse extinctam.

Romana Census, seu nullitatis obligationis.

Lunæ 9. Maij 1616.

SVMMARIVM.

Obligatio mulieris etiam pro marito eximendo à carceribus, cum remanet penitus indotata est nulla num. 7.

Ad effectum ne mulier remaneat indotata, attenditur tempus restitutionis dotis, non tēpus obligationis n. 3.

Obligatio mulieris pro eximendo marito à carceribus, est nulla, etiam facta cum iuramento num. 1.

Mulier maxime cum non habet vnde releuetur, non obligatur remanens indotata 4.

Obligatio mulieris pro eximēdo marito à carceribus, est valida, cum habet releuatorem, & non remanet penitus indotata, num. 5.

In muliere non solum attenditur causa iusta obligationis, sed etiam ne remaneat indotata num. 6.

Iudicis decretum babens certā formam, si forma non seruetur est nullum num. 7.

Obligatio Cameralis mulieris vulnerata per sententiā nō recipit executionem num. 8.

DECISIO LXXIX.

Dorothea Piraura mortuo primo viro cuius hęres extiterat. Secundo nupsit Octauio Ronciono, cui pro dote dedit totam hæreditatem primi ascenden. ad scuta 10. mil. quæ dictus Octauius habuisse fassus est summario Dorotheæ num. 1. & quia idem Octauius ab eo tempore quo contractum fuit matrimoniū, erat valde debitis inuolutus, non solum dotem totam dissipauit, verum etiam d. Dorotheam in pluribus suis debitis obligare fecit, & pręcipue in annuo censu scutorum 75. vēdito de anno 1588. quond. Emiliæ Vrsinæ, in cuius obligatione Iudex noluit simpliciter suum decretum interponere, sed vlterius mandauit pecunias ad censum receptas exponi pro debitis Octauij, & quod cederunt iura Dorotheæ ne aliquod detrimētū pateretur eod. sum. n. 3. Paulo post Octauius notoriç decoctus declaratus fuit. Vnde cū Dorotea instaret pro recuperatione suæ dotis sc. 10. m. adhibitis omnibus diligētiis, tum in aliis, tum pręcipue in hoc Sac. Trbunali corā b. m. Litta, nihil aliud recipere pótuit quā paruulā quādā vineā &

& domum valoris insimul scu torum 1500. Et inde insurgentibus Creditoribus ad quorũ fauorem Dorothea contemplatione Viri se obligauerat, emanauit illa decis.in Romana dotis de Roncionibus coram b. m. Card. Arrigonio 5. Iulij 1593. in qua dictum fuit eius obligationẽ esse nullam ex quo non poterat remanere penitus indotata.

Post plures annos insurexit Emilia, & vigore præfati census egit in Curia Capitolina pro fructibus contra Dorotheam, & licet obtinuerit mãdatum fauorabile, tamen in gradu appellationis fuit illud reuocatum per sententiã, quæ ob non prosequutam appellationem fecit transitum in iudicatum, & cum post mortem Emiliæ Patres S. Blasii ipsius legatarij in d. censu prętenderent, debere relaxari mandatum ab A. C. pro fructibus decursis, contra Dorotheam, quod ipsa negabat. Hinc Rota fuit consulta quid sibi de iure videretur. Et me ponente negatiue respõdendũ putauit.

Ratio decisionis fuit, quia si Dorothea debitrix existeret sortis principalis, census pro quo se obligauit, & fructuum à multis annis decursorum penitus indotata remaneret ex qua causa fuit resolutum, vt supra corã b. m. Cardinali Arrigonio eiusdem mulieris obligationem pro eximendo à carceribus viro nullam fuisse, non obstante, quod fuerit facta cum Iuramento, quam decisionem postea Rota sequuta fuit coram Cardinali Seraph. decis. 1187. nu. 2. & in Romana Societatis officij 13. Februarij 1606. coram b. m. Litta, & in alijs.

Quamuis enim mulier dotẽ habuerit sc. 10000. Nihilominus tota fuit per virum consumpta, adeo vt solum recuperare potuerit vineam extrã Portam Piam petiarum quatuor, & domum in Platea Nagonæ, vbi degit hodie distillator, vt probant 1. & 2. testis vltimo loco examinati summario num. 5. iuncto 1. teste examinato corã Capitaneo n. 1. qui licèt non deponant de valore istorũ duorum corporum, satis redditur verisimile, vt non excedat scuta 1500. vt pręsupponitur. Vnde si Emilia creditrix census de quo agitur à die de quo Octauius vir Dorotheæ declaratus fuit decoctus, & sic de anno 1593. fructus illius census non exegit, vt in confesso est inter partes illi, hodie sortem principalem non excederent: & per consequens valorẽ domus & Vineæ, quæ pro

2 pro dote Dorotheæ remanserunt; Vnde illa penitus indotata remaneret.

Nec ad huiusmodi effectum attendendum tempus obligationis factæ per Dorotheam,
3 sed tempus restitutionis dotis ac etiam tempus, quo contra ipsam hodie agitur, Abb. in cap. peruenit num. 2 Vbi de communi, & ibi Imol. num. 12. ad fin. Anan. num. 4. de empt. & vendit. Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. § 17. num. 21. versic. Et mihi, Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 76. n. 12. Paris. consil 75. num. 17. lib. 3. Afflict. decis. 313. Thesaur. decis. 223. numero nono, & fuit pluries in Rota decisum, & præcipue in causa Interamnen. Mercium 4. Iunij 1597. coram bon. memoriæ Penia.

4 Quod tanto magis placuit Dominis, quia nec datus fuit releuator ipsius mulieris, nec tempore obligationis aderant aliqua bona Viri super quibus illa posset se reualere, cum vsque a principio, quo contractum fuit matrimonium ille communiter reputaretur, per vn homo fallito, vt deponunt testes summario Dorotheę num. 2. prout euentus docuit ex quo ipse postea notoriè decoctus declaratus fuit quæ declaratio licet superuenerit post dictam obligationē attamen non tollit imo magis confirmat statum præcedentē in quo reperiebatur, vt dicunt testes intrigato, & indebitato, e fallito da tutti tenuto. sic vt mulier non haberet, vnde se reualere posset in bonis mariti, & ideo dicta obligatio remansit inualida, vt in terminis fuit decisum in Romana Argentorum 27. Iunij 1607. & 24. Martij 1608. coram Reuerendissimo Bononien.

Non obstat decisio in causa Romana Saluiani interdicti 11. Ianuarij pręteriti coram Reuerendo Patre Domino meo Manzanedo, in qua fuit habita pro valida obligatio mulieris pro liberando a carceribus viro, quia non impugnatur causa obligationis, sed
5 defectus releuationis, & quod mulier remaneret indotata, quod aliter se habebat in casu dictæ decisionis in quo mulier censum imposuerat super bonis non dotalibus, vnde vt ibi dicitur eius obligatio sustinebatur cum non remaneret vllo modo indotata.

Ex quo cessat aliud obiectū quod hic non agitur de illa obligatione Dorotheæ facta circa annum 1593. pro excarcerando Octauium iam decoctum

ctum pro omni eius ære alieno ad fauorem omnium creditorum, de qua in decisione Cardinalis Arigonij, sed de obligatione facta per quinque annos ante ad fauorem Emiliæ, & cum causa a iure approbata, videlicet, ne Octauius propter æs alienum, quo tunc præmebatur carceraretur, & quæ non recipit amaritudinē hanc, vt inde Dorothea remaneret indotata cum debitum de qua agitur in sorte principali sit scut. mille duntaxat, & ipso habeat dotem scutorum decemmillium, quia de tempore anterioris obligationis Octauius iam erat lapsus facultatibus, & fallitus, vt dicunt testes, vnde licet
6 causa obligationis esset iusta, non ideo tamen debuit mulier sine dote, & sine recursu ad bona mariti remanere tota autem dos scut. decemmilliū fuit redacta ad scuta 1500. ex quibus si deberent solui fructus istius census, vt supra dictum fuit illa remaneret indotata, quia ad hunc effectum attenditur non solum tempus contractus, sed etiam tempus quo agit mulier ad recuperationem suæ dotis, seu contra ipsam agitur.

Ex alio etiam Domini censuerunt mandatum non esse relaxandum, quia pro validitate obligationis huius mulieris fuit necessarium Iudicis decretum, quod licet interuenerit in casu isto tamen cum
7 Iudex mandauerit, quod pecuniæ ad censum captæ implicarentur in extinctionem debitorum Octauii, & quod cederentur iura ipsi Dorotheæ in euentum, quod detrimentum aliquod pateretur, & hoc non appareat factum obligatio mulieris tanquam forma non seruata remanet nulla, l. cum hi, §. si Prætor, ff. de transact. cap. cum dilecta de rescript. Surd. decis. 268. numero 8.

Denique placuit aliud fundamentum quod dicta obligatio fuit vulnerata per sententiam Capitanei latam contra dictam Emiliam authricem Patrum S. Blasij super absolutione a fructibus istius census
8 per quam sententiam fuit vulnerata obligatio Cameralis in contractu census apposita, ita vt non possit amplius exequutiue procedi, Rot. decis. 132. num. 1. par. 2. Card. Seraph. decis. 674. num. 2. cum alijs per Gonzal. sup. reg 8. glos. 6. nu. 202. & seq & per Modern. de oblig Camer. quæst. 37. in addit. num. 17. Et ita conclusum vnanimi Suffragio Dominorum mandatum non esse relaxandum.

Ro.

Romana Vineæ.

Lunæ 29. Februarij 1616.

SVMMARIVM.

Legitima non potest prohiberi cum sit exempta ab omni onere num. 1.

Alienata imputantur in legitimam, num. 2.

Etiam non confecto inuentario, num. 3.

Inuentarij omissio non praiudicat hæredi volenti detrahere legitimam, vel in eam computare alienata sub num. 3.

Fideicommissarius asserens hæredem alienasse prius alia bona quam ea de quibus agitur pro imputatione in legitimam debet probare nu. 4. & sub numero 8.

Non extantibus bonis relictis a testatore tempore restitutionis præsumitur illa bona electa ab hærede pro legitima, numero 5.

Opposito, quod non constat de priori alienatione, redditur dubia actio fideicommissarij ad repetendam alienata per hæredem, num. 6.

Consumptio bonorum mobilium, quæ prouenit ex tempore, vt sunt vtensilia, & huiusmodi non imputantur in legitimam sed cedunt damno fideicommissarij, num. 7.

Merces venales non præsumuntur consumptæ, sed facta subrogatione dicuntur extare, numero 9.

DECISIO LXXX.

IVlianus Leonettus, qui in communione, vsque ad diem obitus sui cũ Alexandro Leonetto eius fratre germano vixit de anno 1578. in eius testamento cum quo decessit vniuersales hæredes instituit filios suos Petrum Paulum, & Augustinum quos ad inuicem vulgariter, & per fideicommissum substituit quandocunque eorum aliquis sine filiis decederet, & si filios, vel nepotes relinquerent eos pariter succedere voluit in stirpes & non in capita, & prohibuit dd. Petro Paulo, & Augustino venditionem, & quamuis aliam eius bonorum alienationem, ac detractionem cuiuscumque Trebellianicæ, falcidiæ, & alterius legitimæ portionis summario mulierum num. 1.

De anno 1590. Alexander germanus frater dicti Iuliani suum pariter condidit testamentum in quo vniuersales hæredes fecit eosdem Petrum Paulum, & Augustinum eius ne-

nepotes, & si quis ex eis decederet sine filijs tam masculis, quam fæminis substituit vulgariter, & per fideicommissum aliū superstitem, & casu quo ambo decederent sine filiis, & filiabus substituit Franciscum Leonettum quibus hæredibus institutis, & respectiue substitutis prohibuit dictorum suorum bonorum alienationem num. 2. & in d. suo testamento enunciauit omnia bona, tam mobilia, quàm stabilia, quæ dixit habuisse, & habere possedisse, & possidere pro indiuiso cum dicto Iuliano, dum viueret eius fratre germano, & inter alia Vineam de qua agitur positam extra portam Sancti Angeli num. 3. quam Vineam de anno 1592. dict. Petrus Paulus, & Augustinus vendiderunt DD. de Torres pro scutis 1200.

De anno 1606. decessit Augustinus ab intestato, & sine filijs superstite Petro Paulo, & successiue de ãno 1612. obiit Petrus Paulus relictis Vincẽtia, & Helena eius filiabus, quæ in vim dd. testamẽtorum agere ceperũt contra dictos DD. de Torres possessores dictę Vineæ super immissione in possessioné illius, vigore Saluiani, vnde 2. Decembris 1615. Dubitaui an illud intraret, & fuit dilata resolutio; demũ vero sub die 29. Februarii 1616. eadem causa re. proposita DD. cẽsuerũt quoad medietatem Iuliani Patris nõ esse dandã immissionẽ, & quod de aliis videretur.

Ratio decisionis fuit, quia Petro Paulo, & Augustino filii, & hęredibus Iuliani cõpetebat in bonis Patris detractio legitimæ, quæ nõ potuit
1 prohiberi cũ sit certa, & exẽpta ab onere fideicõmissi l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam. c. Raynutius, & c. Rainaldus de testam. Peregr. de fideicom. art. 36. n. 61. Molin. de hispan. primog. lib. 2. c. 1. n. 28. in fi. & seq. cũ aliis adductis in Rom. legitimæ 27 Iunii 1614. coram Verospio.

Et cũ d. Vinea fuerit per filios alienata, paulo post obitũ dd. testatorũ medietas illius pro indiuiso cõpetẽs Iu-
2 liano debet imputari in portionẽ legitimæ eis debitã in bonis præfatis l. Marcellus §. res quę ff. ad treb. Paris. cõs. 93. n. 58. lib. 2. Natt. cons. 28. num. 27. Peregr. cons. 52. n. 35. lib. 1. & de fideicomiss. art. 39. nu. 2. Gabriel de legitim. conclus. quarta num. 8. Crass. in §. legitima quæst. 17. lib. quarto, Gram. decis. 93, num. 5. Magon. decis. Floren. 91. eodem num. quinto, & firmauit Rot. in eadem Romana legitimæ

18.

18. Martij 1616. coram eodem D. meo Verospio.

3 Quod procedit, etiam non confecto inuentario, quia illius omissio non præiudicat hæredi volêti detrahere suam legitimam, vel in eam imputare rem alienatam contra fideicomissarium vniuersalem Gabr. Rom. de legit.conclus. 7. num. 1. & 2 Vbi de communi, & alter Eugubin. cons. 121. n.51. lib.1. & cons. 138. num.34.libro secundo Roland. de inuent.5. par. cap.3. n.10. Cæual. q.691. num. 1. vers. Sed contraria, & n. seq. & fuit dictum in alia Rom. legitimæ 23. Martij 1612. coram R.P.D. meo Caualerio.

Non obstat, quod adessent alia bona, quæ prius fuerint 4 alienata, quia hoc non iustificatur, & sorores asserentes prius alia bona fuisse alienata tenentur hoc probare, Gabr. d. cons.138. num. 5. vers. Id circo, cum pluribus seqq. lib. 2. Peregr. d. art. 39. num.13. & cons. 52. num. 37. vers. Itê fideicomissario lib. 1. Rot.decis.641. num. 18. par. 1. & decis.210. par.2.diuers. Card. Seraph. decis. 609. num. 5. & seq.

Nec valet dicere, quod Domini de Torres incumbat onus probandi istam vineam prius fuisse alienatam, quia ex testamento Alexandri constat in hæreditate remansisse plura bona mobilia, & massaritias, ac merces drogariæ, quæ, cum hodie non extent, 5 præsumitur super illis à filijs grauatis fuisse electam eorum legitimam, & ideo neganti illa suffecisse ad legitimæ detractionem, hoc onus sibi probandi incumbit, Natt. cons. 138. num. 11. vers. Sed quid plura, Gabr. cons. 118. num. 7. vers. Demum hoc casu lib. 1. & dicto cons. 138. num.19. lib. 2. Peregr. dicto art. 39. num. 14. Surd. decis. 316. n. 13. vers. & licèt dicatur Rot. decis. 628. in fin. par. 1. diuersorum, Cardinalis Seraph. decis. 321. num. 18. Nam vltra quod non probatur hæc bona, hodie non extare Domini de Torres non dicunt illa non sufficere pro detractione legitimę filiorum à quibus 6 ipsi causam habent, sed quod non constat de priori alienatione, quod sufficit, vt dubia reddatur actio fideicômissarij vt declarat Peregr. dicto art. 39. num. 14. in fin. vers. Si vero reus.

7 Accedat, quod consumptio bonorum mobilium, quæ prouenit ex têpore, vt in massaritijs, vtensilibus, & huiusmodi non computatur in legitimam, sed cedit potius dâno fideicômissarij, & sufficit hæredi probare, quod spatio tan-

tāti tẽporis, illa verisimiliter fuerunt consumpta iuxt. doctr. Barr. in l. quod ad præsens num. 3. C. de murileg. lib. 12. quam sequitur Afflict. decis. 13. num. 27. & in terminis Peregr. de fideicōmis. art. 10. num. 39. & seq. Alexander autem obiit de ann. 1590. Vnde ex cursu tanti temporis satis hæc consumptio redditur verisimilis.

Nec obstat, quod hæc verisimilitudo non procedit in mercibus venalibus, quæ nõ deseruiunt pro vsu domus, sed facto hæredum extare desie-
8 runt, quia omisso quod in illis datur subrogatio per quã ille conseruantur, l. cum Tabernam ff. de pignoribus, cum dicta vinea appareat alienata paulo post obitum Alexandri satis est verisimile, quod fuerit primo loco alienata, & in omnem casum fideicomissario contrarium dicenti incũbit onus probandi ex supradictis

Cæterum, & si pro parte DD. de Torres fuerit data quædam notula bonorum hęreditariorum Iuliani, & Alexandri, ad probandum, quod dictæ hæreditates ascẽdebant ad magnam quantitatem, ita ut Vinea de qua agitur non adscendat portionem legitimæ debitæ in hæreditate Iuliani Patris, & dictum fuerit, quod ex istis bonis erat etiam detrahenda dos materna scutorum 450. Quia tamen dicta notula, & dos materna non iustificabantur, & remanebat articulus super vocatione istarum mulierum ad vtrumq. fideicōmissum, & aliæ quoque superuenerunt difficultates, ideo Domini pro nunc dixerunt, quoad hęreditatem Iuliani Patris, non esse dandam immissionem, & quod de aliis videretur.

Elboren. pręstationis Annuę.

Veneris 2. Decembris 1616.

SVMARIVM

Obligatio concepta ad tempus, vel sub condtione, finito tempore, & euentu conditionis expirat num. 1.

Possessio dependens ab obligatione extincta, extinguitur, & sic nullum competit remediũ possessorium n. 2.

Manutentio possessori non denegatur, cum exceptio est turbida num. 3.

Quod beneficiatus hodie non possident beneficia ex quibus soluitur pensio debet probari, & pro-

& probatio debet fieri vel per rem iudicatam, vel per confessionem partis, num. 5.

Clausula arbitrio Rotæ, remissit aliquid de rigore iuris, numero 5.

Clausula arbitrio Rotæ, operatur vt censeatur cumulatum petitorium, & possessorium, numero 6.

Cum vigore clausulæ, Arbitrio Rotæ, constat de defectu iuris in petitorio, denegatur manutentio, num. 7.

DECISIO LXXXI

DOmini nõ dubitabant quin conclusiones adductæ per informãtes cõtra decisionem sub die 1. Iulij proxime præteriti in iure essent veræ nempe, quod obligatio concepta
1 ad tempus, vel sub conditione finito tempore, aut eueniente conditione expirat, &
2 consequenter possessio ab ea dependens, ita ut non competat aliquod remedium possessorium, Gig. de pensio. quæstione vltima num. 7. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo Reuertatur, num. 339. & sequenti, Natt. consil. 419. numero tertio. Et in terminis pensionis reseruatæ, donec pensionarius aliam similem Parrochialem obtineret, fuit decisum in Colimbrien. pensionis 6. Iunii, & 5. Decembris 1614. coram Reuerendo Patre Domino meo Manzanedo.

Sed eas tamen procedere dicebant, quando incontinenti clare probatur tempus finitum, vel purificatio conditionis, alias quando talis ex-
3 ceptio est turbida, vel alias requirit altiorem indaginem, non debet interim denegari manutentio possessori, vt tenuit Rota in causa Beneuentana census 3. Iunii 1594. coram Corduba, & in Pacten. pensionis 1. Iulii 1596. coram bon. mem Cardinali Pamphilio, & in aliis relatis in 1. decisione.

4 In casu autem de quo agitur, non fuit probatum, quod Decanus hodie non possideat eadem duo beneficia ex quorum fructibus si obligauit ad soluen. huiusmodi pensionem, quia ad hunc effectum requiritur probatio per rem iudicatam, vel per confessionem partis, Rota decis. 201. num. 4. & decis. 169. num. 6. part. 2. diuersorum. Seraphinus decis. 73. num. 2. & decis. 896. num. 6. cum aliis per Lancellott. de attentat. 3. parte capitulo 24. quæst. 1. num. 65. & seq.

5 Non obstat clausula, arbitrio, quæ dat facultatem

Iudici

Iudici remittendi aliquid de rigore iuris Crescen. decis.4. nu. 3. de testib. & operatur vt censeatur cumulatum petitorium,& possessoriũ,Cæs. de Grass.dec.8.nu.4. de re iudic. & facit vt Rota debeat intrare petitorium, vt in Mediolanen. pensionis 5. Nouembis 1607.coram Reuerendiss.Lugdunen. in qua fuit allegata alia decisio in Clusina pensionis 2. Decembr. 1687.coram Cardinali Platto. Vbi dictum fuit quod quando vigore dictæ clausulę constat de defectu iuris in petitorio denegatur manutentio, quod ea fuit dictum in illa Colimbrien. pẽsionis coram R. P. D. meo Manzanedo. Quia fuit responsum hæc omnia procedere quando ex deductis, & si non per confessionem vel rem iudicatam,alter tamen apparet de non iure in petitorio vt in casu Cæsar de Grass. vbi supra num. 13. in quo constabant de vitio in ventre qui idem defectus aderat in facto etiam constabat de assecutione alterius Parrochialis nec hoc controuertebatur, & & in Clusina pensionis coram Reuerendo Patri Domino Platto aderat Instrumentum cessionis pensionis. In illa autem Mediolanen. fuerat resolutum extinctionem fuisse validam. At in casu nostro constat quod conditio defecerit, vel tempus obligationis sit finitum. Quia licet Decanus resignauerit Canonicatum. Adhuc tamen prætenditur, quod obligatio duret quamdiu ipse Decanatu possederit; Imo etiam eo dimisso, quia obligatio soluendi fuit pura, & perpetua, nempè quandiu Elisabetta vixerit, & fructus beneficiorum fuerunt appositi demonstratiue non autem conditionaliter. Ex quibus & alijs hic per eam adductis non clare apparet de defectu conditionis nec de extinctione obligationis. Ideo interim in sua possessione clara, & certa venit manutenenda. Ex quibus Domini in decisis perstiterunt.

Vercellen. Parrochialis.

Veneris 20. Maij 1616.

SVMMARIVM.

Executor datus ad conferendũ in forma iuris per vacationẽ, ob simoniam est mixtus, & tenetur tamquam Iudex procedere cum causæ cognitione nũ primo.

Clausula vocatis vocandis importat causæ cognitionem num 2.

Asñtia executoris mixti datur appellatio, & capta possessio aliaq; interea facta sunt attentata, & nulla num. 3. & 7.

Executor datus super cognitione criminis ad effectum priuandi & conferendi dicitur mixtus, & potest dubitari, an beneficium sit litigiosum num. 4.

Beneficium non est litigiosum, ergo non datur appellatio à sententia executoris non sequitur num. 5.

Lis super priuatione facit beneficium litigiosum num. 6.

A sentia in crimine simoniæ non datur appellatio num. 8.

Verum in ordine secus in beneficijs num, 9.

Appellatio datur à collatione stãte priuatione ex simonia sub numero 8.

Simoniacus Notarius, vel confessus, vel occultos respectu ordinis non appellat num. 9.

Confessio cedentis non nocet cessionario facta post cessionem num. 10.

Collitigans potest appellare, & appellatione pendente nihil est innouandum num. 11.

Ad reuocandum attentata potius contemptus iudicis, quam interesse partis attenditur numero. 12.

Ad impediendum reuocationem attentatorum, debet notorie constare de non iure partis, vel per eius confessionem, vel per rem iudicatam n. 13.

DECISIO LXXXII.

CVm executor in gratia Nicolai datus ad conferendũ istam Parrochialem in forma iuris per vocationem ob Simoniam esset mixtus, & propterea teneretur assumere partes Iudicis, & procedere, cum causæ cognitione iux. conf. Card. 63. & dec. in terminis b. m. Card. Seraph. 1045. n. 1. Stante maxime clausula vocatis vocandis, quæ importat causæ cognitionem vocatis iis quorum interest iudi-

iudicialiter procedendo, cap. exhibita, & ibi Panorm. numero sexto, Felinus num. 4. & com. alii de iudic. idem Felin. in cap. dudum num. 23. de præsumpt. & in cap. de cætero num. 10. de re iudic. Rota decis. 30. de rescript. in nou. cum aliis per Modern. de clausula in vltima impress. clausul. 196. numero secundo & in puncto Card. vbi supra in principio d. cons. & Seraphinus dicta decis. 1045. nu. 1. vers. Præsertim stante clausula, & decis. 1056. num. secundo Domini pro certo ha-
3 buerunt, quod à sententia talis mixti executoris daretur appellatio, & consequenter ma ndatum de immittendo, & illius vigore sequuta immissio captaquæ possessio pro parte Nicolai, post appellationem Bocchetti fuerint nulla, & attentata capitulo venientes in fine de iure iurando capitulo non solum in principio de appell. in sexto, Puteus decis. 30. num. 1. libro primo Mohed. decis. 11. num. secundo de præben. Guidob. decis. 104. Rot dec. 616. num. 2. p. 1. & decis. 6. nu. 1. par. 2. diuers. Modern. vbi supra nu. 4. in fin. vers. stãte hac clausula, & in indiuiduo huiusmodi gratiæ in forma iuris tradit Card. d. cons. 63. num. primo vers. Et hoc præsupposito, Seraph. dicta decis. 1045. num. 2.

Nec obstat exceptio, quod beneficium non esset litigiosum, quia non agebatur super titulo beneficii, sed de priuan-
4 da persona beneficiati propter crimen, Sarnen. in regula de subrog. collitig. quæst. 7. num. 2. vers. Tamen aduertẽdum est, & in reg. de annal. quæst. 42. in princ. Bisignet. decis. vltima in fine de re iudic. Rebuff. in prax. de instr. resign. glos. 12. numero 19. vers. sed an possit, Ferret. consilio 13. nu. primo in fin. vers. Nec ex eo cum aliis allegatis, Quia omisso, quod Nicolaus ad præscriptum suæ gratiæ, non solum petijt Bartholomeum priuari, sed etiam in euentum priuationis d. beneficium sibi conferri, & assignari, quo casu dubitari potest, an illud fuerit effectum litigiosum iux. terminos glos. in capitulo 2. verbo finita in fin. & ibi Franc. num. fin. vt lit. pẽdente in 6. Ferret. cons. 110. num. 7. duplicato infra cons. 192. num. 11. Put. dec. 496. num. 2. & seq. lib. 2. cum aliis per Lancellott. de attentat. 1. parte cap. 3. nu. 126. & deductis in Placentina Canonicatus 26. Nouembris 1593. corã b. m. Orano, & in

Terdonen. præpositura 26. Octobris 1601. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, in proposito non recte sequitur beneficium non fuit effectum litigiosum, ergo non dubitatur appellatio à sententia executoris, quia licet non esse lis super beneficio tamen erat lis super priuatione Bocchetti, & cum ipse fuerit priuatus in sententia quæ declarauit gratiam Nicolai esse iustificatam, bene potuit appellare, & cessat difficultas ex tenore gratiæ. Cum enim vigore clausulæ vocatis dicto Bartholomeo, & alijs, qui fuerint vocandi Iudex iudicialiter producere teneretur, vt supradictum fuit in necessarium consequens ab eius sententia dabatur appellatio, dicto capitulo exhibita in fin. de iudic. & in vltra allegatos supra tradit per hanc rationem, Felin. ibi num. 5. Lancellott. de attent. 2. parte cap. 11. num. 30. Modern. supra reg. 8. glos. 9. §. primo in annot. num. 226. & est casus expressus, & decisus in dicto conf. Card. 63. & dicta decis. Seraph. 1045.

Quod autem hic ageretur de Crimine Simoniæ in quo à sententia lata non datur appellatio. Visum fuit non subsistere, tum quia vt supra dictum est, appellatio dabatur à collatione, vt in terminis respondet Seraphinus vbi supra num. 5. Tum quia obiectum procedit, quando Simoniacus est notorius, vel confessus, vel quãdo est occultus. Simonia fuit commissa respectu tantummodo ordinis, non autem prout in casu isto prætenditur super beneficio, iuxta distinctionem Anan. in cap. sicut ap. fin. versiculo forte potest dici de Simonia, quam sequuta est Rota in dicta decisione Seraph. 1045. numero 5. versiculo Præterea, Farinacius quæst. crimin. quæst. 101. limitatione 3. numero 47. versiculo Vide tamen, hic autem non constat de huiusmodi notorietate ex actis, neque de Confessione Bocchetti resignatarij.

Non obst. constaret de Confessione cedentis, & resignantis, qui fassus fuit in iudicio se resignasse ad fauorem Bocchetti, vt liberaret Nepotem à vexatione criminali, ita conuincendo cum Domino illius loci, quia
10 confessio cedentis non nocet cessionario, quando fuit facta post cessionem, seu resignationem, Afflict. decis. 165. nu. 5. Veral. decis. 185. in princ.

princ. par. 1. & in terminis Simoniæ, Alciat. coas. 2. nu. 2. lib. 1. Modern. de confiden. quæst. 68. num. 22. Seraph. decis. 1029. num. tertio, & 13.

Minus etiã faciebat, quod Bocchettus non esset possessor beneficii quasi propterea cessaret illius interesse, Nam satis illud apparebat ex litteris apostolicis resignantis, &
11 sufficit, quod esset colligigans ad effectum, vt posset appellare, & appellatione pendente nihil esset innouandum dicto capitulo, non solum de appellatione in 6. cum aliis allegatis, & in omnem euentum hæc exceptio non impedit re
12 uocationem attentatorum, cum non tam partis interesse quam contemptus Iudicis attendatur, Rot. decis. 5. num. 5. vt lit. pend. in antiq. Cassador. dec. 3. n. 6. de rest. spol. Veral. decis. 57. par. 1.

Nec placuerunt deducta super non Iure Bocchetti ad ex
13 cludendam reuocationem Attentatorum, quia ad istum effectum debet notorie constare de non iure per confessionem partis, vel per rem iudicatã, Lancellott. de attent. 3. par. cap. 24. q. 1. n. 65. & seq. Vbi allegat plures decisiones. & fuit dictum in Cæsaraugustana dismẽbrationis 23. Ianuarii 1610. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.

Ex quibus ita conclusum vnanimiter possessionem esse attentata.

Romana Dotis.

Mercurij 22. Iunij 1616.

SVMMARIVM.

Solutionis die euenientes debitor tenetur soluere num. 1.

Obligatio Cameralis habet executionem paratam num. 2.

Obligatione conditionali pendente debito, non tenetur soluere num. 3.

Dictio cum, adiecta personæ, & non tempori, non facit conditionem num 4.

Solutio adiecta tempori futuro, non facit conditionem, vbi tempus est certum num. 5.

Consensus constat ex subscriptione facta in apoca num. 5.

Statutum Vrbis lib. 1 cap. 251. quod mulieres non obligentur sine solemnis actibus, non comprehendit causam dotis nu. 6.

Mulier intercedens pro viro pro dotãda cõmuni filia obligatur sine solẽnitatibus Statut. n. 7.

DECISIO LXXXIII.

FVerunt alias contracta sponsalia per verba de futuro, inter Dominum Franciscum Chislerium ex vna, ac Dominam Margaritam Bartholam ex altera, & in apocha matrimoniali Reuerend. Pater Dominus Bartholus frater patruelis ipsius Margaritæ, tam nomine proprio, quã nomine Alphonsi communis Patris, pro quo de rato in ampliori forma Cameræ se obligauit, eidem Francisco promisit dare pro dote dictæ Margaritæ scuta quatuor millia, & acconcium hoc modo soluen. nempe scuta duo millia statim sequuta immissione anuli pro alijs scutis mille domum prope Ecclesiam sanctæ Barbaræ, cum pacto redimen. ac reliqua scuta mille ratione dotis D. Felicis ipsius Sponsæ Matris, infra biennium tunc proximum, cum consensu ipsius D. Felicis, quę omnia fuerunt subscripta per DD. R. P. D. Bartholum, Franciscum, & Felicem, nec non Camerali obligatione vallata.

Contracto Matrimonio per verba de præsenti, soluta fuerunt scuta duo millia, & etiam alia scuta mille in locum domus promissę: cumque elapso biennio, recusarent Domini Bartholi soluere reliqua scuta mille, sub prætextu, quod non tenerentur absque nouo consensu ipsius Domina Felicis, idem Franciscus egit coram R. P. Domino Cellesio ab Auditore Cameræ deputato, vigore obligationis Cameralis, & dum instaretur pro relaxatione mandati, fuit exaduerso requisitum Votum Rotæ; Vnde Dubitaui, An mandatum esset relaxandum, & DD. Francisco tantum informante pro eo, & sic affirmatiue responderunt.

Quia cum R. P. Dominus Bartholus de anno 1613. se obligauerit in forma Cameræ soluere ista scuta mille, in termino duorum annorum, & terminus sit elapsus, & sic
1 dies solutionis venerit, ipse tenetur soluere, l. qui hoc anno, l. centesimus, ff. de verborum obligat. l. cedere diem ff. de verborum significat. & potest cogi via executiua,
2 stante obligatione Camerali, quæ habet exequutionem paratam, Castren. in l. post rem iudicatam, in fine, ff. de re iudic. Cephal. consil. 439. num. 16. Thesaur. decis. 26. num. 11. Cassador. decis. vnica, sub num. 2. de mut. petit. cum alijs per Modern. de obligat.

Came-

Cameral. quæst. secunda in addit. num. quarto, & fuit dictum in Romana executionis laudi 26. Iunij 1613. coram R.P. Domino meo Vbaldo, & sæpe alias.

Non obstat, quod ipse promisit soluere dicta scuta mille cum consensu ipsius Domin. Felicis, & sic sub conditione, quatenus illa consenserit, ac propterea non esse locum
3 dictæ promissioni de soluendo, nisi purificata conditione, l. hoc iure, ff. de verbor. obligat. cum simil. quia placuit responsio, quod dictio,
4 Cum, fuit adiecta personæ, & non tempori, quo casu non facit conditionem, l. Titiæ, §. nihil, ff. de legat. primo, l. illi cum illo, ff. de vsufruct. legat. Bart. in l. prima, num. 8. in princip. ff. de condit. & demonstr.

Et tanto magis, quia dicta verba non fuerunt apposita huiusmodi promissioni, & obligationi, quæ est simplex, & pura, sed solutioni, & sic executioni illius, quo casu etiã
5 quando solutio est adiecta tẽpori futuro non facit conditionem, vbi prout in casu isto, tempus expressum est certum l. ex his, C. quan. dies leg. ced. l. firmio, ff. eodem, Bart. in l. quodcumque, §. non solum, num. primo, versiculo Primo casu, & ibi Imol. in princip. versiculo Tu adde Iason num. 2. versiculo Secundo in quantum Bartholus, & num. 3. limit. prima, Alciat. num. 7. Zas. num. 5. versic. Hæc conclusio, ff. de verbor. obligat. idem Imola, & Zas. in dicta l. centesimis ille, num. 4. versiculo Secundo casu, il secondo, iste num 6. §. final. & faciunt in his terminis tradita per Dec. consil. 324. ante numerum primum, versiculo Secundo hoc idem, Laderch. consil. 159. num. primo ad fin. Garz. de expens. cap. 4. num. 38.

5 Vltra, quod satis adest cõsensus Felicis, ex subscriptione per eam facta dictę apochæ matrimoniali, l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, & ibi Doctor. ff. de verbor. obligat. Felin. in cap. 2. nu. 6. ad fin. versiculo Octaua declaratio, & num. sequen. de fide instrument. Aym. consil. 70. num. 40. Gabr. de præsumption. conclus. 3. Veral. decisione 360. num. septimo, par. secunda, Seraphin. decis. 973. num. 1.

Et quamuis dicta subscriptio facta fuerit sine solemni-
6 tatibus Statut. Vrbis lib. 1. cap. 151. tamen in casu isto non fuerunt necessariæ, cum statutum non comprehendat

causam dotis,Lamberteng.de contract. glos. 21. num. 2. & & 4.cum sequen. & in terminis dicti Statuti, Put. decis. 160. ad finem. lib. 3. in nou. Caputaquen.decis. 3. & 199. par. 3. & fuit dictum in Romana dotis 29.Maij 1602.coram Reuerendissimo Attrebaten. & Imolen. contractus Dotis 18. Iunii 1610. & 29. Aprilis 1611. coram R. P.D. meo Manzanedo, & alias sæpius, Idque etiam procedit,
7 quamuis vxor intercedat pro viro pro dotanda communi filia, vt tradunt plurimi relati in addit. margin. ad d. decis. Put. 160. Vbi quod in eadem causa ita fuit resolutum, quod & tenuit Rota in Firmana Dotis 26. Februarij 1614. coram R. P. D. meo Decano.

Et ita Conclusum Francisco tantum informante mandatum esse relaxandum.

Hæsina bonorum.

Veneris 1. Iulij 1616.

SVMMARIVM.

Filiatione & paupertate non probata,& præsumptione mali iuris existente non debentur alimenta, & sumptus litis,n.1.

Testes examinati in alio iudicio, & inter alias personas solent in causa status probare quoad omnes,si ille de cuius interesse principaliter agitur fuerit citatus, num. 2.

Sententia quibus nocet,nocent & testes, num.3.

Acta inter alios fidem faciunt cōtra omnes concurrentibus adminiculis, num.4.

Testes deponentes se ignorare nō dicuntur informati de facto, & non probant, num.5.

Præsumptio mali iuris est veniendo contra transactionem factā non docendo de læsione,n 6.

DECISIO LXXXIV.

IN decisione in hac causa facta 11.Maii 1609. coram Reuerendiss. Lugdunen. tria videbantur obstare Dariæ, vt illi non essent subministranda alimenta,& sumptus litis nēpe filiatio, & paupertas non probata,nec non præsumptio mali iuris, cum tamen vltra prima duo requisita deberet etiam concurrere præsumptio boni iuris pro eâ iux.trad. per Couar.pract.quæst.cap.6. num.5.& Surd.de alimen. tit. 1.q.119.n.1.& 2.Ceph.cons. 127.n.11.vers.Ad tertium,Seraph. decis. 1098. num. 2.

Hodie vero causa repropo sita, quoad filiationem,visum fuit eam probari, nam vltra testes licet examinatos in alio

2 alio iudicio, & inter alias personas, qui in causa status solent probare, quoad omnes, si ille de cuius interesse principaliter agitur fuerit citatus, Achil. decis. 5. de re iudicata, Mohedan. decis. 8. eodem titulo, qui licet loquã
3 tur in sententia, tamen etiam procedunt in testibus ob eã rationem, quod quibus nocet sententia nocent, & testes, & acta Innocent. in capitulo causam quæ, il primo in fine, Felin. num. 26. & com. alii de test. Alex. cons. 61. n. 9. lib. 2. Cęsar de Grassis decis. secunda num. 4. de iudic. & in indiuiduo Achil. dict. dec. quinta in fine, dantur adminicula ex fide baptismi, & ex attestatione Cõmunitatis summario num. sexto & septimo. Nec dubium est, quin concur
4 rentibus adminiculis res inter alios acta fidem faciat cõtra omnes, Menoch. cons. 384. num. 12.

5 Sed quia paupertas non videbatur satis probata, nam testes in Curia examinati summario num. 9. interrogati, si Daria possideat bona, vel illius maritus, negatiue respondent ignorare, quod ipsa, vel eius maritus habeant bona mobilia, vel stabilia, quod sufficit ad ostendendum quod testes non sint informati de statu Dariæ, & quoad bonum ius, ipsa non docet, se habere aliquam præsumptio-
6 nem quin potius adest præsumptio contra ipsã, ex quo venit contra transactionem Thomæ, nec docet saltem sũmarie, & semiplene de lęsione, vt fuit dictum in hac causa coram Reuerendissimo Lugdunen. propterea Domini steterunt in decisis.

Barbaſtren. Pecuniaria.

Veneris 1. Iulij 1616.

SVMMARIVM.

Arbitrium intelligitur prout de Iure, & ab eo regulatur num. primo.

Executio cepta nunquam retardatur de Iure num. 2.

Executio cepta dicitur, cum ſunt decreta, & relaxatæ executoriales, ſeu relaxatum mandatum executiuum nu. 3.

Vt ſententiæ dicantur notoriæ iniuſtæ, requiritur, quod earũ iniuſtitia tergiuerſari non poſſit, & illa ex actis colligatur num. 4.

Duæ ſententiæ conformes vigore clauſulæ, quod ſemel liceret appellare, faciunt rem iudicatã num. 5.

Rota non arbitratur pro paritione, quando res iudicata prouenit ex duabus conformibus 6.

Duæ ſententiæ, quando ſtatuto, vel commiſſione, faciunt rem iudicatam, habent vim trium, & ideo exequi debent ſicut tres num. 7.

Tres conformes habent maiorem vim quoad plenam cauſæ cognitionem, quam duæ, quæ habent vim trium num. 8.

DECISIO LXXXV.

NOn intrare Arbitrium Domini cenſuerunt, quia illud intelligitur prout de iure, & ab eo regulatur, Bart. in extrauag. ad reprimendam verbo videbitur num. 8. Alex. conſ 33. num. 3. lib. primo Cæſar de Graſſis deciſ. 7. nu. 7. & deciſ. 8. num. 2. de re iudicata, & ſæpius fuit deciſum.

2. De iure autem executio cæpta nunquam retardatur. Vbi prout in noſtro caſu fuit cæpta ante reſtitutionem in integrum petitam, Rip. in l. 4. §. condemnatum num. 30. verſ. aliquando petitur reſtitutio ff. de re iud. Alex. conſ. 223. num. 6. lib. 6. Socin. conſ. 78. num. 4. in fin. lib. 3. Contard. in l. vnica limit. 8. num. 59. C. ſi de moment. poſſ. Puteus deciſ. 285. lib. 2. & dec. 10. de reſt. in integr. Cæſar de Graſſis deciſ. 1. num. 14. eodem tit. Card. Seraph. deciſ. 777. num. 12. & fuit dictum in vna Carthaginen. Decanatus 18. Decẽbris 1587. coram b.m. Bubalo, & in Burgen. præeminentiarum 3. Iunij 1605. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Toletana

Cap:

pellaniæ 18. Decẽbris 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, & in terminis clausulæ parito Arbitrio Rotæ in Senecen. Decimarum 28. Aprilis 1608 coram R.P.D. meo Caualerio.

3 Cæpta autem in proposito dicitur executio, postquam fuerunt decretæ, & relaxatæ exequtoriales, seu alias fuit relaxatum mandatum executiuum, vt tenuit Rota in dicta Carthaginen. Decanatus, & alijs de quibus supra.

Nec placuerunt deducta pro Arbitrio circa iniustitiam notoriam sententiarum, quia potius visum fuit constare de Iustitia, cum non probetur, quod illi fructus debiti Ludouico fuerint percepti per Capitulum. Quinimmo datur magnus fumus, quod fuerint soluti Ludouico, Et in omnẽ euentum non potest negari, quin materia reddatur dubia,
4 & sic non potest dici, quod sententiæ sint notoriæ iniustę ad quem effectum requiritur, quod earum iniustitia tergiuersari non possit, eaq. ex actis colligatur, Ang. in l. si pars in fin. ff. de inoffic. testam. decis. in c. quoniam contra num. 36. ad med. vers. Et inter alios casus, de probat. Card. Seraph. decis. 616. nu. 9. par. 1.

Et ex his Domini Arbitrium in pręsenti, non intrare dixerunt omisso alio fundamento, de quo per informantes pro Capitulo, quod in primo iudicio duæ fuerunt latæ sententię conformes, quę vi-
5 gore clausulæ; quod semel liceret appellare faciunt rem iudicatam, Paris. consil. 109. num. 15. lib. 4. Rota in Bracharen. Parrochialis 26. Iunij 1606. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, quia licet adsit res iudicata, cum tamen illa non proueniat ex tribus conformibus, sed ex
6 duabus in casu isto, prout etiã quando prouenit res iudicata ex vnica Rota, pro paritione arbitrari non consueuit, vt fuit dictum in causa Tolena pensionis 12. Decembris 1597. coram Illustrissimo Millino. Anconitana bonorũ 19. Martij 1608. coram Illustrissimo Ludouisio. Placentina beneficij 1. Iulij 1615 coram R. P. D. meo Verospio, & nouissime in Vallisoletana exẽptionis 14. Martij proxime pręteriti coram R. P. D. meo Pirouano.

7 Nec obstat, quod quando duæ Sententiæ statuto, vel cõmissione faciunt rem iudicatam habent vim trium, & ideo exequi debent sicut tres vi-

vigore clem. vt calumniis de re iudic. Bal. in l. fin. C. de sent. & interloc. om. Iudic. Parif.conf. 109 num. 15. lib. 4. Couar. prac. cap.25.in fin. verf. 14. prædicta clementina cum aliis alleg. Quia omisso, quod Bal. expresse tenet contrarium in l. 1. num. 5.C. ne lic. tertio prouoc. quem, & alios refert, & sequitur Ga br. conf. 49. num. 7. lib. 1. Licèt duę Sententiæ in casibus supradictis habeãt vim trium
8 fauore litium dirimendarum, attamen habent, si sunt tres maiorem vim quoad plenam, & perfectam causæ cognitionem, quod solet ad istum effectum ponderari, vt fuit resolutum in dicta Vallisoletana exemptionis, in qua aliæ referuntur. Igitur circumscripto hoc fundamento ex aliis, vt supra fuit capta vnanimis resolutio.

Neapolitana Massarię

Lunæ 14. *Nouembris* 1616.

SVMMARIVM.

Constitutam, vel precarium sufficit ad intentandum remediũ recuperandi num. 1.

Clausula constituti, vel precarij non sufficit ad transferendam possessionem, vbi ex consuetudine requiritur actualis, & corporalis traditio num. 2.

Consuetudo est Neapoli scripta, quod pro validitate donationis debeat tradi possessio infra annum num. 3. contrarium num. 4.

Hæres non potest venire contra factum defuncti num. 5.

Hæres hæredis non potest venire contra factum primi testatoris num. 6.

Inuentario non legitime confecto non est adhibenda fides, num. septimo.

Non seruans tempus consuetudinis, aut constitutionis non dicitur ipsam seruare, num. 8.

Famulus, & procurator testis non facit fidem num. 9.

Consuetudo adeundi hæreditatem Neapolis num. 10.

Qualitas certa personarum, cum requiritur illa vere, debet adesse num. 11.

Copia inuentarij extracta à quadam scriptura, sine testibus, & rogitu Notarij de ea rogati, nihil probat num. 12.

Consuetudo Neapolis, quod Notarius potest extrahere copiã instrumenti rogati à se, & in fine dicere præsentibus Iudice, & testibus, in num. oportuno num. 13.

Copijs datur, fides parte non op-

po-

ponente secus si opponat, numero 14.

Exceptio inualiditatis inuentarij tanquam altioris indaginis non potest opponi in iudicio possessorio, num. 15.

Fallit quando exceptio oritur cùm ipsa actione sub num. 16.

Exceptio oriens cum ipsa actione ab eodem actore est probanda, num. 16.

DECISIO LXXXVI.

Plura deducebant informantes pro Priore, & Fratribus S. Augustini Neapolitan. ad excludendam probationẽ primi extremi in remedio redintegrandæ per Horatium de Afflictis intentato omnino necessariam; quæ probatio nitebatur instrumento donationis de anno 1504. factæ per Ludouicum futuris liberis ex matrimonio cum Altobella procrean. in qua Ludouicus præcario nomine c. constituit se possidere hanc Massariam nomine dd. futurorum liberorũ stipulantibus pro eis Federico eiusdem Altobellæ fratre, & not. summ. vtriusque partis num. 1. vt in terminis ad effe-
1 ctum intentandi remedium recuperan. quod sufficiat Constitutum, vel pręcarium, tradit Tiraquel. de iure const. par. 2. ampl. 11. Vrsil. ad Afflict. decis. 299. num. 1. ad fin.

Et Primo dicebãt hãc clausulam Constituti, vel præcarij non sufficere ad transferendã
2 possessionem, vbi ex consuetudine requiritur actualis, & corporalis traditio, iuxt. not. per Bart. in l. Titia n. 10. ff. de verb. oblig. & per Dec. in l. contractus num. 16. vers. Et hoc fallit, ff. de regul. iur. cum aliis in specie relatis per Tiraquel. vbi sup. 3. par. limit 11. num. 1. & 2. Gratian. decis. March. 238. num. 6. & 7. In Ciuitate
3 autem Neapoli, vbi fuit celebratum Instrumentum Donationis adesse consuetudinem scriptam, vt pro validitate illius debeat tradi possessorio infra annum de qua cõsuetudine testatur Vrsil. ad Afflict. decis. 275. n. 8. & d. decis. 299. n. 1. in fin. & ipse Donator in instrumento venditionis factæ fratribus de tali consuetudine meminit, & illam fatetur sum. fratrum num. 3.

Vtrum hæc responsio non placuit DD. quia quicquid sit de iuris dispositione atteta d. consuetudine ex supra allegatis attamen contrarium serua-
4 tur in d. Ciuitate in qua de stylo sufficit possessionem esse traditã per Constitutũ ad hoc vt sit consuetudine prædictæ satisfactum, vt tradit idem

Vrsil.

Vrsill. ad d. decis. 275. in fin. versic. Nam & si vera videantur.

Secundo ijdem informantes alia adiungebant circa naturam clausulæ Constituti, & circa possessionem diuturnam Monasterij, quæ suas etiam difficultates habebant, & ideo illis circumscriptis Domini cẽ fuerunt resolutionem istius dubij circa mandatum de reintegrando pendere à validitate Inuentarij Ioannis Baptistæ authoris Horatij qui nunc est in causa, nam si Ioannes Baptista fuit hæres simpliciter Ludouici alienatis non est quærendum de redintegratione Horatii cum sicut Ioannes
5 Baptista hæres Ludouici non poterat contra alienationem venire iuxta l. cum à matre, C. de rei vendic. & l. ex qua
6 persona, ff. de reg. iur. ita nec Horatius qui Ioanni Baptistæ ex persona Ludouici Iunioris successit quia hæres hęredis primi testatoris est hæres, l. fin. C. de hæred. instit. cum vulgat. & obstat agenti regula, l. vindicantem, ff. de euict.

Inuentarium autem, quod datur alias Rota in decisione coram bon. mem. Fantuccio 24. Ianuarii 1556. in hac causa facta dixit non fuisse legitimè confectum, & ideo illi non es-
7 se aliquam fidem adhibẽdam; quæ decisio fuit per Dominos approbata.

Non obst. quod in eadem decisione fuerit reseruata facultas probandi consuetudinem Neapolitanam adeundi hæreditates defunctorum, vel quod melius ostendatur confectio inuentarii, quia neutrũ factum fuit.

Nam quoad consuetudinẽ testes ad illam probæn. examinati summario fratrum num. 16. & 17. deponunt inter alia, quod qui intendit adire in ipso actu aditionis solet dare in manibus Notarii, qui de aditione se rogat in præsentia Iudicis testium, & locupletũ listam bonorũ defuncti, quod in casu nostro non fuit seruatum, aditio enim apparet facta sub die secunda Decembris 1528. eodem summario num. 5. & productio listæ sub die 22. eiusdem, vt in dicto summario num. 8. & sic diuerso tempore, ac propterea nul-
8 liter cum non seruans tempus consuetudinis, siue constitutionis illam seruare non dicatur, Bal. in authent. quæ supplicatio num. 7. C. de præc. Imper. offer. Ias. consil. 191. num. 16. lib. 2. cum aliis per Surd. consil. 124. num. 6. & 7. lib. 1.

Nec releuant tres testes de anno

anno 1556. examinati, qui videntur deponere dictæ listæ consignationem fuisse factam eadem die aditionis summario num. 21. Nam vltra quod patiuntur plures exceptiones contra personam; cum Ludouicus tempore examinis esset
9 famulus Ioannis Baptistæ summario num. 18. & Iulius Vicedominus esseteiusd. Procur. & vti talis fecit acta d. aditionis summario num. 19. illi si referunt ad actum aditionis ex cuius inspectione contrarium constat, & ideo eorum dictum non est attendendum sed relatum, Alex. consil. 9. num. 12. in fin. lib. 5. Dec. consil. 63. num. 6. vers. Et licet referens, Cæphal. conf. 44. num. 14. Rot. decis. 40. num. 7. par. 2. diuers.

Et quod vere dicta lista fuerit consignata die 22. non autem 2. Decembris probatur ex eo, quod tempore aditionis Ioannes Baptista erat præsens summario num. 6. Et tamen Notarius die 22. Decembris eodem summario num. 8. testatur listam fuisse sibi consignatam ab Antonio Muscatello nomine, & pro parte ipsius Ioannis Baptistæ signum euidens, quod id non fuit tempore aditionis; tum quia ipse illam consignasset, tum quia Notarius attestatur illam fuisse productam dicta die 22. nec poterat etiam si vellet attestari de productione facta die 2. tanquam de actu de præterito Alexand. consil. 241. num. 6. versiculo Quinimo, & si Notarius lib. 6. Aym. consil. 171. num. 5. Afflict. decis. 317. num. 4. Aegid. decisione 61. num. 5. Put. decis. 65. num. 2. lib. 1 Rota decisione 285. num. primo par. 2.

Vlterius non fuit seruata consuetudo Neapolitana, quia
10 testes examinati super dicta consuetudine summario num. 15. deponunt, quod volens adire hæreditatem die præfixo confert se ad locum destinatum, & dat Notario listam bonorum, quam Notarius rogatus in præsentia Iudicis testium, & locupletum legit, & illam publicam quorum nihil fuit factum, siue attendamus actum aditionis, siue consignationis dictæ listæ, & quamui illis tres testes summario num. 21. videantur contrariũ deponere non tamen probant ex supra alleg.

Item in actu facto die 2. Decembris summario num. 5. fit mentio, quod pro locupletibus interuenerunt Bernardinettus de Camera, & Honufrius Simeon, qui erant personæ viles, & pauperes; qui etiam inseruiebant ipsi Ioanni

ni Baptistæ eodem summario num.20.& 24.cum tamen lo-
11 cupletes, vt verba sonant deberent vere esse tales, & non pauperes, nec seruitores illius de cuius interesse agebatur.

Vltimo non fuit etiam melius probata confectio Inuentarij, sed cum eadem copia extracta à quadam scriptura sine testibus, & rogitu
12 Notarij de ea rogati, quæ propterea nihil probat, Bart. in auth. si quis in aliquo num.9. & communiter alii, C. de eden. Alex. consil. 108.num.4. lib. 5. & dixit Rota in eadem decis. coram Fantuccio.

13 Nec obst. testes examinati super consuetudine Neapolitana, quod Notarius potest extrahere copiam Instrumenti rogati à se, & in fine dicere præsentibus Iudice, & testibus in numero oportuno, etiam absque alia nominum expressione summario Horatii num.17. tum quia in casu nostro non apparet Notariū extrahentem fuisse eum, qui se de prætenso inuentario rogauit, sed dicit extractum fuisse ab actis originalibus, quæ conseruantur penes se, vt in summario fratrum num. 9. quæ verba non inferunt rogitum ipsius, tum etiam, quia vnus ex testibus super 12. in summario num. 23. deponit, quod dictis copiis datur fides
14 parte non opponente, secus autem si opponat, vt est etiã de iure, Soccin. in d. authen. si quis in aliquo num.17.vers. Sed ad illum text. & ibi Purpur. num. 32.

Non obst. quod exceptio inualiditatis inuentarij tanquam altioris indaginis non possit opponi in hoc iudicio possessorio, Natt. consil. 532. num. 4. Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 180. quia di-
15 cta regula potest procedere in exceptione, quæ datur per reum ad subuertendam fundatam intentionem actoris, secus vero in exceptione, quæ oritur cum ipsa actione, vt in præsenti, quæ ab eodem acto-
16 re est probanda, Ias. in §i actionum num. 128. Instit. de action. Non enim potest petere Horatius se redintegrari, nisi tanquam hæres, & sine probatione inuentarii legitimi excluditur ex dispositione dd.ll. cum à matre, & vindicantem.

Et ita conclusum Horatio non esse concedendum mandatum de redintegrando.

Ro-

ROMANA
seu
Tiburtina Castri Sancti Angeli fidecomissi de Vrsinis.

Sabati 26. Nouembris

1616.

SVMMARIVM.

Hares haredis tenetur stare facto defuncti num. 1.

Hares, qui potest implere non liberatur soluendo interesse, sub nu. primo.

Iuramentum obligat precise etiã in obligatione ad factum, nu. secundo.

Etiam in harede iurantis, ibi.

Virtus Iuramenti transit contra haredem quoad efficaciam obligationis num. 3.

Vires hareditaria vbi sufficiunt, inuentarium non suffragatur num. 4.

Interpellatio admissa cum clausula, si & in quantum, & decretum afficere simpliciter admissa, & simpliciter afficit num. quinto.

Interpellatus negligens parere, dicitur contumax, vnde ei est deneganda audientia, etiam in causa diuersa num. 6.

Productio facta ad certum effectum vltra illum non debet operari, num. 7.

Actus agentium non operatur vltra intentionem eorum, numero 8.

Hares cum beneficio inuentarij, an pracisè teneatur ad factum defuncti, quando sumus in re in quam cadit affectio, vel quia intersit haredis potius rem alienatam habere, quam hareditariam quastio cõtrouersa num. 9.

Contumaci, an deneganda sit audientia, qua requirantur, nu. 10.

Iudicium vniuersale super omnibus bonis est praiudiciale particulari super re in illis comprehensa num. 11.

Prius cognosci debet de vniuersali praiudiciali, quam de particulari num. 12.

Exceptio de Iure tertij non repellit agentem à iure suo, numero 13.

Vnus ex fideicomissarijs interim qua alij non docent, se velle agnoscere, potest solus agere ad totum fideicomissum, numero 14.

Legitima reijcit omne onus etiam fideicommissi nu. 15.

DECISIO LXXXVII.

VErtente lite coram R.P.D. meo Verospio super recuperatione Castri S.Angeli, in qua ad instantiam Excellentissimi D. Pauli Iordani productum fuerat instrumentum antiqui fideicommissi Domus, & Familiæ de Vrsinis, cum de ordine Rotæ subscripto, & intimato Dubio; An tale instrumentum fidem faceret ad vlteriora procedi instaretur, fuit pro parte Serenifs. D. Ducis Parmæ prævia auocatione obtentũ mihi particulariter committi causã fideicõmissi huiusmodi super d. Castro S. Angeli, attento, ꝙ coram me pendebat lis olim introducta per D. Paulum Iordanum Seniorem super recuperatione nõnullarũ domorũ, & apothecarũ vigore d. fideicõmissi, nec non causa iactationũ, & molestiarũ, quę pro parte b.m. Card. Farnesij, S. Crucij, & aliorũ emptorũ litis cõsortiũ pro illorũ interesse ex causa bonorũ per eos possessorũ, fuit cõtra eũdem cõmissa. Quo similiter producto instrumento corã me præfati fideicõmissi, dũ instabatur Dubiũ sic, vt sup. subscriptũ disputari Agẽtes pro eodẽ Serenifs. prętendere cæperunt D. Paulum Iordanum nõ posse audiri, nec tale fideicõmissũ super Castro pæfato deducere, & allegare; Vnde cũ hodie præsupposita sine veri præiudicio legalitate scripturæ, & purificatione fideicommissi Dubitarem, an D. Paulus Iordanus posset illud deducere super Castro S. Angeli, & plures exceptiones contra illũ opponerentur: Domini censuerunt exceptiones non obstare D. Paulo Iordano de legitima tamen particulariter videndum.

Et quidem pro parte Serenifsimi Primo, dicebatur, quod D. Paulus Iordanus erat hæres Don Virginij hæredis Pauli Iordani senioris, & possidebat Castra Cerueteris, Montisrani, & Anguillariæ, quæ remanserunt in hęreditate eiusdem Pauli senioris obnoxia hypothecæ pro omnibus promissis in venditione Castri Insulæ, & Casaliũ per ipsum Paulum seniorem facta b. m. Cardinali Farnesio de ann. 1558. & 1567 & ob id præcise tenebatur ad factum promissum per eius auctorem de tradendo rem liberam, & de facien. consentire omnem personam ius habere prętendentem ex quo ipsemet

1 D. Paulus poterat implere hoc factum ex propria persona, adeo vt nec offerendo interesse liberaretur, vt tradunt Bart. & Doct. in l. stipulationes nõ di.

diuiduntur, ff. de verb. obligat. Cagnol. in l. 2. num. 129. C. de pact. inter empt. & vendit. Menoch. consil. 92. num. 61. & sequenti, Bursatt. consil. 100. num. 36. Surd. consil. 52. num 17. quod procedebat non solum de iure, verum etiam ex stat. Vrb cap. 164. lib. 1. in quo expresse cauetur, quod in obligationibus facti vbi quis potest factũ promissũ implere, possit præcise ad factum cogi, quod statutum alias canonizauit Rota apud
2 Seraph. decis 805. num. 7. concurrente præsertim iuramẽto quod obligat ad præcisam obseruantiam etiam in obligatione ad factũ, glos. cõmuniter recepta in l. si pecuniam in prin. in verbo Necesse habeas ff. de condict. caus. dat. Surd. cons 3. num. 7. cum alijs adductis per Gabr. de iureiur. conclus. 8. num. 1. Guttier. de iuram. confirm. par. 1. cap. 39. num. 6. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 32. num. 4. Se-
3 raph. dicta decis. 805. num. 3. & hoc non solum respectu Iurantis, sed etiam hæredis, cum etiam contra eum transeat virtus iuramenti, quoad efficaciam obligationis, Paris. consil. 54. num. 13. lib. 1. Soccin. iun. cons. 67. num. 36. lib. 2. Roland. consil. 17. num. 17. lib. 1. Couar. in cap. requisisti num. 2. versic. Tertio ex his probatur de testam. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 57. num. 17. & priuileg. 74. num. 141. versic. Ego tamen, Afflict. decis. 381. num. 8. Surd. decis. 159. num. 24. Quicquid aliud tenuerint, Bald. Corn. & alii quos reprobat Card. Seraph. dicta decis. 805. num. 4.

Nec a dicta obligatione excusari poterat D. Paulus Iordanus eo quod non sit hæres simpliciter, sed cum beneficio l. & inuentarii, cum possideat dicta Castra obuen-
4 ta ex hæreditate Pauli senioris, & quatenus vires hæreditatis suppetunt inuentarium nihil operatur, Pinell. in l. 1. parte tertia numero 81. in septima ampliatione, C. de bon. matern. Gabr. consil. 125. num. 12. lib. 1. Surd. cons. 73. num. 34. & decis. 30. num. 13. versiculo Secundo motus fuit, Peregrinus de fideicommiss. articulo 33. num. 13. Molin. de hispaniarum primogenituræ libro quarto capitulo primo numero 24. & fuit dictum in Rauennaten. Saluiani 28. Iunii 1602. coram Illustrissimo Ludouisio, & in Romana Palatii 12. Decembris 1610. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.

Quibus sic in facto, & iure se habentibus cum D. Paulus

Iordanus fuerit interpellatus corã Iudice ad præſtãdũ iſtud factum, & Iudex admiſerit interpellationẽ cũ clauſula, ſi & inquantũ, & decreuerit afficere prout de Iure ſum. Ser. n. 4.
5 ex quo interpellatio dicitur ſimpliciter admiſſa, & ſimpliciter afficere Bal. in l. edita in 2. lect. n. 98 C. de eden. Felin. in c. cum contingat n. 13. de offic. deleg. cum aliis per Menoch. de recuper. remed. 9. n. 331. & per Rot. dec. 687. n 2. p. 1. In viam iuris ſequebatur,
6 quod cum idẽ D Paulus id facere neglexerit, & negligat eſt contumax in nõ parẽdo, & ſic illi debet denegari audientia contra eundẽ Ser. Ducẽ etiã in hac cauſa licet diuerſa l. ſed & ſi per Prætorem, §. ſed & ſi dum decreto, vbi gloſ. & Bal. n. 2. ff. ex quib. cauſ. maio. Alberic. in l. iusiurandũ, & ad pecunias §. ait Prætor verſ. Item nota, & ibi Iaſ. n. 2. verſ. Inter ceteros ff. de iureiur. Bart. in l. 1. n. 7. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Bal. in l. cõſentaneũ. n. 24. verſ. Itẽ per denegationem C. quomod. & quan. Iud. & in l. diffamari n. 6. in fin. verſ. Alia lectura, & num. 7. C. de ingen. & manumiſſ. Schrader. de feud. parte 10. ſect. 1. num. 106. Maran. de ord. Iudic. parte 6. membr. 2. num. 17. Grauat. ad Veſtr. lib. 3. cap. 2. num. 24.

Verum hoc obiectum fuit ſublatum per plures reſponſiones, quæ placuerunt DD. omiſſo enim, quod non conſtabat D. Virginium, & D. Paulum Iordanum illa tria Caſtra accepiſſe, vti hęreditaria Pauli Senioris, nec vti talia Dominum Paulum Iuniorem illa nunc poſsidere, tam Paulus Senior, quam ſucceſsiue Don Virginius quoad Caſtrum Inſulæ, & Caſalia Domini Cardinali Farneſio, vt ſupra vendita, nullam litem mouerunt; Quinimmo Paulus Senior expreſſe declarauit ſe contra d. Cardinalem, & alios, nec etiã iactare velle ſumm. D. Pauli Iunioris num. 1.

Non obſtat productio Inſtrumenti fideicomiſsi alias facta per Don Virginium prępuia citatione Ser. ad dicendum contra, quaſi tũc lis fuerit cępta ad inſtantiam Don Virginii, dicta enim productio facta fuit, eo quia alia anterior facta per Paulum Seniorem in lite mota ſuper recuperatione domorum, & apotecarũ cõtra Dominos Sãcta Crucios non reperiebatur, & ſatisfaciendo petitioni Sereniſsimi Ducis, & parendo mandatis Dominorum, non autem ad effectum incipiendi nouum iudicium diuerſum, & comprehen-

headendi alia bona quæ antea non erant in illa lite, vt constat ex eadem productione Summario D. Pauli Iu-
7 nioris num. 3. Vnde intrat regula, quod productio facta ad certum effectum, vltra illum non debet operari, Grat. consil. 14. num. 14. versic. Item produxerunt, & sequen. lib. primo, Aym. consil. 175. num. 7. Cephal. consil. 236. num. 21. Surd. consil. 252. num. 17. & decis 267 num. quarto. versic. Alterum fundamentum, & sequen. Onded. consil. 66. num. 54. lib. 1. Rota diuersor. decis. 445. num. 4. par. 1. Seraph. decis. 377. num. 5. & fuit dictum in Colonien. Status 30. Octobris 1585. coram Bubalo, & in Maceraten. expensarum 15. Iunii 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, & in Valentina Illegitimitatis 16. Martii 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio.

Qua ratione defenditur etiam productio eiusdem instrumenti fideicommissi à D. D. Paulo Iuniore facta, in quo inter alia bona legitur Castrum Insulæ; Nam ista productio fuit solummodo restricta ad Castrum S. Angeli pro quo agitur, & pro quo nulla adest promissio per quam ipse vel sui auctores teneantur ad molestias, vel ad rem liberam traden.

Vnde non potest quoad alia pręter agentis intentionem operari l. non omnis ff. si cert. pet. l. cancellauerat ff. de his quæ in testam. del Grat. Aym. & cæteri vbi supra.

Dato tamen absq. veri præiudicio, quod Paulus Iordanus senior, & Don Virginius eidem D. Card. Farnesio, & Sereniss. Duci respectiue molestias iudiciales intulissent, & quod dicta tria Castra, Cerueteris, Monterani, & Anguillariæ iure hæreditario ad dd. Don Virginium, & D. Paulum Iuniorē deuenissent, adhuc D. Paulus Iunior non posset dici contumax in non parendo ad effectū
9 de quo agitur. Quia valde controuersum est, An hæres, cum beneficio legis, & Inuentarij præcise teneatur ad factum defuncti, vbi sumus in re in qua cadit affectio, puta, quia fuit maiorum suorū iux. l. si in emptionem ff. de mino. vel quia intersit hæredis habere potiùs rem alienatam, quam hæreditariam in quo articulo contrarias hinc inde referunt com. opin. Gabr. conf. 125. n. 11. & 12. lib. 1. & Ros. de feud. cap. 9. memb. 2. nu. 8. & seq. Item ad effectum vt Iudex possit contumaci

in vna causa denegare audientiam in alia requiritur mora, & inobedientia in parendo, sine quibus non datur contumacia §. fin. ff. de re iudicata Card. in Clem. 1. num. 14. vers. Pro quorum omnium de dol. & contum. Oldrad. cons. 301. in princ. Marant. in prax. par. 6 membr. 2. de contum. num. 7. Vincen. de Franc. decis. 692. num. 16. prout etiã requiritur, quod adsit contemptus Iudicis glos. in l. vnic. §. fin. verbo hoc iudicium in fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. Vinc. de Franch. decis. 271. num. 5. Card. Seraph. decis. 972. num. 18. & fuit dictum in causa Mantuana Bonorum 14. Maii 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo, nec non, quod super tali inobedientia, & contemptu præcedat declaratio, seu decretum Iudicis, vt in addit. Margin. ad glos. in l. Sed & si per Prætorem §. sed, & si dum decreto ff. ex quibus caus. maio. & tradunt Bart. in l. manifeste num. 7. ff. de iureiur. & in l. eius, qui delatorem num. 3. vers. Certe ista, & num. 4. ff. de iure fisc. Bald. in c. grauis nu. 16. vers. non enim debet, de rest. spoliat. & in l. transigere nu. 34. C. de transact. Anchar. in c. fin. num. 11. in fin. & seq. V. bi Io. Monach. num. 2. & ad eum Prob. num. 7. Gemin. n 19. & 20. de confess. in 6. Butr. in c. cum dilecti num. 22. vers. Vltimo aduerte, de dol. & contum. bene Marsil. Singul. 283. incip. lapsus termini num. 1. & Decian. cons. 14. num. 81. lib. 3.

In casu autem nostro, licet D. Paulus Iunior fuerit intimatus, vt liberaret bona vendita, & faceret se ipsum consentire, vt latius in protestatione summario num. 4. & Iudex admiserit hanc protestationem si, & in quantum, & mandauerit afficere prout de Iure, cum adhuc Iudex non decreuerit D. Paulum teneri talem liberationẽ facere, sed se in omnibus ad dispositionẽ Iuris remiserit, & ipse alleget se esse hæredem cum beneficio legis, & inuent. nec adhuc constare bona alienata esse supposita alicui fideicommisso, nec ipsum super eis aliquid pretendere non potest, interim donec aliud fuerit à Iudice declaratum, dici ipsum esse contumacem, cum, vt dixi, cõtumacia non detur, vbi non adest mora, & inobedientia, nec argui possit aliquis contemptus in eo, qui allegat iustam causam, vt non pareat, glos. in d. l. vnic. §. fin. & ibi Bart. Alex. Ias. & omnes ff. si quis ius dic. non ob temp.

Se-

Secundò operabatur, quod D. Paulus Iordanus non erat audiendus, quia pendet iudicium vniuersale super bonis
11 dicti fideicommissi, in quibus comprehenditur etiam huiusmodi Castrum, quæ causa est præiudicialis huic causę super solo Castro S. Angeli, nam resolutio in illa pro non fideicomisso euanescet actio in ista particulari, Bart. & alii in l. fundum Titianum ff. de except. Ias. in §. præiudiciales num. 1. instit. de action. Cra.
12 uet. cons. 79. num. 7. & ideo ista particularis debet silere, donec finiatur illa generalis, alias processus esset nullus, & sententia, Crauet. vbi supra cum aliis alleg. Verum fuit responsum hoc non iustificari, neque ex persona Pauli Senioris, cum illa causa per eum cōmissa fuerit restricta ad certas domos, & apothecas aduersus DD. de S. Cruce, neque ex persona Don Virginii, qui etiam si produxerit Instrumentum fideicommissi in quo leguntur multa Castra, & bona alienata, tamen, vt dixi, illa productio facta fuit satisfaciēdo petitioni Serenifs. Ducis, & parendo mandatis Dominorum ad effectum sanandi defectum Instrumenti iam producti, & deperditi, Vnde quo ad alia nihil operatur ex ibidem deductis in responsione ad primam exceptionem, Et eodem modo tollitur, quod Dominus Paulus dum vult nouum Iudiciū inchoare super solo Castro S. Angeli, velit emendare primam petitionem generalem, quia de tali petitione generali non apparet.

Tertio allegabatur, quod D. Paulus solus non sit audiēdus, cum habeat plures fratres, sed hæc exceptio non placuit, nam vltra quod in deductione fideicōmissi poterit declarere partem suam, cum modo non constet de acceptatione fratruum, non licet
13 Serenissimo excipere de iure illorum, Socin. Sen. cons. 13. num. 24 & cons. 78. num. 6. lib. 4. & Iun. cons. 47. num. 17. lib. 2. cum aliis per Tiraquel. in l. si vnquam verbo reuertatur num. 158. C. de re-
14 uoc. donat. Et interim quod alii fratres non docent velle se agnoscere, potest solus D. Paulus agere ad totum fideicōmissum, Simon de Pret. in tract. vlt. volunt. fol. mihi 208. num. 19.

Ex quibus, vt supra fuit resolutum exceptiones non obstare D. Paulo Iordano.

Cæterum, quia pro parte Serenissimi Ducis fuit etiam oppositum, quod ex eodem

Instrumentum fideicommissi producto super Castro S. Angeli apparet illud fuisse inter alia Castra, & bona Ruberti Vrsini vnius ex fidei committentibus, & per consequens, cũ istud Castrũ peruenerit in Alphonsinã Vrsinam eiusdem Ruberti filiam quę illud per plures annos possedit censetur peruenisse,& ab ea possessum fuisse vigore legitimæ quod si verùm esset, quod illa obtinuisset hoc Castrum pro legitima non potuisset sup.ea deduci fideicommissum cum legitima reijciat ipso iure quodcunque onus etiam fideicommissi, vt iuribus, & authoritatibus fuit firmatum in Romana Legitimæ 27. Iunij 1614. coram R P. D. meo Verospio, & in alia Romana Vineæ 29. Februarij præteriti coram me, & late hic deducunt informantes pro eodem Serenissimo, qui etiam allegant omnia iura Alphonsinæ, & eius filiorum mediante concordia transiuisse ad Serenissimam Madamam cuius est hæres idem Serenissimus Dux. Vnde hoc fundamentũ visum fuit dignum particulari discussione; Ideo Domini voluerunt de eo particulari videre.

Signina bonorum feudalium.

Lunæ 28 Nouembris 1616.

SVMMARIVM.

Instrumentum subscriptum, & publicatum à Notario publico de illo rogato habetur loco originalis, & probat absque alia solemnitate, nu. 1.

Ex litteris legalitatis loci probatur aliquem fuisse, & esse Notarium in loco illo, nu. 2.

Instrumentũ esse in forma probanti apparet ex compulsatione facta auctoritate Iudicis, & parte citata, & præuia recognitione in forma, nu. 3.

In renouatione registri feudorũ debent interuenire decretum Iudicis, & alia solemnitates, de quibus in c. fin de fid. Instr. num. 4.

Asserenti se fecisse aliquid de consensu interesse habentis non creditur nisi aliunde constet de consensu, vel nisi constet se fuisse rogatum de consensu vna testibus, num. 5.

Vt scriptura dicatur ex Archiuio debet constare ex attestatione seu subscriptione officialis præfecti, quod scriptura esset Archiuij, & ab antiquo tempore conseruata num. 6.

Vt detur fides scripturis contentis in Archiuio, debet constare illud esse publicum, nu.7.
Notario causæ attestanti se, accessisse ad Archiuium publicum talis castri non creditur.n.8.
Testis debet deponere, quod talis scriptura fuit reperta inter scripturas authenticas Archiuij, vt illa scriptura faciat fidem tanquam ex Archiuio, n. 9.
Pro adhibenda fide registro feudorum, de quo in facto multa requiruntur, n. 10.
Quæ faciunt præsumptionem legalitatis scripturæ, & possint deseruire pro adminiculo, vide ibi.

DECISIO LXXXVIII.

DVbitaui an iura essent in forma probanti. Et quoad duo instrumenta, vnum subrogationis domus cũ terris feudalibus à Iustiniano Accursio factæ, summ. D.Ducis num.1. alterum permutationis duarum possessionum feudalium, cum alia possessione libera dicti Accursij num. 2 res visa fuit carere difficultate, quia Primum fuit subscriptum, & publicatum à Iacobo Gauiglia Notario publico, qui de
1 illo fuit rogatus, Vnde habetur loco originalis, & absque alia solemnitate probat Doct. in auth. si quis in aliquo vbi Bart. num. 3. Dec. num. 15 in tertia fallentia, C. de eden. Rota decis. 1. de fide instrum. in nouis, & 4. eod. tit. in antiq. Veral. decis. 170. nu. 1. par. prima, cum alijs adductis in Mediolanen. Decimarum 4. Iulij 1614. & in Tirasonen. pensionis 3. Aprilis 1615. coram me.

2 Et quod Gauiglia esset Notarius publicus, probatur ex litteris legalitatis loci in quo fuit rogatum instrumentum eodem num. 1. Bal. in l. comparationis nu.25. C. de fid. instrum. Felin. in c. 1. n. 18. ad fi. vers. & adde, extra eo. tit. Boer. decis. 154. num. 4. Aufrer. ad Capell. Tholos. decis. 331. nu. 4. & fuit dictum in Farfen. Territorij 12. Iunij 1606. coram bo. me. Penia.

Secundum pariter instrumentum esse in forma proban-
3 ti apparebat cum fuerit compulsatum auctoritate Iudicis, & parte citata, ac præuia recognitione in forma, Dec. in dicta authen. si quis in aliquo, sub num. 9. Rota dicta dec. 1. & 2. de fid. instrum. in nou. & 4. eod. tit. in antiq. Veral. decis. 233. & 321. par. 3. & fuit dictum in illa Tirasonen. pensionis coram me.

Difficultas erat quoad partitas extractas ex quodã, vt dicebatur registro feudorũ de quibus

in eodem summario num. 5. Quia hiusmodi registrum non apparebat factum de tempore infeudationum, sed totum cō scriptum vnica vice, & quamuis diceretur, illud fuisse confectum de anno 1442. & postea propter eius antiquitatē renouatum de anno 1560. Nihilominus in tali renouatio-
4 ne non constabat, quod interuenerit decretum Iudicis, & aliæ solemnitates de quibus in c. fin. de fid. instrum. nec subsistebat, quod in eodem registro diceretur illud fuisse factum de consensu omniū feudatariorum summario num. 3.
5 Quia de tali consensu debebat aliunde constare, quam ex assertione illud conficientis, cui non creditur, nisi constet de huiusmodi consensibus se fuisse rogatū coram testibus, Achil. decis. 4. de fid. instrum. prout nec apparebat, quod ille Bernardinus Martuccius, qui dicit dictum registrum esset Notarius, nec ipse talem se enuntiat summario num. 3. nec in recognitione manus eiusdem Martuccii num. 4. aliquid circa hoc legitur.

Nec tale registrum poterat sumere robur ex Archiuio,
6 quia non constabat ex attestatione, seu subscriptione officialis præfecti, quæ erat necessaria scriptura esse Archiuii; & ab antiquo tempore in Archiuio conseruatam, & simul esse potest, quod aliqua scriptura sit reperta in Archiuio, & quod non sit de Archiuio, cum euenire possit, quod tempore litis pendentiæ, & eo ipso die paulo ante extractionē priuata manus ibi illam immiserit, vt post Corn. cons. 142. num. 6. lib. 3. animaduertit Dec. in d. auth. si quis in aliquo num. 23. in 6. fall. vers. Et etiam videtur C. de eden. & in c. cū causam n. 7. de prob. idem Dec. cons. 458. num. 5. Abb. in c. ad audientiam num. 11. de præscript. Aym. de antiqu. temp. par. 1. §. 4. limitatur num. 1. in fin. vers. Adde quartum, Osasch. decis. 69. num. 2. & 8. in fin. Veral. decis. 41. num. 3. par. 1 & fuit dictum in Tirasonen. Iurisdictionis 19. Februarii 1593. coram illustrissimo Millino.

Præterea non constabat, quod illud esset Archiuium
7 publicum, vt requiritur ad hoc, vt detur fides scripturis in eo contentis ad quem effectum plura requiruntur, de quibus per Felin. in d. cap. ad audientiam num. 11. de præscript. & Aym. vbi supra num. 1. & seq. Neque creditur Notario

tario causæ attestanti se accessisse ad Archiuium publicum talis Castri, cum hoc nō pertineat ad eius officium, Put. in terminis decis. 415. num. 4. libro secundo. Et testes in Summario num. secundo, & tertio deponant, quod à tempore erectionis dicti Archiuij, semper, & continue fuit, & est Archiuium publicum in oppido Vallis Montanæ, sub custodia Notarij publici, in quo asseruantur scripturæ authenticæ, & quod illis datur fides, attamen non dicunt, quod omnes sint authenticæ, & quod omnibus datur fides, & licet quartus super tertio hoc videatur di-
9 cere, est tamen vnicus. Item quod tale registrum fuerit repertum inter scripturas authenticas, vt post Felin. vbi supra, tradit Aym. dicto §. Quarto limitatur, num. 1. in secundo requisito.

Non obstat testes de publica voce, & fama, quod dictum registrum fuerit conseruatum inter alias scripturas publicas, Summario numero primo. Nam vltra quod hæc non est plena probatio, solum primus, & secundus, qui hoc videntur dicere, non deponunt per verbum, semper; Tertius verò nihil de hoc affirmat, ita vt leuis admodum videatur hæc probatio, nec etiam in suo genere concludens.

Præmissis accedebat, quod Archiuista modernus non fuit visus ab aliquo teste, qui hoc dicat leuare dictum Registrum de aliqua ex capsis, vel armario existentibus in loco Archiuii, nec aliter hoc probatur, & quod magis detrahit fidem huic libro ille fuit productus in iudicio coram officiali Domini Ducis de anno 1600. 17. Octobris, vt in productione registrata per Notarium in actu extractionis, nec apparet, quod tunc temporis de Archiuio fuerit leuatus, & iterum sub custodia reconditus prout fieri solent notæ, & memoriæ de huiusmodi transportationibus.

10 Sed quia pro adhibenda aliqua fide huic Registro multa videbantur concurrere, nempe testes de reputatione, & fama publicæ Scripturæ, & quod ad illud recurri solet in controuersiis causaram feudalium instrumenta permutationis, & subrogationis in quibus saltem in primo fit mentio Registri, & verificatio similiter per instrumenta publica multarum partitarum eiusdem Registri, quæ omnia faciunt præsumptionem

nem legalitatis scripturæ, vt per Soccin. iun. consil. 61. n. 5. & 6. lib. 3. Propterea Domini censuerunt partitas extractas ex huiusmodi registro non probare, sed tamen posse deseruire pro adminiculo.

Cæterum quæ late deducebantur pro parte Domini Ducis ad ostendendum bona possessa per Mariam esse feudalia, visa fuerunt non percutere hoc dubium.

Romana Legati.

Lunæ 5. Decembris 1616.

SVMMARIVM.

Dans de errore, debet illum probare, num. 1.
Verbum dubium interpretatur contra eum, qui dat de errore, num. 2.
Etiam in materia fauorabili, sub num. 2.

DECISIO LXXXIX.

NOn impugnabantur fundamenta decisionis in hac causa factę sub die 22. Iunij præteriti, vti non subsistentia in iure, sed prætendebatur error in facto, qui apparere dicebatur ex libro via iuris leuato à Birroarijs è domo Ioannis Dominici, & consistebat in duabus partitis, vna scutorum 260. & b. 89. & altera scut. 363. b. 58. cum dimidio.

Quoad primam partitam error deducebatur ex eo, quia illa fuerat posita ad creditum Ioannis Dominici, quæ tamen debebat poni ad creditum Andreæ dum in ea legitur *Fu saldato il conto di tutti li danari spesi da me Gio. Domenico Enrico, per il Signor Andrea Baccini per tutto questo dì sudetto, fu trouato come restaua creditore di scudi ducento sessanta, e baiocchi ottantanoue, dico resto debitore scudi sessanta e baiocchi ottantanoue*, summario Ecclesiæ num. 1. quasi Andreas remanserit creditor, & non debitor scut. 260. & vlterius restrictiua in scut. 60. fuerit suprapposita, & alterata.

Verum fuit responsum illa verba, *Fù trouato come restaua creditore*, posse bene saluari, intelligendo de persona Ioannis Dominici scribentis, vt scilicet ipse voluerit sentire de seipso restãte creditore, non autem de Andrea, cum enim illud verbum *Restaua*, iuxta vulgarem consuetudinẽ loquendi posit intelligi tam de

de prima, quam de tertia persona Venerabilis Ecclesiæ, quæ dat de errore, tenetur probare, quod scribēs intellexerit de Andrea Creditore, & nō de Ioanne Dominico, alias dictum
2 verbum *restaua*, tanquam dubium contra illam interpretari debet cap. in præsentia, vbi Abb. numero 34. in fin. de probat. Alex. consilio 152. num. primo lib. 5. Dec. cons. 321. num. 4. qui ampliant etiam in materia fauorabili.

Nec obst. sequentia verba, *Dico restò debitore*, quia, & illud verbum *restò*, potest intelligi, *restò*, & potest intelligi *restò*, & sic iste error, vt supra remanet dubius, & cōtra Ecclesiam interpretandus.

Super secunda partita error eliciebatur ex assertione eiusdem Ioannis Dominici, qui scribit se restare creditorē in scutis 363. b. 58. ÷ à die 25. Maii per totum mensem Augusti 1613. eodem summario num. secundo, & tamen in partitis crediti Andreæ 14. Augusti eiusdē anni datur calculus frumenti venditi in quo dicitur, quod de pretio scutorum 715. fuerunt 500. deposita in Monte Pietatis ad creditum Andreæ, & quòd scuta 215. habuit Andreas ab eodemmet Dominico in propria domo dicto num. 2. versiculo *Nota del Grano*, ita vt ex dictis scutis 363. debeant detrahi dicta scuta 215. habita per eundem Andream in mense Augusti, quæ erant ipsius propria.

Sed & iste error facile saluari poterat, quia partita frumēti non legitur posita, neque ad debitum, neque ad creditum, sed quod breui manu pecuniæ receptæ, & solutæ fuerunt per Dominicum, ideò bene subsistit creditū ipsius scutorum 363. per totum mensē Augusti, cum in eo non comprehendatur, hæc partita scutorum 215. & non bene sequitur Bacinus habuit scuta 215. de residuo pretii frumenti, ergo illa sunt detrahenda de credito Dominici l. non hoc C. vnde legit, potuit enim Baccinus habere illa scuta 215. de prædicto residuo pretij frumēti; & nihilominus esse debitor Ioannis Dominici in scutis 363. de quibus in dicto libro.

Non obstat inuerisimilitudines allegatæ, quoniam omnia sunt remissa conscientia legatarii, cui standum est deductis in prima decis. & prætensus error, excluditur in ista, Et ita conclusum esse standum in decisis.

Tira-

Tirasonen. Parrochialis de Ablitas.

Veneris 9. Nouembris 1616.

SVMMARIVM.

Archiuium Ecclesiæ probat quoad subditos, num. 1.

... chiuium Ecclesiæ custoditum ... vnum Canonicum non sa... ...m pro Capitulo, nume-

... ex Archiuio habeat ... quirantur remis-si... 3.

... SIO LXXXX.

T... ...uiter deductis pro Ca-...ulo contra decis. sub die ...aij proxime præteriti Do...ni noluerunt hodie ab ca... ...ccedere; solum enim adduci-...ur hic agi cum subdito iurisdictioni ipsius Capituli, idq; probari ex testibus, qui dicunt quod Capitulum de Tudela habet omnimodam iurisdictionem, & Territorium distinctum intra cuius fines adest locus de Ablitas in quo existit Ecclesia Parrochialis, summario Capituli num. 1, & 2. & sic

1 Archiuium probare quoad Valentinum iuxta decis. Verall. 42. par. 1. Verum testes non deponunt de Territorio distincto, prout erat necessarium & vlterius, quod Capitulum habeat omnia iura Episcopalia ex Priuilegio Papæ, qui solus potest concedere, vt fuit resolutum in Calaguritana iurisdictionis 26. Iunii 1604. coram Reuerendissimo Attrebaten.

Et nihilominus remanent alii defectus, quod scilicet agitur de probanda vnione ad fauorem ipsius Capituli, &

2 Archiuium custoditur per vnum Canonicum, & sic eius scripturæ ad huiusmodi effectum non merentur fidem ex late adductis in decis. Tirasonen. 19. Februarii 1593. coram Illustrissimo Millino quam Rota sequuta fuit in hac causa.

Vlterius ad effectum vt scriptura recipiat robur ex Archiuio, requiruntur alia plura, de

3 quibus per Felin. in cap. ad audientiam num. 11. de præscript. Aym. de antiqu. temp. par. 1. §. 4. limitatur num. 1. Rota in Signina Feudi 28. Nouembris immediate præteriti coram me, quæ requisita hic non concurrunt, & nec fuit probatum de quo tempore ista iura fuerint in Archiuio repo-

reposita cum facile potuerint poni de tempore extractionis & post motam litem, Corn. consil. 142. num. 6. lib. 3. Verall. decis. 41. num. 4. par. 1. & fuit consideratum in illa Tirasonen. iurisdictionis coram Illustrissimo Millino, & in dicta Signina feudi coram me.

Denique huiusmodi iura patiuntur alios defectus de quibus in decisione. Ex quibus, & prædictis vnanimiter Domini perstiterunt in decisis.

Neapolitana Erectionis benefi- cij.

Lunæ 12. Decembris 1616.

SVMMARIVM.

Ex clausula vocatis vocandis in gratia, possessor, & quilibet interesse habens est citandus, num. 1.

Litteræ Apostolicæ iustificatæ debent habere executionem, num. 2.

Præsumptio, quod litteræ Apostolicæ sint iustificatæ est pro executore earum, num 3.

Citandi obligatione cessante citandus potest se extraiudicialiter informare sub numero 3.

DECISIO LXXXXI.

Contra informantem, quia licet tam de iure communi, quam vigore clausulæ vocatis vocandis, de qua in gratia
1 Reuerendissimi Episcopi Betlemani possessor, & quicumque alius interesse habens esset citandus, cap. licet Episcopus de præben. in 6. cap. exhibita, vbi glos. in verbo euocandi de iudic. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Non tamen probatur aliqua possessio Bonaguerræ, nec aliquod interesse Monialium, ideo non est cur deberent citari nec vlla adest causa, aut æquitas, vt intret arbitrium ad retardan. executionem literarum Apo-
2 stolicarum, quæ omni iure eis debetur postquam fuerunt iustificatæ; vt sæpius fuit decisum; Et quamuis pro parte Monialium diceretur illas nō fuisse iustificatas, de hoc tamē non constabat, & præsump-
3 tio stat pro executore præser tim cum cessante obligatione citandi posset se extraiudicialiter informare, Compostell. in cap. capitulum num. 25. versiculo Sed numquid, & ibi Ioann. Andr. num. 39. de rescript.

ſcript. Aegid. deciſ. 567. poſt med. verſ. tamen quia, Put. deciſ. 144. num. 2. lib. 2. & fuit dictum in Hiſpalen. Canonicatus 10. Aprilis 1606. coram Illuſtriſſimo Ludouiſio, & in Vercellen. Coadiutoriæ 23. Ianuarij 1608. coram Illuſtriſſimo Lancellotto.

Gerunden. Beneficij.

Veneris 16. Decembris 1616.

SVMMARIVM.

Ex probationibus in formibus nō eſt ſuſcitanda lis, n. 1.

Ad excuſandum contumacem, neceſſe eſt aliqualiter docere de bono iure num. 2.

Cum verba ſunt clara, non eſt locus obſeruantiæ interpretatiuæ num. 3.

Ex actibus voluntarijs non inducitur obſeruātia concludēs, n. 4

Obſeruantia concludens inducitur ex prohibitione cum acquieſcentia ſecuta num. 5.

Obſeruantia probatur ex effectu præciſe ſecuto num. 6.

Obſeruantia non inducitur ex actu, qui poteſt referri, tam in liberam facultatem, quam in obſeruantiam legis num. 7.

Verba vrbana, & curialia non inducunt obligationem ciuilem num. 8.

DECISIO LXXXXII.

CVm à ſententia R.P.D. mei Caualerij reuocatoria primæ Ordinarij Gerunden. ad fauorem Antichi latæ, nō fuiſſet pro illius parte infra decē dies appellatum, ſed à die notitiæ, vt ipſe prętendebat committi obtinuit cauſam appellationis in Rota cum hac clauſula, vel ſi magis placet, committatur eidem Auditori, v præfixo Ordinario breui, & cō petenti termino ad docendū de appellatione, & legitima eius proſecutione, vel de cauſis reſtitutionis in integrum, quo non docto, & conſtito de re iudic. vel quod alias executioni locus ſit ſuam moderetur inhibitionem, ſin minus cauſam appellationis cognoſcat, Vnde propoſito per me Dubio ſub die 17. Iunij 1616. An conſtaret de appellatione, & legitima eius proſecutione, vel de cauſis reſtitutionis in integrum, fuit ordinatum, quod Antichus informaret ſuper bono iure, quia ſi de illo doceret, & ipſe fuerit indefenſus, etiam ſi probationes ſuper illius interpoſita appellatione à die habitæ notitiæ eſſent informes, Attamē

de

de facili admitteretur excusatio illius alias nulla æquitas suadebat, quod ex his probationibus informibus suscita-
1 retur lis solum ad defatigandū aduersarium, & protrahendum litem in infinitum, ad huiusmodi enim effectum excu-
2 sandi contumacem vltra impedimentum necesse est, saltem aliqualiter docere de bono Iure, Castren. in l. fin. sub num. 5. vers. Bartolus tenet, C. in quibus caus. in integr. restit. Rot. decis. 5. de rest. in integr. in nou. Aegid. dec. 38. demum sub die 16. Decembris cum de nullo ipsius bono iure doceret Antichus, vnanimiter dictum fuit, non constare de legitima apppellatione, nec de causis restitutionis in integrum.

Huiusmodi enim bonum ius deducebatur, quia ex lege fundationis erat præsentandus presbyter de domo de Negrel. qualis est Antichus, & sic præsentatio facta de persona Francisci extranei, non poterat sustineri. Verum hoc fundamentum cessare, visum fuit ex decisione R. P. D. mei Caualerii, in qua plurimis rationibus, & solidissimis, quæ placuerunt Dominis, fuit ostēsum, quod dicta qualitas Domus de Negrell. fuit apposita respectu aliorum Patronorum non autem ipsius fundatoris, qui præsentauit Franciscum.

Non obst. obseruantia in contrarium adducta, Nam vltra, quod verba fundationis sunt satis clara, dū fundator ita loquitur Patronatus, cuius Prioratus durante vita mea ad me pertineat, & post obitum meū illum relinquo hæredi d. domus meæ de Negrell. qui Patronus vacante dicto prioratu teneatur, & sit obligatus pręsentare ad illum presbyterū d. meæ domus de Negrell. &c. Et quando verba sunt cla-
3 ra, non est locus obseruantiæ interpraetatiuæ iuxt. cons. Aretin. 115. num. 2. Dec. cons. 49. num. 1. ad med. vers. Et si dicatur. Seraph. dec. 1108. num. 7. cum electio personæ pręsentandę sit actus voluntarius ex eo, quod per duas vices fuerunt præsentati duo
4 de familia, non potest induci aliqua obseruantia, quæ concludat, cum potuerit hoc accidere, quia in illis actibus
5 ita placuit fundatori, & sic, vt concluderet opus esset docere de aliqua prohibitione, cum accquiescentia sequuta Innoc. in cap. cum Ecclesia num. 5. de caus. poss. & propriet. Gabr. de præscr. cōclus. 10. nu. 13. Crauet. de antiqu. 4. par. §. materia num. 99. Rot. decis. 411. num. 7. par. 1.

S di-

6 diuerſ. aut ſaltem eſſet probandum, quod fuerit facta præſentatio de illis de genere vti vocatis in fundatione, Crauet. conſ. 434. n. 197. n. 12. verſ. Optime facit Rot. dec. 294. n. 6. p. 2. & bene facit deciſio in Conchen. de Valdejudios 14. Nouembris 1611. coram Reuerendiſ. D. meo Damaſceno.

7 Vbi fuit dictũ quod actus, qui poteſt referri tam in liberam facultatem, quam in obſeruantiam legis non inducit illius obſeruantiam. Et quod accidẽtaliter illi de genere fuerint præſentati conſtat ex eo, quia vltimus prouiſus in hoc beneficio ex cauſa permutationis cum conſenſu fundatoris erat extraneus, & ſic potius obſeruantia retorquetur.

Vltimò neque obſtat eiuſdem fundatoris Epiſtola reſponſiua ad Anthicum fratrem ſum. ipſius n. 4. quia ad alium effectum non intendit, niſi vt frater minus ægreferret præſentationem de extraneo factam omiſſo fratre, quem ex quadã honeſtate videbatur quod frater fundator deberet alijs in præsentatione præferre, licet miſceantur aliqua verba demõſtratiua obligationis præſentandi fratrem illa, vel ſunt intelligenda de obligatione naturali, vel tanquam vrbana, & Curialia, non inducunt obliga-

8 tionem ciuilem c cũ veniſſent circa medium verſ. Ipſe vero Vbi not. Abb. & cæteri de Inſtit. Iaſ. in l. 1. §. ſi quis ita num. 31. & in l. ita ſtipulatus nu. 5. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. çum iuramento nu. 2. verſ. Sed hoc dictum de homicid.

Ex quibus, & aliis adductis per informantes Franciſco, quæ placuerunt, & de contraria bene etiam reſpondent vnanimiter vt ſupra fuit reſolutum.

Bononien. de Capacellis.

Lunæ 19. Decembris

1616.

SVMMARIVM.

Proteſtatio in dubio præſumitur poſtèrior recognitione cum agitur de ſuſtinenda ſententia, & euitando delicto, num. 1.

Notarius delinquit admittendo recognitionem poſt proteſtationem, num. 2.

DECI-

DECISIO LXXXXIII.

IN positione causæ die 27. Nouembris 1615. in qua dubitaui an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, quatuor exceptiones contra illam opponebantur. Prima non transportationis actorum. Secuuda de senten tia non conformi libello. Tertia de reconuentione in eadem sententia non terminata, & de non recognitione testamentorum Ioannis Baptistæ, & Tanarini. Quarta de non probata identitate bonorũ, & de detractionibus, quæ cõpetebant Iuliæ, & sub eadem die resolutum fuit sententiam esse confirmandã, nisi obstarent exceptiones identitatis bonorũ, & detractionũ. Qua resolutione iterum in disputationẽ deducta sub die 18. Maij prox. præt. Domini omissis pro tunc alijs in ea resolutis, quoad transportationem actorũ in decisis præstiterunt. Hodie vero 19. Decemb. 1616 præsupposita d. 2. dec. cum dubitarem an in reliquis est recedendum à prima sub die 27. Nou. 1615. Rota Hieronymo tantũ informante pro eo & sic negatiuè respõdit eisdẽ rationibus, & fũdamẽtis, de quibus in d. 1. dec. quæ placuerunt.

Et licet quoad recognitionem aliqua fieret difficultas per vnum ex DD. quia in extractu prius legebatur protestatio facta à D. Riuano Procuratore, deinde citatio, nihilominus vnanimiter eã cessare dixerũt quia cũ ex Broliardo non ap-
1 pareant an ante, vel post facta fuerit protestatio in dubio præsumi debet posterior recognitione. Tũ qui agitur de sustinendo actu sentent, iæ Achil. dec. 37. de appel. Crescen. dec. 1. de caus. poss. & prop. Than. decis. 57. incip. erat præsentata, Seraphin. decis. 1115. n. 1. Lancellott. de attent. 2. par. cap. 20. de attent. post Inhib. declar. 2. num. 1. Tum
2 ad euitandum delictum, quod Notarius nõ bene exercuerit officium suum admittendo recognitionem postquam facta fuerat protestatio, Achil. Crescen. Than. & Lancellott. vbi sup. Et ita conclusum.

Vercellen. Parrochialis.

Veneris 13. Ianuarij 1617.

SVMMARIVM.

Narratiua gratia debet esse in actis probata iuxta stylum

Rotæ alias sententia notoriè est nulla, num. 1.

Cum agitur ad priuationem ob simoniam causa dicitur ciuilis num. 2.

Simonia debet plene, & concludenter probare, sub num. 2.

Confessio resignantis post resignationem non præiudicat resignatario, num. 3.

Testis socius criminis nõ admittitur in causa priuationis ob simoniam, num. 4.

Ad simoniam conuentionalem requiritur contractus, vel conuentio, num. 5.

Simonia absenti ignoranti non nocet, quoad priuationem, num. 6.

Testes de auditu ab alijs quam à prætenso delinquente non probant, num. 7.

DECISIO XCIV.

SEntentiam Vicarij Vercellen. esse confirmandam fuit resolutum, quia Nicolaus non iustificauit suam gratiam, in qua narrauit Bartholomeum in resignatione istius Parrochialis, vt sibi fieret Simoniam realem, seu pacta illicita, Simoniam ipsam reddentia commisisse,
1 siue narratiua, cum non appareat ex actis probata, iuxta inueteratum stylum huius Tribunalis sententia, eo ipso dicitur notoriè iniusta. Gabr. consf.28.n. 6.lib.2.Cæs. de Grass. dec. 13. n. 9. de re iudic. & dec. 2. n. 6. de solut. & fuit dictũ in Burgen. Quindenniorum 16. Martij 1615. coram me.

Licet enim, quando agitur ad priuationem ob crimen Simoniæ
2 causa non dicatur Criminalis, sed Ciuilis: capitulo per tuas in fine de Simon. Tamen illa debet plene, & concludenter probari, glos. recepta in cap. veniens il primo, & ibid. Abb. num. 4. de test. Alciat. cons. 2. nu. 41. lib. 1. Natt. cons. 299. n. 13. in fin. Mohed. dec. 3. n. 1. de Simon. Cotta dec. 173. Card. Seraph. dec. 1029. num. 1. & fuit dictum in Firmana Cappellaniæ 7. Maii 1582 coram fel. rec. Clem. VIII. in Britonorien. Comendæ 12. Decembris 1588. coram Giptio: in Imolen. Confidentiæ 24. Februarii 1591. & Calaguritana Confidentiæ 25. Iunii 1593. coram bon. mem. Card. Pamph. & in Aquen. beneficii, seu simoniæ 17. Maii 1593. coram bon. mem. Card. Blanchetto, in Albinganen. Confidentiæ 6. Martii 1607. coram Reuerendissimo Lugdunen. & passim in aliis.

Hæc autem plena, & concludens probatio non resultat ex processu, quamuis in eo adsint duæ

duæ species probationis, scilicet confessio Gastaldi resignātis, & testes in Iudicio criminali examinati, & alij postmodum in Ciuili.

Nam Confessio Gastaldi, quod resignauerat ad preces Ioānis Petri sui Nepotis querelati in Curia Domini Zubienæ, vt exinde consequeretur liberationem à vexatione Criminali, cum d.D. Zubienæ faueret Bartholomęo resignatario, & pro hoc etiam instaret summ Nicolai n. 2. non
3 releuat, tum quia post resignationem facta, ideoq. non præiudicat resignatario, vt in pūcto fuit decisum in illa Firmana Cappellaniæ coram Sanctæ memoria Clemente VIII. in d. Aquen. Simoniæ 10. Decembris 1593. & in Romana, seu Hispalen. prętensæ Simoniæ 7. Februarij 1596. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & apud Seraph. d. decis. 1029. nu. 3. & in indiuiduo in hac causa 20. Maij prę teriti coram me, Tum quia etiam si deposuisset tanquam
4 testis adhuc tanquam socius criminis non admitteretur in hac causa priuationis Alex. de Neuo consilio 64. numero quinto, Seraphinus dicta decisione 1029. numero quarto, Rota in dicta Aquen. Beneficij, seu Simoniæ 17. Maij, & 10. Decembris 1593. coram Cardinali Blanchetto, & in dicta Romana, seu Hispalen. & prius in dicta Firmana Cappellaniæ, Tum deniq. quia dicta confessio, vbi illi stādū esset, forsan concluderet quoad Gastaldum, & eius Nepotem, nec non Dominum Zubienæ, inter quos hæc res fuit transacta, non autem, quoad Bartolomæū, qui erat absens,
5 & cum quo non continetur in dicta confessone aliquid tractatum fuisse, vel conuentum pro vt requiritur ad inducendum Simoniam conuentionalem c. Arthaldus 8. q. 1. Alciat. d. cons. 2. num. 20. Paris. cons. 30. num. 21. lib. 4. Put. dec. 171. n. 9 lib. 2. Card. Seraph. vbi supra num. 8. & fuit dictum in allegata Rom. seu Hispalen. & in d. Aquen. simoniæ, & in dicta Albinganen. Et quod conuentio, vel
6 pactio simoniaca inter aliquos in absentia, & absque scientia alterius ei non noceat, quoad hoc, vt puniri possit, Nauar. cons. 35. num. primo de Simon. Rota in dicta Calaguritana Confidentiæ 25. Iunij 1593. coram Cardinali Pamphilio, & in Aretina confidentiæ 23. Ianuarij 1595. coram Litta, & in dicta Albinganen.

Testes vero nihil etiā probāt

nam illi, qui fuerunt examinati in causa Crimin. sunt ijdem qui deposuerunt in hac causa Ciuili, & in vtroque examine vltra nullitates quæ opponuntur contra examen, nec etiam in dicto, aliquid concludunt, quia solum deponunt audiuisse ab ipso resignante, vel à dicto Ioanne Petro, vel ab eius Vxore, quod si subsecuta fuisset resignatio, ipse Ioannes Petrus fuisset liberatus à vexationibus dicti Zubienæ, quod nihil releuat ex supradictis. Et quatenus etiam deponunt
7 de promissione Bartholomęi, sunt testes de auditu ab alijs, quam ab ipso Barthołomęo, qui propterea non probant c. licet ex quadam de testibus l. testium C. eod.

Ex quibus, & alijs adductis pro Bartholomęo solum informante resolutum, vt supra fuit Sẽtentiam esse infirmandam.

Salamantina fructuum.

Lunæ 16. *Ianuarij* 1617.

SVMMARIVM.

Decretum non iustificatum ex actis, remanet notoria iniustũ num. 1.

Permissum ad tempus post tempus censetur prohibitum num. secundo.

Dominus censetur prohibuisse omne id, quod fit extra formam mandati num. 3.

Dominus non tenetur seruare gesta procuratoris excedentis n. quarto.

Transactio noua facta à procuratore sine mandato ad illam, est nulla num 5.

Prorogatio non dicitur lapso tempore primæ concessionis, sed noua concessio num. 6.

DECISIO CXXXXV.

DOmini censuerunt Decretum A. C. esse infirmandũ,
1 quia non iustificatur ex actis: & sic remanet notoriæ iniustum Gabr. cons. 28. num. 6. lib. 2. Cæs. de Grass. decis. 13. num. 9. de re iudic. & fuit dictum in Vercellen. parrochialis 13. Ianuarij presentis coram me.

Cum enim mandatum Capituli esset restrictum ad concordandam differentiam ortã occasione breuis, quod intelligebatur fuisse prorogatum summario num. 4. & tempus sex mensium de quo in breui iam elapsasset, quando fuit obtenta prorogatio, non potuit Procurator Capituli transigere, nisi super primis sex men-

sibus

2 sibus, quia permissum ad tempus post tempus censetur pro habitum l. si ita quis vbi not. Doct. ff. de vulga Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 46. Natt. cons. 485. nu. 4. Ceph. cons. 345. num. 13. Et quod Dominus censeatur
3 prohibuisse omne, quod fit extra formam mandati, Paris. consilio 47. num. 53. lib. 1. Vulgare autem est fines mandati diligenter seruari oportere l. diligenter ff. mandat. cũ alijs per Paris. vbi supra num. 4?, & 47. Vbi loquitur in casu, quo tempus fuerat limita-
4 tum, Nec Dominus tenetur seruare gesta à Procuratore, quando excedit mandatum etiam, quod excessus sit in minimo Ias. in l. 2. si procurator num. 2. C. de procur. Dec. cons. 493. num. 9. vers. Et non solum.

Ex quibus sequitur, quod transactio Procuratoris super
5 noua concessione tanquam sine mandato facta fuit ipso iure nulla Pari s. dicto consilio 47. num. 41. & 50. lib. 1. Ias. in dicta l. si Procurator num.
6 3. quia non dicitur prorogatio, sed noua concessio, quando fuit lapsum tempus primæ concessionis, l. sed & si manente ff. de precar. Tiraq. vbi supra §. 1. glos. 7. num. 24. Gabr. alios referens de dilat. concl. 3. num. 1. & in spec. Rebuff. in prax. 2. par. titulo de breui apostol. nu. 34. Mandos. in sign. grat. verbo Prorogationes vers. in prorogationibus, Et ideo opus erat facultate ad transigendũ super noua concessione, quæ tamen nõ legitur in mandato, nec Papa voluit nouam gratiam facere Ioanni de Ibarra, sed prorogare antiquam.

Et ex hoc capite fuit capta vnanimis resolutio pro infirmatione Decreti A. C. omissis alijs in quibus Domini sentiebant difficultatem.

Barbastren. Pecuniaria.

Lunæ 16. Ianuarij 1617.

SVMMARIVM.

Clausula, arbitrio, intelligitur prout de Iure num. 1.

Executio iam cepta ante petitam restitutionem non impeditur, num. 2. *&* 5.

Executio cepta dicitur per decretum, & relaxationem executorialium sub num. 2.

Clausula, parito iudicato est conditionalis, & non inducit Iurisdictionem, nisi docto de parito n. tertio.

Clausula Arbitrio, remittit de rigore

gore iuris, & per eam datur facultas iudici examinandi validitatem, & iustitiam sententiæ, & antequam doceatur coram eo de parito ita quod, &c. num. 4.

Vide ibi de vi istius clausulæ.

Per clausulam, Arbitrio, potest iudex videre de iniustitia sententiæ gustato de bono iure partis non impedito iudice, à quo in executione, num. 6.

Procurator quis non dicitur ad exigendum, eisque est malè solutum, cum non constat de speciali mandato ad exigendum, & habuisse confitendum, nu. 7.

Relationi instrumenti non statur quod aliquis sit procurator nisi mandatum in eo relatum producatur, num. 8.

Amplia etiam si Notarius dicat se vidisse, & legisse instrumentum relatum, num 9.

Amplia etiam si dicat vt cõstat in instrumento per me eũdem materiam recepto, & fieri rogato num. 10.

DECISIO LXXXXVI.

Domini in primis iterum firmarunt conclusiones in hac causa traditas sub die 1. Iulij præteriti coram me. Nẽ-
1 pè quod clausula, Arbitrio, intelligitur prout de iure, &
2 quod de iure non impeditur executio iam cepta ante petitam restitutionẽ, & quod dicitur cepta per decretum, & relaxationem exequutorialium vt patet ex allegatis in d. dec.

Deinde animaduerterunt, quod Informantes pro Ludouico non prętendũt Arbitrium intrare debere ad retardandam exequutionem, sed solũ ad effectũ euitandi rigorẽ clausulæ,
3 Parito Iudicato, quę dat Iurisdictionem conditionalẽ, itaut Iudex non possit cognoscere de meritis causæ, nisi agens coram eo, in primis doceat se paruisse, iuxta decis. Put. 429. lib. 1. & 16. vt lit. pend cum alijs adductis in Firmana Altaris 11. Ianuarij 1616. coram me, ad quem effectum so-
4 let apponi d. clausula Arbitrio, quæ remittit de rigore iuris, & per eam datur facultas Iudici examinandi validitatẽ, & iustitiã sententiarũ, etiã antequam coram eo doceatur de paritione, ita vt si non constet de inualiditate, & iniustitia illarũ cessat arbitriũ, & remaneat rigor d. clausulæ, Parito iudicato. Si verò è contra de inualiditate, vel iniustitia doceatur, aut alias deturve hemẽs fumus boni iuris illius qui causam restitutionis commisit arbitrio sit locus non pro retardanda iam cepta executione iudicati, sed vt pars audia-

audiatur in causa restitutionis in integrum etiam si non doceat in primis,& ante omnia se paruisse iudicato ex deductis apud Seraph.dec. 674. n.1.& in Mediolan. pēsionis 5.Nouemb.1607.coram Reu. Lugdun. & hic per informan.

Vnde non potest negari quin sit valde diuersum,quod ille, qui cōmisit causam restitutionis in integrum,prętendat retardare exequutionem mediāte causa restitutionis, vel quod prętendat procedi quidem posse contra se ad exequutionem,sed eodem tempore posse prosequi causam restitutionis.Nam primo casu pars prętendit in Iudicem causæ restitutionis translatam esse Iurisdictionem itaut possit inhibere Iudici, à quo & sic retardare executionem . Altero verò casu prętendit solummodo, quod docto de iniustitia sententiarum, vel gustato sufficiēter de bono iure ipsius posit Iudex restitutionis ex vi clausulæ , Arbitrio illam videre , etiam si coram eo non doceat se paruisse, & remaneat integra facultas Iudici,à quo procedendi ad executionem . Et

5 hinc fit, quod primo casu non posit committens obtinere. Si executio est cæpta antequā restitutio fuerit petita ratione prętionis Castr.in auth. quæ supplicatio n.3.vers. Vel dic melius , C. de præc. Imp. off.cum aliis per Lancell. de attent.2.p.c.18.n.132.& fuit

6 firmatum in dec.Secūdo verò casu possit obtinere,qa quoad Iudicem , à quo non intendit eum impedire quin procedat ad executionem , & ideo non obstat obiectum præuētionis.

In proposito autē satis visū fuit constare de iniustitia sententiarum,& sufficienti fumo boni iuris Ludouici ad effectū audiendi,quia creditū ipsius bene probatur ex assignatione facta per Capit. quod nec illud controuertit, sed solū allegat satisfactionē,quę non videtur probata ex iurib.datis in sum. cū aliquæ solutiones legantur factæ Petro Garzes eius proc. n.6.& 7.& tamen nō constat, quod esset talis,& haberet speciale mandatum ad exigen. & habuisse confiten. prout erat necessarium, l. hoc iure, ff.de sol.Socin.cons.260.n.18.vers. Quinimo lib. 2. Seraph. dec. 987.n.5. nec in hoc statur relationi Instrum.in quo dicitur talis tanquā Procurator talis vt constat instrumentum , nisi mādatum in eo relatū producatur,Bal.in auth.si quis in aliquo in fi. n. 27. & ibi Ias. n.7. vers. iuxta hanc regulā , C. de eden. Alex cons. 6. n. 6 cum duob. seqq. lib. 4. Boer. dec.

281.

281. num. 3. verſ. Vnde videtur Surd. deciſ. 231. num. 2. Quod procedit non ſolum ſi Notarius dicat ſe vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum relatum pro vt hic dixi ſibi de eo conſtare Iaſ. in d. auth. ſi quis in aliquo num. 7.& ibi Curt. Iunior. n. 43 verſ. 2.extenditur, Vbi dicit communem add. ad Alexan. dicto conſ. 6. num. 8. in verbo tale inſtrumentum Surd. ibi ſupra num. 3. verſ.
10 & id verum eſt,ſed etiam ſi dicat, vt conſtat Inſtrumento per me eundem Notarium recepto, & fieri rogato, Socin. conſ. 266. nu.1. verſ. nec obſtat lib. 2 dicta add. ad Alex. Boer. & Surd. vbi ſupra.

Aliæ vero ſolutiones factæ ipſi Ludouico à Didaco Berbegal.ſumm. num. 7.& eadem facta Petro Garzes ipſius Procuratori num. 6. non probantur factæ in extinctionem huius crediti, ſed alterius, quod habet cum Franciſco Doz de Arelalo Cantore,&Canonico, & partita diſtributionis ſcut. 65 tangentium eundem Ludouicum ſummario num. 5. Vltra quod fuit extracta ex libro capituli, quod eſt in cauſa patitur alias exceptiones de quibus hic per informantes, & quod plus eſt non ſolum non probatur,quod Ludouicus exegerit, ſed quod Capitulum exegerit fructus aſſignatos eidem Ludouico pro conſecutione ſui crediti,bene conſtat ex ſententia arbitrali lata per Ordinarium Barbaſtren. ſum. Ludouici num. 1.

Denique pro interponendo Arbitrio, multum mouit Dominos illa ratio de qua in deciſ. Quod non ſumus in re iudicata proueniente ex tribus conformibus,ſed duabus, & illis quidem extra Rotam latis, & ita concluſum eſſe recedendum à deciſis.

Burgen. Seruitij.

Lunæ 23. Ianuarij 1617.

SVMMARIVM.

Intereſſe principale eſt attendendum, ſi ſit vniuerſitatis, vel ſingulorum num. 1.

Oblatio verbalis ſeruitij ſufficit ad denegandum declaratoriā cum tempore intimationis nihil eſſet præſtandum num. 2.

Inſtrumentum partitionis realis in quo notarius cum teſtibus eſt rogatus facit fidem num. 3.

Notario non creditur in ſimplici fide, vel atteſtatione de præterito, vel de re, quæ dependet à caſu, non à voluntate num. 4.

De geſtis dependentibus à voluntate, & non à caſu, vt ſedere in

in eboro, & similia incumbentia, potest notarius rogari, & rogatus à parte actum conficere præsentibus testibus, & ei creditur, quia &c. num. 5.
Notarius non potest conficere instrumentum, de facto præterito ibi.
Excusatus non dicitur inobediēs, num. 6.
Voluntas non dicitur mutata, nisi contrarium appareat num. septimo.

DECISIO CXXXXVII.

SVb die 4. Maij anni prçteriti fuit reseruatum videre circa paritionum dignitatū, quoad seruitium Ecclesiæ, quoad expensas vero captum fuit temperamentum, quod fieret depositum in partibus saltem respectu portionum illorum Canonicorum, qui fuerunt in lite, & tunc erant demortui, vt soluerentur eorum hæredibus, Vnde hodie contigit dubitari An constaret de paritione, & placuit affirmatiua Sententia.

Nam quoad expensas, cum per Rotam fuerit ordinatum, quod pro illarum portione fieret depositum in partibus, vt supra, & illud fuerit factum penes Oeconomum Capituli, vt in Instrumento de quo in Sūmario Digniatum num. 2. Satis apparebat de paritione; Cæterum, quia in dicto instrumento, non dicitur pecuniam fuisse numeratam, aut depositam, sed solum, quo i Oeconomus se constitue bit depositarium. Domini ordinarunt, quod fieret reale depositum, vel detur Cedula Bancaria.

Nec placuerunt rationes adductæ pro Capitulo, quod in hac causa agitur de interesse Ecclesiæ, cuius interest habere plures personas, quæ eidem Ecclesiæ prçstent seruitium, & sic omnes expensas esse reficiendas Canonicis etiam successoribus ex late adductis per informantes, quia tam Canonici, quam dignitates inseruiunt Ecclesiæ cuius non interest, quod in alio seruitio magis assistat vnus, quā alter, & sic dum agitur de simili controuersia non agitur de interesse Ecclesiæ, sed singulo- 1 rum, qui grauantur, vel non grauantur aliquo particulari seruitio, & ideo expensæ non sunt reficiendæ Ecclesiæ, vel successori in beneficio, sed hęredibus illorū, qui eas fecerūt ex deductis in decis. factis in hac causa coram b. m. Lettā & coram R. P. D. meo Pirouano, quas Rota sequuta fuit coram me in vir. dec.

Quo verò ad seruitium pariter constabat de paritione, quia

Vlixbonen. Iurisnominandi.

Veneris 27. Ianuarij 1617.

SVMMARIVM.

Actore non probante, reus absoluitur, num. 1.
Vnicus actus sufficit ad constituendum aliquem in quasi possessione retinendi, nu. 2.
Testes ob defectum citationis dicuntur nulliter examinati, num. 3.
Salarij onus, qui sentit debet sentire commodum deputationis ministri, num. 4.

CONCLVSIO XCVIII.

Domini dixerunt sententias de partibus esse confirmãdas dum absoluunt Priorem ab impetitis per beneficiatos super iure nominandi Thesauriũ seu Sacristam Ecclesiæ Sancti Nicolai Vlixbonen. simul cum Priore eiusdem Ecclesiæ, quia cum ipse sit reus, & possessor, & ipsi egerint, vt vna cum dicto Priore admitti debeant ad deputandum, seu nominãdum Thesaurar. si ipsi beneficiati non probarunt eorum intentionem bene fuit lata absolutoria ad fauorem Prioris possessoris. Nam reg. est clara
1 quod actore non probante, reus absoluitur, l. qui accusare C. de eden. l. actore C. de probat. cum simil.

Quod autẽ Prior sit reus, & possessor satis clarè apparet ex ipsa introductione causæ per beneficiatos in partibus, & ex tribus deputationibus Thesaurarij per ipsum solum Priorem factis pro tribus annis, scilicet 1610. 1611. & 1612. sum. num. 2. Ex quibus
2 sine dubio dicitur constitutus in quasi possessione cum ad istum effectum vnicus actus sufficiat glos. in c. cum Eccles. verbo Trium, Abb. n. 22. Rip. n. 52. & 90. de caus. poss. & propr. & ista etiam possessio coadiuuatur ex testibus pro eius parte examinatis summ. num. 1.

Non obst. testes beneficiatorum, qui conantur deponere etiam beneficiatos interuenisse in deputatione Thesaurarii, quia quicquid sit an probent, & omissis aliis exceptionibus illa
3 sufficit, quod fuerunt nulliter examinati ob defectũ citationis cap. 2. de test.

Nec releuat, quod talis minister sustineatur expensis comunibus Prioris, & beneficiatorum vt in attestatione Collectoris & Oeconomi d. Ecclesię sum. bene-

beneficiatorum num. 1. & Prio
4 ris num. 4. ita vt, qui sentit onus salarij honorem etiam, & commodum deputandi habere debeat reg. qui sentit de reg. iur. in 6. Quia hoc non iustificatur, & frumentum vinum, & oleum, quod datur Priori, non datur pro eius sustentatioue, sed frumentum, & vinum pro hostis ad celebrandum, & oleum pro illuminandis lampidibus Ecclesię vt patet ex dicta attestatione.

Non obst. distinctio data in decis. Seraph. 645. num. 4. Nempe, quod si minister est comunis ab omnibus deputandus sit, si vero particularis à Prælato superiori debeat deputari, quia distinctio forsan procederet, probata facti veritate, sed in præsenti non probatur, quod Sacrista sit minister comunis, & adhuc hoc probato Domini quoad decisionem articuli prout de Iure non satis conueniebant.

Vltimò non obst. Constitutio Synodalis in summ. Beneficiatorum sub nu. 4. Nam illa solum disponit, quod Thesaurarius debeat esse in Sacris, sed quoad facultatem deputandi nihil determinat, quinimo hoc reseruat cui de iure, vt patet ex eius lectura, Et ita conclusum.

Mediolanen. Domus.

Lunæ 30. Ianuarij 1617.

SVMMARIVM.

Ad inducendam consuetudinem optandi domos, cum non sit de spirituali sufficiunt decem anni num. 1.

Si res est annus à certa prebenda vt Theologali non potest fieri optio de ea num. 2.

Obseruantia declarat quid in præcedenti dispositione fuerit actum num. 3.

Prouisio Papæ non mutat statū beneficij num. 4.

Priuilegia, & concessiones Apostolicæ non derogant consuetudini loci, sed secundum eam debent intelligi etiam contra propriam significationem verborū num. 5.

Verba in dubio, dubio debent sumi demonstratiue, num. 6.

DECISIO XCIX.

DVbitaui sub die 27. Iunij 1616. An Domus de qua agitur, esset ex reditibus præbendæ. Domini Vidoni, & fuit ordinatum, quod informaretur strictæ super consuetudine optandi domos in Ecclesia, quæ consuetudo cum esset

in

in confesso inter partes, & ex deductis in facto satis probaretur; hodie 30. Ianuarii 1617. responsum fuit Domum non esse de reditibus Præbendæ Theologalis.

Nam, quod in huiusmodi Ecclesia vigeat talis cõsuetudo optãdi probatur ex eo, quia Ruffinus Fontanetta, qui præbendam Theologalem assequutus fuit de anno 1581. dimissa domo ista de qua agitur, aliam optauit, summ. Ioannis Bapt. num. 2. & vacante alia præbẽda Canonicali, quæ fuit collata eidem Ioanni Baptistæ simul cum ista domo de anno 1606. optioni de illa factæ, seu iuri optandi renunciauit, Gulielmus Vidonus eod. summ. num. 3. Quinimo in collatione præbendæ Theologalis, quam S. Carolus fecit Ruffino enunciatur, huiusmodi cõsuetudo, & quod plures successiue optiones præcesserunt optionem dicti Ruffini summ. Vidoni num. 2. Ex quibus satis videtur probata, tàm generalis, quàm particularis consuetudo optandi domos Canonicales, cum non agatur de acquirendo aliquo iure spirituali, vel ei annexo, sed de optan-

1 da domo, & prębenda temporali, quo casu 10. anni sufficiunt, vt distinguendo, tradit Compostell. in c. fin. in princ. & num. 2. de consuet. in 6. quem refert, & seqitur, glos. ibi in verbo consuetudo recepta commissio à Doct. Aegid. decis. 63. num. 4. Rota decis. 6. num 1. ad fin. vers. & sic faciam distinctionem de cõsuet. in nou. & ibi Papa, &c. in addit. num. 9. Mohed. decis. 1 eod. tit. Put. dec. 196. lib. 2. in nou. Monet. de optio. cap. 2. num. 21. Gonzal. super reg. 8. glos. 34. nu. 14.

Vnde sequitur, hanc domum non esse de reditibus dictæ præben-

2 dæ Theologalis, cum alias fieri non potuisset illa optio, si domus ista fuisset ei annexa, iuxta tradita in Lucana Optionis domus 24. Ianuarii 1607. coram R. P. D. meo Manzanedo, Et ideo quatenus assignatio dictæ domus pro præbenda Theologali facta per S. Carolum summ. Ioannis Baptistæ num. 1. Esset dubia (quę tamen aliquibus ex DD. videbatur satis clara, vt non loqueretur de domo, sed tantum de præbenda) sufficeret pro eius interpretatione obseruantia subsequuta cum dicta domus semper dimissa, atque alia fue-

3 rit optata, quæ obseruantia declarat, quid in præcedenti dispositione fuit actũ, Castrens. cons. 347. nu. 4. lib. 1. Aym. cons. 101. num. 3. Gabr. cõs. 66. num. 24. lib. 2. Rota decis.

cif. 571. num. 3. par. 1. nec re
quirit præſcriptionem, ſed ſo-
lum, quod ita fuerit ſeruatum
Socin. conſ. 111. num. 5. lib.
1. Crauett. dicto conſ. 101. n.
4. verſ. Et adeo potens. & cõſ.
201. num. 11. & ſeq. Put. de-
ciſ. 12. in fin. lib. 3. Creſcen.
deciſ. 1. nu. 1. de conſtit.

Non obſt. translatio fructuum ad
fauorem Vituloni facta à Pa-
pa cum reſeruatione quintæ
partis vna cum domo pro Ca
nonico Theologali ſumm. Vi-
doni num. 1. Quia non con-
ſtat, quod Papa habuerit ani-
mum faciendi d. annexionem,
& potuit cogitare, quod do-
mus eſſet de illa prębenda, &
4 ideo dicitur, quod prouiſio Pa
pæ non mutat ſtatum beneficii
Achil. deciſ. vltima de Iurepa
tr. & fuit ſæpius deciſum pro-
ut neq. priuilegia, & conceſ-
5 ſiones Apoſtolicæ derogant
conſuetudini loci, ſed potius
ſecundum eam intelligi de-
bent, etiam contra propriam
ſignificationem verborum,
Innocent. in cap. olim, num.
2. de verbor. ſignificat. Abb.
in cap. certificari, eodem nu-
mero 2. de ſepult. Felin. in
cap. cum M. Ferrarienſis, nu.
6 verſic. Et adde Innocentiũ,
de conſtit.

Nec releuat obſeruantia
contraria, quia illa non pro-
batur, immo ex ſupradictis ap
paret manifeſte, quod hæc do
mus, numquam fuit annexa,
& incorporata prębẽdæ Theo
logali, cum illa per Theolo-
gos ſemper fuerit dimiſſa, &
alia optata. Et hinc ceſſat o-
biectum de poſſeſsione ante-
ceſſoris, qui fuit Ruffinus,
quia & ipſe eam dimiſit, aliam
que optauit, vt conſtat ex
prouiſione per ceſſum ipſius
Ruffini in perſonam Vidoni,
facta per ſanctum Carolum,
ſummario eiuſdem Vidoni nu.
2. vbi dicitur, quod Ruffinus
præbendam Theologalem iu-
re ſuo vtendo dimiſit, etiam-
que optauit, ex quo neceſſa-
rio infertur, quod illa verba
5 præbendam Theologalẽ, ſtant
demonſtratiuè, prout in du-
bio accipi debent, Bartol. in
l. cum pater, §. menſæ, num.
8. ff. de legat. 2. & in l. Cen-
turio, num. 39. in fine, ff. de
vulga. Dec. conſil. 183. num.
primo, verſic. Et ad hoc facit,
& conſil. 568. num. 3. Cra-
uet. conſil. 301. num. 5. Vn-
de etiam tollitur difficultas
ex deciſione Lucana coram
R. P. D. meo Manzanedo,
quia in illo caſu aderat obſer-
uantia vnionis domus, & prę
bendæ Theologalis, quæ in no
ſtro caſu habet ſtatum expli-
citum contrarium.

Et ita concluſum.

Virdunen.

Virdunen. Canonicatus.

Lunæ 13. Februarij 1617.

SVMMARIVM.

Mentis Augusti ex concordatis Germaniæ, est vnus ex ordinarijs, nu. 1.

Protbonotarij Apostolici etiam de numero non participantiũ, sunt vere familiares Papæ etiã ad effectum reseruationis, numero secundo.

Beneficia Protbonotariorum, etiam de numero non participantium sunt affectaPapæ, sub num. 2.

Constitutio Pauli Tertij, in qua Protbonotarij non participantes, declarantur familiares Papæ, non derogat concordatis, num. 3.

Concordatis non censetur derogatum per sequentem reseruationem, etiam cum clausula non obstantibus, & alijs consuetis num. 4.

Si Ecclesia comprehenditur sub concordatis, non sufficit generalis derogatoria, sed requiritur expressa, & specialis, & ibi ratio, nu. 5.

Si Ecclesia non comprehenditur sub concordatis, sed concordata ad illam ostenduntur, tunc non requiritur expressa, & specialis derogatoria, num. 6. & ibi ratio.

Papa potest derogare concordatis sub num. 5.

Ordinariorum collatorum appellationi, veniunt etiam Capitula habentia ius conferendi num 7.

Derogatio restricta ad priuilegia & indulta concessa personis non comprehendis indulta concessa vniuersitati, nu. 8.

Clausula quarum tenores non operatur circa non oppressa, & quorum Papa non fecit mentionem. nu. 9.

Papa faciens mentionem de Ordinarij collatione non comprehendit Capitulo nu. 10.

Clausula, in omnibus, & per omnia, importat omnimodam executionem, vt nulla inter adaquata sit differentia, nu. 11.

Amplia, vt etiam importet veritatem, sub nu. 11.

Ecclesia Virdunen. non est cum limites Germaniæ, nu 12.

Princeps veritatem mutare non potest, & si possit contra eam fingere, nu. 13.

Iuspatronatus concessum cum clausula, quod habeatur, ac si esset ex fundatione, & dotatione non operatur, vt non dicatur ex priuilegio, nu. 14.

Iuspatronatus ex priuilegio per

per clausulam derogatoriam generalem reuocatur sub nu. 14.

Concessum nulla facta retributione ab altera parte dicitur priuilegium non contractus nu. 15.

Ad derogandum generali constitutioni motu proprio factæ sufficiunt clausulæ generales nu. 16.

Clausulæ derogatoriæ generalis derogant non solum legibus anterioribus, verum etiam priuilegijs continentibus clausulas derogatorias cum derogatoriarum derogatorijs, sub num. 16.

Idem si esset gratia ad supplicationem partis, vt Rota tenet num. 17.

Constitutio Pauli Tertij de Protonotarijs non participantibus inducit reseruationem in eorũ beneficijs num. 18.

Dictio, pro tempore, refertur etiã in futurum, nu. 19.

Dictio, creatis refertur etiam in futurum sub num. 19.

Familiares ficti non veniunt sub aliqua reseruatione de qua in concordatis num. 20.

Verum in Ecclesiis comprebẽsis sub concordatis sub n. 20.

Clausula in prima constitutione posita, intelligitur repetita in secunda, quæ refert ad primã num. 21.

DECISIO C.

VAcante Canonicatu in Ecclesia Virdunen. per obitum quondam Ioannis Xandrini Protonotarij Apostolici de numero non participantium extra Romanam Curiã defuncti de mense Augusti 1615. qui mensis vigore concordatorum Germaniæ est v-
1 nus ex mensibus ordinarijs S. D. N. illum vti reseruatum contulit Desiderio Baulgnon cum subrogatione gratiosa ad partem expedita, & ipso instãte pro immissione coram A.C. se opposuerunt, tàm Capitulum Virdunen. quàm Christophorus Medard, ab eodem Capit. prouisus sub prætextu dd. Cõcordatorũ, Et quod propterea cessaret reseruatio, Vnde idẽ Sanctiss. iussit in eo iudicio su persederi, & prius disputari in Rot. dubiũ, An constaret de reseruatione, quod me proponẽte fuit affirmatiue resolutũ.
2 De Protonotariatu enim Ioãnis, & vacatione per obitũ illius in confesso erat inter partes, Vnde intrabat reseruatio de qua in extrauagãti ad regimen de præben. in commun. renouata in regula prima Cancellariæ, quæ habet locũ, etiam in Protonotarijs non participantibus, Simonett. de re-

reseruat quæst. vltima num. 2. Put. dec. 313. in princ. lib. 1. & 81. ad fin. lib. 3. Peregr. decis. 106. lib. 1. Than. dec. 12. Verall. decis. 404. par. 2. cum aliis adductis in Burgen. Abatiæ de Salas. 14. Maij 1612 coram R. P. D. meo Vbaldo, quod etiam perspicuum videbatur ex Constitutione, & declaratione Pauli Terti in qua tales Prothonotarij declarantur verè, & indubitatè familiares, etiam ad effectum, vt in casu vacationis Roman. Pontifex pro tempore de illorum beneficijs possit liberè disponere, & clarè legitur in Constitutione 78. & 79. Pauli Tertij in Bullario, & Summario Desiderij nu. 5.

Tota igitur difficultas eo reducebatur an per dictam Constitutionem, & eius declarationem, in qua relatiuè ad primam adsunt clausulę derogatoriæ, cum clausula, quorum tenores censeatur derogatum priuilegio Leonis Decimi concesso Ecclesiæ Virdunen. summario Capituli nu. primo, in quo statuitur ad effectum conferendi beneficia vacantia in sex mensibus ordinarijs eandem Ecclesiam Virdunen. sub eisdem concordatis, & litteris Nicolai Quinti comprehendi in omnibus, & per omnia, ac si in litteris Nicolai de illa indiuidua mentio facta fuisset, & eadem Ecclesiam Virdunen. in Germania consisteret cum clausulis amplissimis, & derogatorijs ad quascunque contrarias dispositiones imposterum emanandas, dicta autem Constitutio Pauli Tertij non derogat concordatis, vt in specie fuit decisũ in Leodien. Canonicatus 15. Maij 1556. coram Chiroga, relata per Seraph. decis. 510. sub num. 6. & in decis. 303. par. 2. diuersorum, & in indiuiduo huiusmodi extensionis concordatorũ factæ
4 ad Ecclesiam Ianuen. quod nõ censeretur illi derogatum per sequentem reseruationem Apostolicam etiam munitam clausula non obstantibus, & alijs clausulis consuetis, allegabatur Gemin. cons. 56. per tot.

Verum DD. placuit distinctio, quam Rota perpetuo sequuta est, quod autem sumus in Ecclesia, quæ continetur sub
5 concordatis per viam comprehensionis, & tunc non sufficiant clausulæ generales, sed expressa, & specialis derogatio concordatorũ sit necessaria, cum illa emanauerint per viam contractus, & pro bono publico ad sedandas discordias inter Ecclesiam Romanam, & Principes tam

Ecclesiasticos, quàm seculares nationis Germaniæ, vt colligitur ex litteris Nicolai Quinti, & tradit. Put. decis. 478. num. 7. lib. 2. & decis. 226. num. 1. versic. Secundo facit lib 3. Cassad. decis. vnic. num 4. de pact. Rota dec. 10. num. 4. par. 3. lib. 3. & in hoc primo casu distinctionis procedit illa decisio Leodien. Canonicatus coram Chiroga & alia diuersorum 303. par. 2. Crescen. decis. 2. de priuileg. cum alijs adductis in Leodien. Canonicatus 21. Maij 1607. coram Reuerendissimo Lugdunen. vbi rectè fuit animaduersum, quòd hæc quæstio non est de potestate Papæ, sed de voluntate derogandi huiusmodi concordatis, quæ non præsumitur, neque colligitur ex clausulis generalibus. Aut vero Ecclesia non continetur sub concordatis per viam comprehensionis, sed per viam extensionis, vt Ecclesia Virdunen. ex late, & in puncto adductis in Virdunen. electionis Episcopatus 15. Nouembris 1593. & 23. Maij 159[illegible]. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & 10. Martij 1595. coram bon. me. Litta; Et tunc sufficit ex clau-
6 sulis generalibus, & tenore litterarum Apostolicarum apparere mentem Papæ fuisse d. extensioni derogare, vt in specie dictæ Ecclesiæ Virdunen. tradit Put. decis. 47. nu. 21. lib. 1. Ioan. Paul. decis. 84. Tholom. decis. 840. num. 1. versiculo Non obstat parte 3. lib. 3. diuers. Anton. Augustin in Epith. de indult. nu. 11. versiculo Indultum Ecclesiæ Virdunen. & fuit resolutum in causa Meten. Elemosinariç 17. Decembris 1612. & 13. Februarij, ac tertia Iulij 1613. coram R. P. D. meo Caualerio, & in Indiuiduo Constitutionis præfatæ Pauli Tertij, quod per eam fuerit derogatum priuilegio Leonis adest decisio Seraphin. 510. numero septimo, & 8. quæ loquitur in eadem Ecclesia Virdunen.

Ratio autem istius secundi casus distinctionis est, quia tunc cessat ius pacti, & intrat ius priuilegii, seu indulti, cui per clausulas huiusmodi satis censetur derogatum, Put. & Tholom. vbi supra, Card. Seraph. dicta decis. 510. numero primo cum tribus sequentibus num. 6. & dixit Rota in illa Meten. coram Reuerendo Patri Domino meo Caualerio.

Quod autem ex clausulis de quibus in Constitutione Pauli Papæ Tertii apparebat de illius intentione derogandi huiusmo,

huiusmodi priuilegio Leonis, hinc Domini inferebat, quia in dicta constitutione derogatur priuilegijs, & indultis con
7 cessis ordinarijs collatoribus, quorum appellatione veniunt etiam Capitula in illis casibus & Ecclesijs, in quibus illa habent potestatem conferendi, vt in exrauag. execrabilis §. cum cæterum de præben. cum alijs per Rebuff. in concord. rubric. de collator. §. præfatiq. in princip. sub verbo ordinarij collatores, & verbo quicumque Gonzal. in reg. 8. glos. 37. num. 41. & glos. 45. numero 37. & in indiuiduo Rota dicta decisione 840. numero primo, versiculo Et licet dicatur ordinariis collatoribus, Vnde cum Papa voluerit non obstare indulta, & priuilegia concessa ordinarijs collatoribus, & sic etiam Capitulis vna cum clausula Quorum tenoris, satis apparet eam fuisse illius mentem, vt derogare intenderit huiusmodi Indulto Ecclesiæ Virdunen. Puteus dicta decisione 47. numero 21. libro primo, Rota dicta decisione 840. parte tertia libro tertio Seraphinus vbi supra numero sexto.

Hinc cessat obiectum scribentium pro Capitulo, quòd dicta derogatio est destricta ad priulegia, & indulta concessa quibuscumque personis, quæ propterea non comprehendit 8
priuilegia concessa Vniuersitati, vel Collegio, vt in præsenti, Roman. consilio 436. & 438. Non obstante
9 clausula quorum tenores, quę non operatur circa non expræssa, neque circa ea de quibus non fuit facta aliqua mentio, itaut Papa saltem in genere de eis cogitare potuerit, Veral. decisione 121. parte prima, & fuit dictum in Valentina Decimarum 28. Nouembris 1603. coram Illustrissimo Lancellotto, quia cum in in dicta constitutione expressi fuerint ordinarij Collatores satis apparet Papam de hoc capitulo ordinario Collatore in genere cogitasse.

Non obst. clausula in omnibus, & per omnia, de qua in dicto priuilegio Leonis, quæ importat omnimodam exequutionem, vt nulla prorsus inter adæquata sit differentia Doct. in l. prima, Vbi Iason. numero 20. cum pluribus sequentibus, & ibi etiam Rip. numero primo, & secundo. Bolognettus numero 106. ff. de legat. 1. Rolan. cons. 77. n. 42 & seq. lib. 3. & inducit non solũ fictionẽ, sed etiam veritatem Angel Aretin. cons. 107. numero 17. cum aliis allegatis, Quia

cum Ecclesia Virdunen. sit extra limites Germaniæ, vt firmauit Rota in pluribus, tam antiquis, quàm modernis decisionibus, illa communicatio concordatorum ei facta perinde, ac si in litteris Nicolai expressa fuisset, ac in Germania consisteret semper remanet
13 priuilegium, quia Princeps veritatem mutare non potest etiam si possit contra eam fingere, Bart. in l. si is qui pro emptore, num. 5. versiculo Quod etiam patet, ff. de vsucap vbi com. alij, Castrens. consil. 340. num. 2. versic.
14 Nec obstat, quod Princeps lib. 1. & facit simile de iurepatronatus concesso cum clausula quod habeatur, ac si esset ex fundatione, & dotatione quæ non operatur, vt non dicatur ex priuilegio, & propterea comprehensum sub generali dispositione reuocatoria patronatuum, ex priuilegio, vt fuit decisum in Placentina Parrochialis vltima Ianuarij 1594. coram bon. mem. Litta, & in Compsana Iurispatronatus 3. Decembris 1604. corā eodem: Ex quo apparet, quā firmo, & solido fundamento nixæ fuerint tot Rotæ decisiones, quæ pro sufficienti derogatione huiusmodi extensionis à Leone factæ eam rationem habuerunt, quod illa non emanauerit per viam contractus, sed fuerit simplex, & merum priuilegium, vt bene deducitur in dicta decisione Seraph. 510. super prima difficultate.

Nec subsistit, quod etiam litteræ Nicolai contineant priuilegium, licet improprie dicantur concessæ in vim contractus cum ex parte Germaniæ nihil fuerit datum Sedi Apostolicæ prout erat necessarium ad hoc, vt vere diceretur contractus initus ex alleg. Quia vt patet ex litteris Nicolai aderant infinitæ lites, & controuersiæ cū illis ad quos spectabat ius conferendi, & ad imponendum finem illis litibus, & aliis de causis fuit deuentum ad concordata, quæ propterea dicuntur emanasse
15 in vim contractus. At litteræ Leonis non habuerunt hanc rationem extinguendi lites, quæ nullæ aderant, sed augendi decorem, & venustatem Ecclesiæ Virdunen. vt legitur in proemio ex quo colligitur causa finalis, l. vltima, & ibi Bart. num. 3. ff. de hæred. instit. Vnde continet merum priuilegium.

c Non obstat consil. Gemin. 56. num. 1. quia cum totam vim faciat in æquiparatione Ecclesiæ Ianuen. ad nationem Germanicam, ex supradictis ad-

admodum videtur dubium, & periculi plenum. Vltra quod ibi clausulæ derogatoriæ erat appositæ in gratia speciali ad supplicationem partis concessa, hic autem versamur in Con
16 stitutione generali motu proprio emanata, quo casu clausulæ generales sufficiunt ad tollendum, non solùm leges anteriores, sed etiam priuilegia continentia clausulas derogatorias, cum derogatoriarum derogatorijs, Castren. conf. 3. nu. 6. ad fin. versic. Nec obstat prædictis lib. 1. Calder. conf. 11. col. 2. vers. Nec obstat, quod sufficiant de priuileg. Dec. conf. 165. num. 2. in fin. versic. vel concordando, Paris. conf. 42. nu. 13. lib. 4. Gambar. de offic. legat. lib. 8. tit. de potest. legat. in leg. & statut. nu. 41. versiculo Quando Princeps,
17 Et vbi versamur in gratia ad supplicationem partis adhuc Rotæ authoritas esset præferenda, quæ in eisdem terminis contrarium firmauit, vt patet ex dicta decisione Put. decis. 47. lib. 1. Tholom. decis. 840. parte 3. lib. 3. cum alijs vbi sup. Decisio autem Mohed. 23. de præben. habet particularem rationem fundatam sup. cassatura ex qua apparebat mens Papæ noluisse derogare in præiudicium primarum precum Imperatoris, seu Regis Romanorum, qua cassatura circumscripta Rota inclinabat pro sufficienti derogatione ex verbis generalibus.

Nec obstat, quod Constitutio Pauli III. non reseruet beneficia Prothonotariorum, sed solum declaret illos veros, & indubitatos familiares ad effectum, vt Romanos Pontifices de illis vti reseruatis in regulis, tàm editis, quàm edendis possint prouidere, & sic reseruatio non oriatur ex ipsa Constitutione, sed ex regulis, in quibus non censetur derogatum concordatis. Quia contrarium, quod imo dicta
18 Constitutio inducat reseruationem tradit Sarnen. in Reg. de impetr. benef. vacan. per obit. famil. quæst. 13. ad fin. num. 15. versic. circa alios vero officiales, & num. seq. Seraph. dicta decisione 510. num. 7. versic. Non obstat, quod isti sint familiares. Vltra quod cum dicta Constitutio velit Prothonotarios haberi pro veris familiaribus non obstantibus priuilegijs, & indultis concessis ordinarijs collatoribus, cum clausula quorum tenores, per quam ex deductis supra, fuit derogatum indulto Leonis concesso Ecclesiæ Virdunen. quod alias

possit obstare, vt beneficia Protonotariorum non caderent sub reseruationibus regularũ satis est, quod adsit regula reseruatoria beneficiorum familiarium, quia tunc cum vigore dictæ constitutionis veniat etiam protonotarii de numero non participantium, non obstantibus Indultis, non potest dari de concordatis præfatis, & sublato impedimento reseruationes suum effectũ operantur.

Similiter neque releuat, quod dicta constitutio sit Regula Cancellariæ, quæ expirauit obitu Pauli Tertii, vel saltem sit restricta ad Protonotarios creatos ab ipso, tantum Paulo Tertio, Quia vtrũque tollitur ex eo, quod tàm prima, quàm secunda Constitutio loquitur de officialibus, & Protonotariis suæ Sanctita-
19 tis & Roman. pro tempore Pontificum repetita semper illa dictione pro tempore, quæ refertur ad futurũ, c. cum inter in fine, Vbi Bal. n. 7. de re iud. Rebuff. in concor. tit. de regia ad Prælat. nominat. in gl. super verbo pro tempore, Et verbũ creatos, licet sit præteriti temporis refertur ad futurum in costitutione relata ad futurum. Felin. in cap ad hæc numero secundo versic. Adde etiam istis de rescript. Rom. consilio 333. numero tertio versiculo Sicut è contra, Menoch. consilio primo numero 194. & fuit dictũ in Taurinen. pensionis prima Decembris 1614. coram Reuerendo Patre Domino meo Remboldo. Item prima Constitutio in ordine 78. subdit etiam ad hoc, vt Sãctitas sua, & alii Pontifices occurrentibus vacationibus prouidere valeant, quod clare excludit personalitatem, & dum sequens constitutio cõprehendi, non participantes, & simul restringit eandem declarationem ad Notarios per eosdem Reuerendos Patres, & S. Sanctitatẽ creatos, vna cũ dictione taxatiua, tantum, id fecit, vt statim sequitur ad exclusionem creatorum à legatis prout in terminis dictæ secundæ Constitutionis, tradit Mandos. in regula prima quæstione septima num. 2. ad finẽ versiculo in secunda vero.

20 Non obstat Protonotarios esse fictos familiares, qui propterea non veniunt sub aliqua reseruatione de qua in concordatis, Rota dicta decis. 303. parte secunda, Nam huic obiecto respondet dicta decis. Seraph. 510. num. 6. & 7. quod illa decisio, & similes procedunt in Ecclesia Leodien. quæ ex vi comprehensionis est sub concordatis, & quod satis est

est, quod talis familiaritas ex dicta Constitutione Pauli Tertij inducat reseruationes cum clausulis fortioribus, ex quibus tollitur Bulla Leonis.

21 Vltimo non obst. quod in secunda Constitutione non adsit clausula quorum tenores, quia sufficit eam adesse in prima ad quam fit relatio in secunda, cum omnibus, & singulis clausulis in ea contentis ad text. in lege asse toto ff. de hęred. instit. cum simil.

Vnde attentis omnibus supradictis, & discusso ar ic lo pro rei grauitate, & exemplaritate, Rota censuit constare de Reseruatione.

Senogalien. prædij.

Lunæ 13. *Februarij*

1617.

SVMMARIVM.

Allegans causam rescindendi cõtractum iuratum cum oblig. Camer. illam probare debet plene, & concludenter num. primo.

Ad cognitionem valoris bonorum fideicommissi tempus mortis testatoris inspicitur non sequeris; nu. 2

Dictio, in circa, regulariter ad modicum tempus refertur num. tertio.

Dictio, in circa, aliquando refertur ad satis, siue plus, siue minus maxime ad excludendũ malam fidem, & sustinendum contractum num. 4.

Temporis beneficium, potest augere valorem rei num. 5.

In liquidatione fructuum leuiores probationes admittũtur n. sexto.

Plus esse non debet in referente, quam in relato num. 7.

Partem quis facere potest, & non admitti ad partem num. 8.

Mulier exclusa à statuto facit partem, quoad augendam fratrum legitimam, quamuis non admittatur ad partem nu. 9.

Opinio grauium Doctorum causat bonam fidem num. 10.

Allegans voluisse testatorem supponere certas res fideicommisso debet probare concludenter n. 11.

In dubio pro non fideicommisso pronunciandum est sub num. 11.

Mobilia, quæ hodie non extant, funeris impensa, melioramenta facta post obitum testatoris per hæredis, sata, & fructus pendentes legata annua, legitima, & trebellianica, sunt detrabenda ex hæreditate fideicommiss. restituenda n. 12.

DE-

DECISIO CI.

Domini steterunt in decisis sub die 18. Martij anni præteriti coram me. Cum enim Fidelis agat ad rescissionem contractus iurati cum obligatione Camerali sub eo prætextu, quod fideicommissum excedat summam in Instrumentum venditionis expressam, hoc probare debet
1 plenè, & concludenter, cum eo fūdet l.2.ff.de prob.l actor C.eod.Seraph.dec.940.n.1. q factum ab eo non videtur.
2 Primò enim ad cognitionem valoris bonorum fideicommissi tempus mortis ipsius testatoris, non autem sequens attendi debet cum ex industria hæredis, vel alias ex re ipsa, vel propter eam multa possint accedere dictis bonis quæ non augeant illorum valorem, sed penes hæredem grauatum sint remansura, l.falcid. l. debitor §. fi. l.in fideicommissariam, §. quoties ff. ad Trebell.idem Bar & Doct. in l. si hæres pecuniā in princ. ff. eodem, Ruin. consil. 97. num. 13. lib. 3. & pro regula tradit Peregr.de fideicom. ar. 6. num. 39. qui latius per distinctionem casuum, hoc declarat artic. 10. à num. 1.vsq. ad 26. Et ideo cum mors testatoris euenerit de anno 1588. valor bonorum ipsius de dicto tempore probandus erat, non autem de anno 1609 quo tempore venditio fuit facta fideli cum medio tempore plura augumenta contigerint in rebus ipsis, quæ cedere non debent lucro fideicommissarij sed hæredis, & proinde calculus factus de tempore venditionis non probat verum valorem fideicommissi, prout illum tenetur probare Fidelis ex supradictis.

Secundo, animaduertendum est, quod in dicto Instrumento venditionis fuit narratum prædium esse liberum excepto fi-
3 deicommisso scut. 2000. incirca, quæ dictio, incirca, & si regulariter ad modicum referatur glos. in cap. fin. verbo circiter de desponsat. impub. cum alijs per Modern.de clausul. prima parte clausul. 59. num. 2. Tamen aliquando re
4 fertur ad id, quod est satis siue plus, siue minus, Angel. cons 94. num. 4. in fin. Et ideo verificatur in quarta parte plus, minus, Corn. cons. 59. num. 5. & 6. lib. 4. & fuit dictum in vna Romana locationis Vineæ 20. Decembris 1602. coram Illustrissimo Ludouisio, quod multo magis videtur admittendum in hoc casu ad excludendam malam fidem venditoris, & sustinendum contractum pro

quo

quo omnis interpretatio fieri debet l. quoties la 2.ff de reb. dub. Crauet. conf. 52.num.2. & conf. 284. num. 5. Gabr. conf. 50. num. 7. lib. 1. Surd. dec.f. 114. num. 12.

Quibus sic præmissis, non obst. quod tanti valeant salmæ 37. obuente hæredibus Marcelli, quanti valeant salmæ 43.obuẽtæ Horatio, & sal.50.obuentæ Bernabeo,quia placuit responsio, quod dd. hæredibus & Horatio fuerit datum supplementum in aliis bonis de quibus in antiquo summario, num. 5. & in præsenti num.2. & sic partes fuerunt adæquatæ cum alijs bonis, quæ non erant testatoris, sed propriæ ipsorum hæredum. Et licet instetur, quod salmæ obuentæ hæredibus Marcelli, & Horatio erant longè meliores, quam quæ obuenerant Bernabeo,non videtur hoc probari ex fide, quę datur num. 1. Tum quia lite pendente, & quia non percutit tempus diuisionis, & multo minus obitus testatoris. Tum quia de qualitate terrarum, nihil ibi
5 dicitur, sed de valore, qui potuit augeri prout regulariter euenit beneficio temporis, ad text. in l. pretia rerum §. fin. ff. ad l. falcid. Cęs. de Graff. dec. 5. num 3 de test. Et quia non datur fides valoris etiam terrarum existentium in Territorio de Beluedere, in quo adest prædium Passarini, qui similiter potuit crescere beneficio temporis, vt sit maximè verisimile, quia si informantes pro Fideli ad exagerãdum qualitatem terrarum Horatij considerant earum situm vulgo nuncupatum il Giardino. Considerare etiam debent situm Passarini, qui est in Territorio de Beluedere, vt in Instrumento diuisionis. Vltra quod dicti fides suffragari forsan posset in liquidatione fru-
6 ctuum, vel in alia materia in qua admittuntur leuiores probationes; secus vero in ista in qua, vt supra dixi, requiritur plena, & concludens probatio, cum exinde arguatur mala fides vendentis, & rescissio contractus.

Similiter, nec resistit, quod partita illa creditorum communium in summa scutor. 8479. non sit intelligenda de bonis acquisitis post mortem Patris,sed ponenda ad creditum hæreditaris, quia semper viget responsio discretiuæ loquutionis appositæ in rubricellis, vt in decisione. Confessio autem per quam partes in Instrumento condito sub die 29. Nouembris 1595. de quo in Summario Fidelis, num. 2. vocant omnia dicta credita hæredi

hæreditaria inter eos commu nia, habet relationem ad Instrumentum diuisionis in quo
7 legitur dicta discretiua loquutio, itaut non plus debeat esse in referente, quam in relato vulgata l. asse toto ff. de hæred. instit.

Non etiam releuat ex summa æris alieni testatoris, esse detrahenda scuta 2200. soluta ab hæredibus pro dote Camillæ filiæ testatoris, quæ non vti æs alienum, sed vti legitima venit deducenda ex corpore legitimæ omnium filiorum, cum ipsa faciat partem, & ad illam admittatur ex alleg. Quia de
8 iure non est inconueniens, quod quis faciat partem, & nō admittatur ad partem, vt est text. in l. huiusmodi §. si Titio ff. de legat. primo, & tradit in istis terminis Thesaurus decis. 159. num. 13. circa mediū vers. Neque enim absurdum est, Vnde stante exclusione fœminarum per Statutum Montis Bodij propter mascu
9 los ipsa filia testatoris auget numerum filiorum, ita vt faciat, transire legitimam de triēte in semissem, & quod ab ea per statutum aufertur accrescit masculis eorum legitimā impinguando, vt fuit resolutū in Anconitana legitimæ 28. Iunij 1606. coram bon. mem. Penia.

Sed quia in contrarium adest decisio in causa Perusina de Alphanis 15. Iunij 1612. coram Illustrissimo Ludouisio, Domini pro nunc omisso isto articulo in quo nihil certi statuere voluerunt satis putarunt ad effectum excludendi malam fidem in Bernabeo, qui putabat dictam dotem Camillæ nō esse de legitima filiorum detrahendam hoc sufficere, quod
10 ne dum habeat pro se Doctores graues, quorum opinio causat bonam fidem, Anchar. in clem. ne Romani, in princ. de elect. Ias. in l. properandū, §. sin autem alterutra, num. 8. in prima, & secunda conclusione, C. de iudic. sed decisiones Rotales, quarum etiam conflictus satis indicat hunc articulum versari in iure admodum dubio, Cassad. decis. 11. num. 8. in fine super reg. Rot. dec. 132. ante num. 7. par. 2. diuers. cuius error æquiparatur errori facti, Aym consil. 279. num 2. Gabr. consil. 90. num. 25. lib 2. Capic. decis. 10. nu. 20. Rota dicta decis. 132. nu. 7. & sic Bernabeus omnino venit excusandus.

Quoad partitam vero scut. 1600. pro censu, cum quodā Vincentio Casino, quę dicitur esse detrahendā ex ære alieno testatoris, quia licet vere sit debitum ipsius, tamen fuit po-

positum in alia partita scut. 6396. vt in dicto Instrumento del 1595. alias hæc partita bis detraheretur. Non constat de tali geminata detractione; Quia licet in Instrumento diuisionis dicta partita scutor. 1000. per errorem fuerit apposita inter credita communia, non tamen propterea sequitur eam bis detrahi, si numeretur inter alia debita testatoris, quia semel tantum detrahitur, vt debitum ipsius. Et quod per errorem fuerit apposita inter credita communia, quæ non erant hęreditaria, hoc non est detrahere ex hęreditate, sed non computare in hęreditate, adeo quod etiam si constaret integra illa scuta 8497. non esse credita communia, si non tamen probaretur, prout non fuit hactenus probatum illa esse hęreditaria, non possent talia reputari, & sic neque fideicommissum augere.

Dotes quoq; Vxorum testatoris similiter sunt detrahendæ de corpore hæreditatis, non obstante, quod dicatur testatorem illas expresse supposuisse fideicommisso de quo agitur; Nam licet testator illas mandauerit incorporari in bonis, & hæreditate ipsius, vt in Summario Capitanei nu. 4. ex lectura tamen testamenti apparet id fecisse ad effectum, vt fieret inter filios coæqualis diuisio, non autem ad effectum eas supponendi fideicommisso, quia id expresse non dixit, & alleganti incum-
11 bit onus illud concludenter probandi l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulg. Crass. in §. fideicommiss. quæst. 4. num. 9. Surd. cons. 554. nu. 4. Peregr. de fideicom. ar. 1. sub nu. 26. & in dubio pro non fideicommiss. pronunciandum est, Cras. vbi supra nu. 7. in fin. Surd. d. cons. 554. nu. 6. Menoch. præsumpt. 67. in princ. & nu. 26. lib. 4. Molin. de hispan. primog. lib. 1. cap. 4. nu. 8.

Item mobilia, quæ non
12 probantur hodie extare e funeris impensa, & melioramenta facta post patris obitum, & diuisionem inter ipsos fratres, & fata fructusque pendentes legata annua de quibus in decisione sunt pariter detrahenda prout etiam legitima, & Trebellianica, vt latiùs ibi fuit firmatum, adeo quod habita ratione omnium prædictorum, & facto calculo non appareat fideicommissum excedere summam expressam in Instrumento Venditionis, & sic Domini perstiterunt in decisis.

Hispa-

bruarij Rota Sententias esse confirmandas censuit, nisi obstent statuta cum obseruantia de quibus videatur.

Nam circa earum validitatem ex actis apparebat interuenisse
1 se omnia requisita ad eam necessaria de quibus, per Verall. decis. 260. par. 2. passim allegari, & admitti solita.

Nec videbatur obstare, quod Capitulum nullum habeat interesse in hac causa, cum omnes collitigantes sint capitulares,
2 & ita non interest Capituli, an præcedat vnus, vel alter ex dedictis per Abb. in cap. ex literis, Vbi Dec. & alij de probat. Quia licet hoc ius præeminentiæ competat Canonicis particularibus, & sic non videatur respicere capitulũ, attamen cũ hæc lis fuerit mo-
3 ta per Coadiutores contra Capitulum Canonicos repræsentans, Ideo bene fuerunt obtẽtæ sententiæ absolutoriæ, ad
4 fauorem Capituli, vltra quod ipsius interest hoc terminare, cum ad ipsum spectet tradere possessionem, Cassad. decis. 8. de caus. poss. & propr.

Quoad vero Iustitiam illa patebat ex resolutione S. Rituum Congregationis in vna Colimbrien. 16. Settembris 1606, & ex decisione in hac causa facta coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno sub die 8. Februarij 1613. in qua docte ex more, & copiose dicta resolutio fuit comprobata.

Nam Coadiutor viuente Coadiuto possessionem beneficii, non
5 habet ex propria persona, cũ illam habeat coadiutus, & duo insolidum eandem eodẽ respectu possidere, non valeãt l. 3. §. ex contraria, ff. de acqu. poss. Quod autem Coadiutor coadiuto viuente, non dicatur possidere, tradit Cot. decis. 397. in Miscell. Caputa quen. dec. 65. lib. 3 in manuscript. Garz. de benef. 4. par. cap. 5. num. 76. & 90. ad fin. & Rota firmauit in eadem decisione, Ad hũc autem effectũ
6 consequendæ antianitatis, vt ibi dictum fuit, non tempus prouisionis, sed captæ possessionis, attenditur l. 1. Vbi Io. de Plat. & alii C. de consul. lib. 12. c. 1. & ibi Canonistæ de maior. & obed. & Bart. in l. prima, num. 4. ff. de alb. Scrib. Not. Bal. in c. cum olim num. 1. notab. 1. de consuet. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 21. num. 4. Boer. de author. magn. Concil. nu. 81. Mohed. dec. 11. ante numerum primum vers. Nam cũ locus de renunc. & decis. 25. in fi. de præb. cum alijs per Modern. super reg. 8. §. 3. proœm. num. 23. cum pluribus seqq. & per Garz. vbi supra nu. 77.

Præ-

7 Præterea Coauditor non habet ius, nec titulum in beneficio, sed tantum exercitium, & administrationem: ius autem residet penes Coauditum Hostien. in cap. de rectoribus in verbo animarum, & ibi Io. Andr. verbo curam habeat, Card. num. 1. Anan. 2. Anchar. 3. Panorm. vlt. de cleric. ægrot. vel debil. quicquid dicat ibi glos. quæ in hoc com. reprobatur idem tenet Henric. Boich. in cap. consultationibus num. 8. eod. tit. Anchar. per eum text. in cap. grandi num. 5. vers. Nam ius de supplen. neglig. prælat. in 6. Quod etiam comprobatur,
8 quia Canonicatus non vacat per obitum Coadiutoris, sed solummodo per cessum, vel decessum Coadiuti, & tunc incipit habere ius ipse Coa-
9 diutor, non tanquam coadiutor, sed tanquam nouus Canonicus, & diuersa persona. Nec dicitur continuare ius, sed nouiter acquirere glos. fin. in dicto cap. grandi, & ibi Doct. Put. decis. 226. nu. 3. & 12. lib. 3. Garz. vbi supra
10 num. 75. Et ideo mortuo coadiuto, debet capere nouam possessionem, vt resoluit Sacra Congregatio Rituum in dicta Colimbrien. & ex ea Rot. in hac causa, quod etiam patet ex forma litterarum Coadiutoriæ, in quibus Papa mandat, quod vacante canonicatu per cessum, vel decessum Coadiuti, vel alias quouis modo, & cessante officio Coadiutoriæ, ipse Coadiutor in possessionem Canonicatus immittatur.

11 Ex quibus sequitur, quod Coadiutor viuente Coadiuto, non est verè Canonicus, seu alias Beneficiatus, sed ficto, vt tenuit Rota in Salamantina Coadiutoriæ 25. Iunij 1593. coram bon. mem. Penia, &
12 idem respondit Sacra Rituum Congregatio in dicta Colimbrien. & propterea veris Canonicis, seu alias Beneficiatis præferri non debet, quia minor est dignitas prouenienś ex fictione, quam ex veritate, Bal. in l. quoties num. 3. versic. Nota, quod minor C. vbi Senat. vel Clariss. & in concursu maior semper debet præ
13 cedere minorem, cap. primo & cap. solitæ de maiorit. & obed. Vnde recte Gemin. consl. 138 num. 1. in fin. & seq. respondit canonicos veros fictis esse præferendos, Rebuff. in prax. Prima parte tit. de rescript. etiam perind. val. num. 30. Modern. sup. reg. 8. glos. 5. §. 9. num. 109 & secuta est Rota in eadem Salamantina, & in hac causa.

Non obstat verba litterarum

Coa-

Coadiutoriæ per quæ dicitur apparere, quod Coadiutor statim ab ipsa concessione efficitur vere, & non ficte Canonicus ibi Canonicatum, & præbendam, &c. cum primum illos per cessum, vel decessum vacare contigerit ex nunc pro ut ex tunc, & è contra cōferimus, nec non, ex nūc plenum ius in illis uere, & non ficte acquisitum existere decernimus, quia omisso, an d. verba
14 operentur à die datæ, vel potius à die purificatæ conditionis, in quo articulo pro opinione, quod operentur tantū à die purificatæ conditionis, adsunt plures decisiones allegatæ in hac causa coram R.D. meo Damasceno in omnē casum illa verba, hoc solum possūt importare, quod Coadiutor habeat veram tituli collationē, &, ius in beneficio vere, & non fictæ quęsitum à die datæ Coadiutoriæ, quod nō suffragatur ad effectum præeminentiæ, ad quem ex deductis supra non titulus, & prouisio, sed possessio attendi debet.

Vltra quod de hac tituli collatione, & iure in beneficio à die datæ satis potest dubitari, non quod Papa non possit creare
15 simul duos Canonicos eiusdem Canoniæ, iuxta text. in c. non autem, & ibi Archid. septima quæst. i. Abb. in c. fraternitatis num. 4. vers. Hic autem Papa de præben. cum aliis alleg. Sed quia ex alijs verbis literarum Coadiutoriæ ap
16 paret Papam viuentibus Coadiutis, noluisse facere alios Canonicos, sed tantum Coadiutores, vt præter supra deducta, probatur etiam ex eo, quod Coadiutores, ex forma suarum Coadiutoriarum non possunt residere in Choro, neque interesse in Capitulo, ne-
17 que aliquid iurium Canonicalium exercere inuitis, & nolentibus coadiutis; Item quia cessantibus officijs Coadiutorum mandatur eos in Canonicos recipi, & in fratres, quod esse non posset, si ipsi essent creati veri Canonici.

18 Nec obstat, quod in eisdem literis conceditur, vt ipsi gaudere possint beneficio regulæ de annali, & triennali, quia hoc intelligitur post obitum principalium, scilicet si ipsi Coadiutores per annum, vel triennium continuauerint in sua possessione, postquam decesserunt Coadiuti, vt censuit d. S. Congregatio in eadem Colimbrien. & patet manifestè, quia si Coadiutor post obitum Coadiuti debet recipi in Canonicū & in fratrem, & habere stallum in Choro, & locum in

V Capi-

Capitulo sibi assignandum, & in possessionē Canonicatus immitti ex eo tempore incipit sibi currere tempus regulæ nisi aliter expresse in literis caueatur.

Ex quibus, & alijs adductis in decisione Reuerendissimi Domini mei Damasceni, & hic per informantes pro Capitulo sententias esse confirmandas placuit, nisi obstent statuta cum obseruantia, de quibus videatur.

Toletana Decimarum de Capilla.

Lunæ 27. Februarij, 1617.

SVMMARIVM.

Contra præscriptionem immemorabilem non valet exceptio, quod caruerit defensore, n. 1.

Ecclesia tunc dicitur vacare quādo non habet prælatum particularem, quamuis ei superior sit, num. 2.

Contra exceptionem ordinariam exceptio vacationis Ecclesiæ, & quod caruerit defensore tenet, num. 3.

Ecclesia quæ non consueuit habere particularem prælatum proprie, non dicitur vacare, nec carere defensore, num. 4.

Priuatio præsupponit habitum, num. 5.

Non entium nulla sunt qualitates, num. 6.

Pro alienatione decimarum, seu præscriptione contra Ecclesiā sufficit, quod Ecclesia habeat Prælatum superiorum, n. 7.

Præscriptio est species alienationis, sub num. 7.

Probata immemorabili cum fama priuilegij nō est opus probare quod Ecclesia haberet Rectorem proprium, num. 8. vbi de rationi.

Ad præscribendum ius patronatus contra Ecclesiā à pari procedūt immemorabilis, & quadragenaria cum titulo, n. 9.

Papa non præscribit contra Ecclesias inferiores cum sit vniuersalis dominus, num. 10.

Cum Ecclesia, & eius bona administrantur per Prælatum inferiorem, eo mortuo Ecclesia dicitur carere legitimo defensore, num. 11.

Cappellani etiam quod possint ad nutum amoueri possunt tamen esse immediatè defensores Ecclesiæ, & eorū bonorū, n. 12.

Capellani non existunt legitimi defensores cum nō habeant administrationem, num. 13.

Capellanis non habentibus administrationē defensio immediatè pertinet ad superiorē, n. 14.

Archiepis-

Archiepiscopus non potest esse sponsus plurium Ecclesiarum, & ita nec cura earum ad ipsũ spectare, num. 15.

Ecclesia non habentes Prælatum immediatum, & defensorem superior est talis, & eius consensus requiritur in alienationibus, num. 16.

DECISIO CIV.

INstaurata lite à Moderno Duce super iure Decimandi in statu de Capilla, & facta noua probatione per testes remissoriales fuit decisum in Rota coram bonæ memoriæ Illustrissimo Cardinali Pamphilio, constare de immemorabili, & coram me de fama priuilegij, & cum instaretur pro expeditione causæ fuit oppositum ex aduerso eidem Moderno Duci non suffragare hanc immemorabilem, attento quod Ecclesiæ caruerant defensore, vt in exceptione in lite antiqua opposita, & reseruata coram bonæ memoriæ Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Blanchetto.

Propterea dubitaui an Ecclesiæ caruerunt tali defensore, vt contra eas præscribi non potuerit, & negatiuè conclusum fuit scilicet Ecclesias non caruisse defensore.

Nam vltra quod illa antiqua probatio Ducis Senioris, & sententię contra illum promulgatę non afficiunt Modernum Ducem, qui venit non ex iure patris vti hæres, sed ex persona propria, & ex prouidentia maiorum vti primogenitus, vt fuit decisum in hac causa 19. Februarij 1593. coram bonæ memoriæ Illustrissimo Cardinali Pamphilio, in hoc casu non agitur de aliqua præscriptione particulari, & restricta ad certum tempus, sed de præscriptione immemorabili, quæ non pendet à tempore, sed ab eo, quod ita semper ab immemorabili fuit seruatum, & ideo non
1 potest ad eam excludendam adduci, quod Ecclesiæ caruerint defensore, Oldradus cons. 254 num. 18. & tenuit Rota in Burgen. Emolumentorum Sigilli 28. Ianuarij & 16. Iulij 1591 coram bonæ memoriæ Reuerendo Patri Domino Penia, & in nostris terminis in causa Pampilonen. Decimarum 21. Maij 1603. coram bonæ memoriæ Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & 28. Aprilis 1614. coram Reuerendo Patri Domino meo Decano.

Hinc cessat obiectum scribentium pro Illustrissimo Domino Archiepiscopo, quod præscriptio, non currit contra Ecclesiam vacantem, etiam si Prælatus superior possit agere pro eius defensione, quia Ecclesia nihilominus, tunc dicitur vacare,
2 quando non habet Prælatum particularem, & sponsum immediatum, vt tradit Innoc. in cap. olim il primo, nu. 2. ad fin. de restit. spoliat. & seq. Abb. in cap. cum deputati nu. 19. de iudic. & in cap. 1. vbi Felin. num. 5. versic. dum Abbas de præscript. cum aliis alleg. Hoc enim intelligitur in præscriptione or
3 dinaria, de qua detrahitur tempus Sedis vacantis iuxta regulam, text. in cap. 1. & cap. de quarta cum simil. de prescript. secundum quæ iura Innocent. loqui in specie tradit Butr. in d. c. cum deputati n. 13. ad fi. vers. credo, quod loquatur, secus autem in ista immemorabili ex supradictis.

Et ratio est, quia prædicta regula fundatur in edicto, ne Sede Vacante aliquid innouetur, ne Ecclesiæ viduatæ, aut carenti legitimo defensore, præiudicium inferatur. Ideo non habet
4 locum in Ecclesia, quæ nullum consueuit habere peculiarem Rectorem, seu Prelatum, quia propriè non dicitur vacare, vt post Innocentius in capitulo primo, numero tertio versiculo dicunt tamen aliqui ne sed. vacante receptum ibidem à Doctore optime declarat. Imol. numero 15. Igitur si istæ Ecclesiæ ab immemorabili tempore, hoc est infinito, vt ait Oldradus dicto consilio 254. numero decimo octauo non habuerunt aliquem particularem Rectorem dici non potest, quod caruerint defen-
5 sore, quia priuatio præsupponit habitum l. decem ff. de verborum obligatione, & si nunquam habuerunt peculiarem Prelatum, & sponsum, ergo neque illo caruerunt, quia non entis nullæ
6 sunt qualitates l. 2. ff. de vsufruct. l. eius, qui in Prouincia, ff. si cert. pet. & sic pro alienatione Decima-
7 rum, seu præscriptione, quæ species alienationis est vt illa valida curreret satis fuit habere Episcopum, & Prelatum Superiorem, vt tradunt Innocentius, Imola & Doctores vbi supra.

Quæ tanto magis procedunt in casu isto, Quia Dux Modernus non probauit solam immemorabilem, sed etiam

fa-

famam priuilegij, quæ operatur, vt non sit opus probare, quod Ecclesiæ haberent Rectorem proprium, vel specialem defensorem, quia non in præscriptione, sed in titulo Apostolico deducto ex possessione immemorabili cũ fama priuilegij sit fundamentum, vt declarat Felin. in cap. causam, quæ num. 2. limitatione prima, & num. 7. versic. Puto substantiabilem de præscript. idem Felin. in cap. accedentes num. 6. ad med. versic. sed diceres, & in cap. cum ex officij num. 13. eodem tit. & vt Rota dicit in illa Pampilonen. decimarum laici vigore istius immemorabilis possunt allegare priuilegium Apostolicum, vel alium titulum, qui sibi suffragetur.

Non obstat Abb. cons. 106. num. 2. ad fin. vers. 1. quia cum ista præscriptio, & nu. 3. versic. Præterea lib. 2. vbi dicitur firmare, quod Parrocchiani prętendentes præscripsisse Iuspatronatus egebant immemorabili, & quod illa etiam probata non poterat eis suffragari, ex quo 55. annos Ecclesia defensore caruerat, quia licet in principio requirat tempus immemorabile, non tamen excludit tempus 40. annorum cum sufficienti titulo, quia ad hunc effectum præscribendi Iuspatronatus contra Ecclesiam à pari procedunt; Immemorabilis sola, & quadragenaria cum titulo Doct. in cap. querelam de elect. Couar. in reg. possessor. 2. part. §. 10. nu. 7. de reg. iur. in 6. Anton. de Padil. in l. 2. num 53. & sequen. C. de seru. & clare tenet Abb. vbi supra ante num. 3. ibi, sed in casu nostro solum per 30. annos vltimos, fuit subsequuta institutio Episcopi, ergo non fuit completa præscriptio 40. quæ sola currit contra Ecclesiam &c.

Aliud autem consil. eiusdem Abb. 101. num. 6. lib. 1. minus etiam facit, tum quia, & ipsum loquitur in præscriptione 40. annorum, vt num. 4. versic. Ad secundum dubium, Tum quia nu. 6. dum dicit, quod Papa exercendo ius confirmationis spectans ad Abbatem S. Crucis non prę scriberet tale ius, etiam si per mille annos hoc faceret ea ratione vtitur, quia tale exercitiũ fieret ex potestatis plenitudine quo casu refert dictum specul. quod Papa non pręscribit contra Ecclesias inferiores
10 cum ipse iã sine præscriptione sit vniuersalis Dominus, quæ ratio retorquetur, vbi

inferior est illa, qui præscribit.

11 Denique licet, quando Ecclesia, & eius bona administrantur per Prçlatos inferiores administratio, non dicatur immediate spectare ad superiorem, & si Prçlatus inferior est mortuus, Ecclesia dicatur nõ habere legitimum defensorẽ, ex quo deest Prælatus inferior immediatus administraror, vt per Innoc. in dicto cap. olim il primo num. 2. in fin. cum aliis super alleg. in casu tamẽ isto non probatur, quod huiusmodi Ecclesiæ Parrochiales fuerint vocantes, & sine Rectore immediato, nam semper solitæ fuerunt regi per Capellanos ad nutum amouibiles ad deputationem Ducum pro tẽpore, & confirmationem Archiepiscoporum, & ideo, aut volumus dicere, quod isti Ca-

12 pellani essent immediati defensores bonorum, & rerum Ecclesiarum, etiam quod possent ad nutum amoueri ex Innoc. in d. cap. olim num. 1. & 2. & Ecclesiæ non caruerũt defensore, Aut vero illi non fuerunt legitimi defensores,

13 tamquam non habentes administrationem bonorum, vt videtur velle Innoc. vbi sup. Et cum non constet, prout cõstare debet, quod istæ parrochiales essent distinctè, hoc

14 casu defensio immediate spectauit ad pro tempore Archiepiscopum, qui erat Parrochus immediatus illarum cap. nullus de paroch. Oldrad. cons. 67. num. 3. vers. Et dicimus Rebuff. de decim. quçst. 7. n. 9. Verall. decis. 340. par. 3. & sçpius fuit dictum, & signanter in Pacen. Decimarum de Hebrero 21. Iunii 1601. corã R. P. D. meo Decano.

Nõ obst. duæ deciss. in causa iurisnominandi factæ coram b. m.

15 Card. Blãchetto, in quib. fuit dictũ, quod cura in casu isto, non poterat spectare ad Archiepiscopum, quia non poterat esse sponsus plurium Ecclesiarum, quod licet in Iure sit verum, attamen vt dixi, nõ apparet hactenus probatum, quod istæ Parrochiales fuerint distinctæ, & in omnem ca-

16 su, si ille nunquam habuerũt prçlatum, & defensorem immediatum Prælatus superior necessario fuit talis, vt in alienationibus, & çteris huiusmodi eius consensus esset adhibendus, Inocentius in d. c. 1. num. 3. vers. Dicunt tamẽ aliqui, & plenius Imol. num. 15. ne sed vac. quod sufficit, vt Ecclesiæ non caruerint defensore & ita conclusum.

Roma-

Romana Domus.

Veneris 3. Martij 1617.

SVMMARIVM.

Probibitio à testatore facta de non alienando vestita pœna nullitatis actus valet, num. 1.

Alienata re probibita continuo censetur ius quæsitum sequenti in gradu ad eam recuperandã, num. 2.

Duplex probibitio fortius stringit, num. 3.

Pacto apposito, quod ne euicta liceat redire ad primæua iura, licet redire, num. 4.

Hæres non potest impugnare factum defuncti, num. 5.

Vendens, qui de euictione tenetur non potest euincere, num. 6.

Inuentarium, vt releuet, debet esse in forma probanti, & probari esse factum seruatis seruandis, num. 7.

Inuentarium non liberat bæredẽ ad præstandum factum defuncti, quatenus vires bæreditariæ sufficiunt, num. 8.

Legitima debetur sine onere, n 9.

Alienata à filio imputantur in legitimam, ibi.

Hæres etiam quod non fecerit inuentarium, non amittit legitimam, num. 10.

In alijs bonis fuisse legitimam detractam, vel aliquod res alienata sit excessiua legitimæ, debet fideicommissarius probare, vbi non constat alia bona fuisse alienata, num. 11.

Probibitio alienationis in re emphyteotica est fauore proprietarÿs, & non simplex respiciens alios, num. 13.

Emphyteusis acquisita pro se bæredibus, & successoribus quibuscumque intelligitur etiam extraneis, num. 12.

In citatione, quæ fit in Curia nõ est necesse exprimi ea de quibus in clem. 2. *vt lite pendente, num.* 14.

Molestiæ illata possunt dici per tempus, vt septem annorum cessare, vel saltem non continuata, & ita non prosunt ad redeundum ad primæua iura, num. 15.

Veniens contra contractum debet restituere accepta cum melioramentis, num 16.

Contra tertium possessorem non competit via executiua, numero 17

Etiam quando agitur vigore obligationis Cameralis, numero 17.

DECISIO CV.

EX duobus impugnabatur sẽtentia absolutoria A.C. lata ad fauorem Martini Telæ cir-

ca caput iniustitiæ. Nam de inualiditate nihil opponebatur.

Et primo, quod ista *Domus*, erat supposita fideicommisso Ioannnis senioris, cum prohibitione alienationis sub pæna nullitatis summario nu. 2. Ex qua pœna, & annullatione actus d. prohibitio fuit
1 vestita, & consequenter valida iux tex. in l. Codicillis pen. §. Instituto ibi, si autẽ aliquis præter hæc fecerit, erit quod obligatur inutile, atque irritum ff. de legat. 2. Socin. cons. 227. num. 3. versic. Ad quod argumentum lib. 2. Rimin. Iun. cons. 456. num. 83. lib. 4. cum alijs per Petr. de fideicom. quæst. 1. num. 114. & seq. Vbi firmat hanc conclusionem, & bene eam declarat. Vnde cum Virgilius eius filius dictam domum alienauerit permutando cum alijs bonis D. Francisci de Vrsinis, & Ioannes iunior, ac Nepos testatoris ad hoc fideicommissum fuerit vocatus, bene poterat agere ad recuperationem huius domus nulliter alienatæ, quia facta alienatio-
2 ne rei prohibitæ continuo censetur ius quæsitum sequenti in gradu ad eam reuocandam l. peto §. frater l. cum pater §. libertis, & ibi glos. & Doctores ff. de legat. 2. Antonius Gom. in l. 40. Tauri. nu. 88. Gabr. consil. 18. num. 2. & consil. 123. num. 1. lib. 1. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 1. num. 12. & seq. Petr. vbi supra quæst. 3 num. 6. Peregr de fideicom. artic. 14. num. 3. & 8. Rota decis. 49. num. 10 52. & seq. par. 2. diuers. & præsertim hoc casu quo concurrebat etiam prohibitio in concessione emphiteusis facta per Dominum directum de non alienando, quæ
3 duplex prohibitio fortius astringit §. Sanctissimas auth. de alienat. & emphit. Bal. in l. quoties num. 9. C. de fidei commiss. Rip. in l. filius familias §. Diui num. 23. ff. de leg. primo, Ruin. cons. 82. nu. 4. lib. 5. Rolan. cons. 7. num. 74. & seq. lib. 3.

Secundo, quia in Instrumentum dictæ alienationis summario num. 3. fuit expressè conuentum, quod domus præfata deberet stare pro securitate ipsius Virgilij, & in euentum, quod bona in permutationem accepta euincerentur, aut aliquæ molestiæ in eis inferrentur, liceret eidem Virgilio, & eius hæredibus, & successoribus domum repetere, & ad primæua iura redire apposito etiam pacto resolutiuo. Vnde cum Ioannes hæres Virgilij fuerit molestatus

tus super dictis bonis eodem summario numero quarto & decimo in viam iuris, & pa-
4 cti supradicti eis licuit, & licet ad dictam domum redire iuxta not. per glos. in l. ex ijs prædiis, vbi Bald. & Salicet. C. de euiction. cum aliis adductis in Bononien. Molestiarum 24. Ianuarij 1607. coram Reuerendissimo Lugdunen. Quibus tamen non obstantibus sententiam esse confirmandam placuit vnanimiter.

Ad primum enim de nullitate alienationis, & iure Ioannis ad eam reuocandam, fuit responsum, quod ipse tãquam
5 hæres Virgilij sui Patris, qui alienauit, non poterat eius factum impugnare, l. cum à matre C. de rei vendic. l. ex qua persona ff. de reg. iur.
6 & intrat regula, quem de euictione, &c. l. vindicantem, & l. Seia ff. de euictione, & fuit dictum in Neapolitana Massariæ 14. Nouembris anni prę teriti coram me. Nec suffragatur additio, cum beneficio legis, & inuentarii ab eo producta; Quia vltra quod dici-
7 tur non esse in forma probanti, nec docetur, quod seruatis seruandis inuentarium factum fuerit illud non liberat
8 hæredem à præstando facto defuncti, quatenus vires hæreditarię suppetunt, Aym. conf. 125. num. 12. Surd. consil. 73. num. 34. Peregr. de fideicom. artic. 33 num. 13. Rota in Beneuentana Saluiani 28. Iunij 1605. coram Reuerendo Patri Domino meo Manzanedo, & in Romana, seu Tiburtina Castri Sancti Angeli 26. Nouembris de anno præterito coram me.

Præterea Virgilius tamquam filius Ioannis fideicommittentis debeat habere in istis bonis suam legitimam
9 sine onere in quam debet imputari dicta domus alienata, Gabr. de legitima, conclus. 4. num. 8. Peregr. de fideicommis. artic. 39. numero secundo cum alijs adductis in Romana legitimæ 18. Martij. 1616. coram Reuerendo Patri Domino meo Verospio, & in Romana Vineę 29. Februarij eiusdem anni coram me, Quamuis non doceatur
10 de Inuentario Virgilii. Nam certum est, quod hæres etiam quod non fecerit Inuentarium non amittit legitimam, Gabriel vbi supra num. 1. & 2. Rolan. de inuentario 5. par. capitulo 3. numero 10. & fuit decisum in Romana legitimæ 23. Martij 1612 coram Reuerendo Patri Domino meo Caualerio, & in dicta
11 Romana Vineæ coram me

Onus

Onus autem probandi legitimam fuisse ex alijs bonis detracta, vel domum esse excessiua incumbit fideicommissario, vbi non constat alia bona fuisse alienata, vt firmauit Rota in Perusina fideicommissi de Herculanis 17. Maij 1581. coram Brauo inter impress. diuersor. 210. par. 2. quam postea fuit sequuta in alijs causis, & signanter decis. 641. num. 18. parte prima, & apud Seraph. dec. 609. num. 7.

Nec obstat, quod ista domus esset Emphiteotica cum prohibitione alienationis, quia illa fuit acquisita pro hæredibus, & successoribus qui-
12 buscunque, & sic etiam pro extraneis. Ias. in prælud. feud. num. 46. in tertia limitatione & num. 49. Rolan. cons. 96. num. 28. 33. & 45. lib. 1. Seraph. decis. 559. num. 18. cum alijs adductis in Cauallicen. feudi 26. Aprilis 1613. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Perusina, seu Ciuitatis Castelli Dotis 18. Aprilis 1614 coram R. P. D. meo Remboldo. Et dicta probibi-
13 tio fuit apposita, tantum in fauorem Dominæ directæ, vt non posset domus vendi, nisi ipsa requisita, non autem simpliciter prohibita alienari. Vnde alius de hoc dare non potest, Oldrad. cons. 139. nu. 7, Menoch. cons. 129. nu. 32. Surd. cons. 1. num. 86. & consensus Domini satis probatur ex receptione Canonis, vna cum temporis diuturnitate, Alex. cons. 117. num. 10. lib. 4. Dec. cons. 409. num. 11. & cons. 486. num. 10. Socin. iun. cons. 22. num. 15. lib. 1.

Quo vero ad secundam circa facultatem regrediendi ad primæua iura in casu molestiarum, & pactum resolutiuum, fuit dictum illud non intrare. Tum quia de dictis molestijs non docetur solum adest commissio generalis emanata vigore fideicommissi quondam Ioannis Pauli, quod non probatur comprehendere bona dicto Virgilio in vim permutationis tradita. Tum quia licet emanauerit citatio ad dicendum contra commissionem, & illa fuerit intimata, & sic lis introducta cum in ci-
14 tatione, quæ fit in curia non sit necesse exprimere ea, de quibus in clem. 2. vt lit. pen. Mil. in verbo litis pendentia inducitur, Rot. decis. 9. eod. tit. in nou. Attamen à die intimationis septem anni flu-
15 xerunt, nec aliud factum fuit in causa, itaut dici possit, vel molestias cessasse, vel saltem illas non fuisse continuatas ad decis. Cassad. 5. vt lit. pend. Tum, & tertio, quia cum

cum Ioannes possideat bona habita in permutatione non
16 debet admitti ad recuperationem Domus, nisi restitutis omnibus acceptis, vna cum melioramentis, Afflict. decis. 220. num. 4. cum alleg. ibi in additione num. 3. & in Romana rescissionis Instrumenti 27. Iunij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo. Non nullis etiã ex Dominis visum fuit in hac causa à principio coram A. C. & vigore commissionis in Rota actum fuisse, & agi exequti-
17 uè contra Martinum Telam Tertium possessorem, contra quem certum est non competere viam exequtiuam, Bal. in l. 1. num. 6. C. commun. de leg. Alex. conf. 83. num. 13. lib. 3. Gallesf. ad form. Camer. oblig. par. 2. quæst. 2. num. 3. Franc. Marc. decis. 394. par. 1. Carthar. decis. 55. num. 8. & fuit dictum in Romana computorum 18. Martij 1594 coram Illustrissimo Millino. vbi ampliatum fuit, etiam quando agitur vigore obligationis cameralis, & sequuta est Rota in Romana nullitatis exequtionis 25. Iunij 1607. coram Illustrissimo Ludouisio, & in alijs.

Et ita conclusum vnanimiter sententiam esse confirmandam, &c.

Gerunden. Parochialis.

Veneris 3. Martij, 1617.

SVMMARIVM.

In summarijssimo possessorio retinendi sufficiunt leuiores probationes etiam per famam, vel vnum testem, num. 1.

Probationes leuiores in possessorio retinendi debent esse ita concludentes, ac inducant iudicẽ ad credulitatem, num. 2.

Vnicus testis de visu si non recordatur de tempore non inducit iudicem in credulitatem indubitatam, num. 3.

DECISIO CVI.

QVamuis in summarijssimo possessorio retinendæ sufficiant leuiores probationes, etiam per famam, vel vnum testem, Menoch. de retin. remed. vltimo num. 34. Rota dec. 375. num. 1. par. 3. lib. 3. diuers. Card. Seraph. decis. 624. num. 5. & fuit dictum in pluribus alijs causis. Attamen probationes huius-
2 modi in suo genere debent esse ita concludentes, vt inducant Iudicem in credulitatem indubitatam, Socin. cons. 98. num.

num. 8. lib. 4. Rota in Placentina Donationis 21. Aprilis 1589. coram bon. memor. Gyptio.

In proposito autem visum fuit pro parte Vincentij non afferri tales probationes. Quia licet vnicus testis per eum examinatus super eius possessione deponat de visu, tamen apparet, quod non recordetur de tempore, cum dicat hoc vidisse de anno 1605. aut 1606. aut 1607. & sic de-
3 ponit dubitatiuè, & non inducit Iudicem in illam credulitatem indubitata, quia sicut non recordatur de anno, ita etiam potest errare in alijs. Et diligentiæ per eundem Vincencium allegatæ non releuat, quia ex illis potius inducitur ipsum non possidere. Vnus etiam ex Dominis animaduertebat non dari depositionem istius testis super articulo, sed iuxta decimũ Interrogatorium, & forsan mutilatam. Ex quibus Vincentio tantum informante contra ipsum pro manutentione fuit capta resolutio.

Narnien. Fideicommissi,

Lunæ 17. Februarij 1617.

SVMMARIVM.

In possessorio mixto, datur appellatio quoad vtrumque effectum, nu. 1.

Pendente appellatione, non potest sententia exequtioni demandari nu. 2.

Possessio capta post appellationem interpositam est attentata, num. 3.

Non habens se pro spoliato, debet manuteneri eum non dicatur amisisse possessionem, nu. 4.

Sententia, de qua in facto, quomodo contineret mixturam, num. 5.

Ad effectum faciendi mixturam in sententia, requiruntur verba dispositiua, non enunciatiua, vel reseruatiua, num. 6.

Per reseruationes, quas faciunt iudices in sententijs, non impeditur executio in alijs super quibus principaliter pronunciat, nu. 7.

Verum in simplici reseruatione alias secus, num. 8.

Dictio, quatenus, importat conditionem, nu. 9.

Ablatiui absoluti important conditionem, nu. 10.

Sententia licet prohibetur ferri sub conditione lata, tamen est valida, nu. 11.

Decisio

DECISIO CVII.

DOmini dixerunt possessionem Nicolai esse attentatam, quia cum à Sententia Vicarij super immissione daretur appellatio quoad vtrumq. ef-
1 fectum propter mixturã, quam continebat, iux. cons. Bal. 141. nu. 7. lib. 1. Contard. in L. vnica limit. 2. in princ. nu. 45. C. de momen. poss. Menoch. de recup. remed. 9. nu. 321. Boccac. in annot. ad Const. Aegid. num. 138. & 142. Lãcellott. de attent. 2. parte cap. 12. limit. 25. num. 14. & 3. par. cap. 28. numero 101. & sequenti, Puteus decis. 7. de Aegid. Rota diuers. decisione 323. num. primo par. 1. & fuit dictum in Imolen. legati 24. Maij 1595. coram bon. mem. Orano, & in Viterbien. fideicommissi 27. Februarij 1597. coram Gipsio, Non potuit Iudex pendente apppellatione
2 per Vitutiam interposita exequutioni illam demandare,
3 & per consequens Nicolai possessio eius vigore capta fuit attenta capitulo non solum de appellatione in sexto cum concord. & Vitutia cum non
4 se habuerit pro spoliata venit manutenenda, Puteus decisione 419. in fine libro secundo Cardinalis Seraphinus decis. 1041. num. tertio, Rota in causa Romana de Bombellis 31, Maij 1613. coram R. D. meo Damasceno, & passim in alijs.

5 Quod autem præfata Sententia contineret mixturam Domini ex ipsius lectura colligebant, dum Iudex reseruauit ius Vitutiæ super legitima, Siluij in bonis Viperinæ, declarando, quomodo, & qualiter soluenda esset legitima, & onerando Vitutiam ad probandum, quod non aderant alia bona hæreditaria, vel tanta, quæ sufficerent pro legitima, nec non ad liquidandum quanta esset illa, siue eius supplementum summario Vittutiæ num. 1.

6 Nec obstare, quod per huiusmodi reseruationem, non dicatur Iudex aliquid pronunciasse, quia ad istum effectum requiruntur verba dispositiua, non autem enunciatiua, vel reseruatiua Contard. in dicta l. vnica limitat. 2. §. 5. n. 19. Rota decis. 34. num. 12. par. 1. diuers. Vbi quod non omne verbum Iudicis in sententia prolatum vim Sententiæ
7 obtinet, ideoque per huiusmodi reseruationes, quas faciunt Iudices in sententijs, non impeditur executio in alijs super quibus pronunciant principaliter Socin. Iun.

cons.

conſ. 67. num.19.lib.1. Surd.
8 conſ. 186. num. 17. Quia fuit reſponſum hæc omnia procedere in mera, & ſimplici reſeruatione, ſecus prout in caſu noſtro; Vbi Iudex pronunciauit ſuper modum ſoluendi legitimam, & Vittutiam onerauit ad probandum quod non adeſſent alia bona hæreditaria, vel ſufficientia pro legitima, ſiue eius ſupplemento, quæ non fuerunt expreſſa in ſententia per verba reſeruatiua, ſiue enunciatiua, ſed per verba conditionalia ibi, & quatenus tamen conſtet non adeſſe alia bona, &c.
9 Illa enim dictio, quatenus, importat conditionem l. Sicum qui meus erit ff. de legat. primo Bart. in l. prima nu. 20. ff. de condit. & demonſtr. Surd. dicto conſil. 186. num. 10. prout etiam illa veraa, Docto tamen prius, vt ſupra, & il-
10 la, facta liquidatione, cum ſint ablatiui abſoluti l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtr. Quod autem ſententia licet prohibeatur ferri ſub
11 conditione tamen lata ſit valida dubium non eſt, l. 1. §. Biduum vbi gloſ. in verbo ſub conditione ff. quan. appell. ſit, & intra ſimilis gloſ. in l. cum eorum in verbo præſtarent, & ibi Caſtr. num. 2. C. de ſent. & interloc. omn. iud. Et ex hoc capite mixturæ alijs omiſſis conclusum fuit.

Pampilonen. Parrochialis,

Lunæ 6. Martij, 1617.

SVMMARIVM.

Contra eum, qui intimato ſibi mandato negauit, velle parere, eſt ferenda declaratoria, num. 1.

Stylus, quod contra eum, qui negauit parere mandato, feratur declaratoria procedit, tam in exequtorialibus rei iudicatæ, quàm in exequtorialibus mandati de manutenendo, num. 2.

DECISIO CVII.

DAnda eſt declaratoria contra Petrum de Vrbani de cuius renitentia in parendo mandato de manutenen. Rotali ad fauorem Garziæ relaxato conſtat ex eo, quia intimato ſibi tali mandato negauit ſe illi parere velle, & dixit ſe appellare. Quod mandatum cum eius exequtione, & contradictione huiuſmodi cũ fuerit reproductum, & ſeruatis conſuetis terminis ad docen-

cendum se paruisse non do-
1 ceatur de paritione facienda est Declaratoria, iuxt. receptum stylum de quo per Felin. in c. ad probandum num. 6 de re iudic. Cassad. decis. 6. n. 10. de caus. poss. & prop. Crescen. dec. 1. de sequest. poss. & fruct. Mohed decis. 1. de sent. excom. & fuit dictum in Vicen. Prioratus 19. Martij 1610. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Abulen. Decimarum 4. Nouembris 1611. coram b. m. Penia.

2 Qui stylus habet locum tam in executorialibus rei iudicatæ quam in executorialibus mandati de manutenendo, in quibus militat eadem ratio, vt dixit Rota in illa Vicen. Prioratus, & sic pro executione mandati de manutenendo ob eandem rationem fuit data declaratoria in Brixien. Clericatus 29. Ianuarij 1598. coram bon. mem. Orano in Barchinonen. Canonicatus 30. Octobris 1600. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno, & in Carthaginen. Canonicatus 30. Octobris 1609. coram Illustrissimo Laucellotto, & in Boianen. Beneficij 13. Maij præteriti coram R. P. D. meo Buratto.

Valentina beneficij.

Veneris 10. Martij 1617.

SVMMARIVM

Collatione beneficij, & possessionis immissione nulla, & attentata apponitur sequestrum ex stylo Rotæ, num. 1.

Nuncius in partibus Hispaniarum est ordinarius, num. 2.

Collatio siue institutio non præmissa adictorum oppositione est nulla, num. 3.

Decretum irritans formam inducit, qua non seruata, quod fit non suffragatur, num. 4.

Mandatum de immittendo relaxatum pendente termino ad appellandum est attentatum, & nullum, nu. 5.

Amplia quod appellatum postea fuerit, & appellatio deserta, sub num. 5.

Immissio data post terminum decem dierum ad appellandū appellatione deserta non reuocatur, sed obstat res iudicata num. 6.

Causa nullitatis commissa durat per triginta annos, num. 7.

Executor potest dimittere partes iudicis, & reassumere partes meri executoris, & non admittere appellationem n. 8

Le-

Legatus non potest appellationẽ tollere, num. 9.

Executor procedens vt iudex non potest spreta appellatione contra formam commissionis, quæ illum fecerunt mixtum, vt merus executor procedere, num. 10.

Intentio Iudicis procedendi, vt Iudex non est merus executor est cum pronunciauit per sententiam diffinitiuam, & admisit appellationẽ dando terminum iuris, num. 11.

DECISIO CVIII.

CVm huiusmodi collatio beneficij, & in possessionem immissio fuerint nullæ & attẽtatæ Domini apponendum sequestrum, vnanimiter censuerunt insequendo stylũ huius S. Tribunalis in iure etiam fundatum, Cassad. dec. 3. num. 6. de restit. spoliat. Veral. decis. 157. par. 3. in impress. & dec. 52. lib. 1. in manuscript. Cæs. de Grass. decis. 2. num. 1, de appell. Rot. decis. 616. in fin. par. 1. diuer. & fuit dictum in Cremonen. Iurispatronatus 26. Februarii 1603. coram Illustriss. Ludouisio, & passim in aliis.

De nullitate non videbatur posse dubitari; Nam Reuerendissimus Nuncius in
2 partibus Hispaniarum est ordinarius, cap. 2. vbi Gloss. in verbo reputantes, & com. Doct. de offic. legat. in 6. & ideo licet posset instruere, & conferre iuxta tenorem sua-
3 rum facultatum, hic tamen nulliter processit ad collationem, seu alias institutionem, ex quo non præmisit appositionem edictorum contra tex. in cap. fin. de elect. in 6. cuius dispositio habet locum etiam in præsentatione, vt tenet ibi glos. prima comm. approbata secundum Crauet. cons. 63. num. 2, Lap. alleg. 8. num. 4. vbi plena addit. littera V. Put. decis. 306. lib. 1. & 484 lib. 2. & fuit resolutum in vna Cusentina Cappellæ 26. Aprilis 1602. coram Illustrissimo Millino.

Quod autem edicta non fuerint apposita ante institutionem, patet ex tenore litterarum eiusdem Reuerendissimi Nuncii in quibus confert beneficium Iacobo, & post collationem committit certis exequutoribus, vt illum inducant in possessorem. Verum, quod ante edicta apponi debeant, & sic cum edictorum appositio debeat institutionem præcedere, alias institutio, & omnia inde sequuta sint nulla iux. tex. in
4 dicto cap. fin. quod habet decretum irritans formam inducens ea non seruata, quicquid postea

postea factum fuit, suffragari non potest iuxta not. per Bal. in l. 1. num. 8. versiculo Ex dicto ergo C. ne liceat in vna eadem causa Felin. in cap. cum dilecta num. 6. versiculo Sextum signum de rescript. Veral. decis. 111. num. 4. & 5. par. 1. & in simili fuit dictum in vna Abulen. præstimoniorum 15. Februarij 1610. coram R.P.D. meo Manzanedo.

5 Sic etiam immissio in possessionem fuit nulla, & attentata, Quia mandatum de immittendo fuit relaxatum eodem die prolationis sententiæ, & sic pendente tempore ad appellandum, quo casu omnia taliter gesta dicuntur attentata cap. non solum in princ. de appellat. in 6. Lancellot. de attent. 2. par. cap. 11. num. 17. & seq. non obstante, quod postea fuerit appellatum, & Iudex ad tradendos Apostolos retinuerit sibi terminum iuris. Nec constet quod appellantes intra illum redierint pro Apostolis, atque ita appellatio fuerit deserta. Quia nihilominus attentata debent reuocari saltem per viam nullitatis iuxta decision. Cæsar de Grassis secundã numero quinto de appellatione; Vbi, quod passim hoc seruat Rota, & idem tradit Seraph. dec. 229. Lancellot. vbi supra num. 15. & fuit resolutum in vna Calaguritana beneficij 5. Februarij 1610. coram Reuerendissimo Attrebaten. Quidquid secus esset vbi immissio data fuisset post decem dies ad appellandum, Quia tunc non reuocaretur appellatio-

6 ne deserta, sed obstaret res iudicata; & ita procedit decis. prima de appell. in nou. & 76. eodem titulo in antiq. Crescen. decis. 7. de re iudic. prout distinxit Rota apud Cæs. de Grass. vbi supra, qui non est casus noster, & vbi talis esset adhuc intraret re-

7 uocatio attentatorum, ex quo non fuit deserta causa nullitatis æque principalis commissa, quæ durat per 30. annos Bart. in l. si expressim, n. 10. ff. de appellat. Bald. in cap. sępe num. 9. in fin. extra eodem titulo, Card. consil. 71. num. 5. Castren. consil. 288. in principio versiculo circa secundum, libro primo. Couaru. practicarum capitulo 24. in fine. Misingerius obseruatione 77. centuria secunda, Seraphinus decisione 1485. numero primo, & fuit dictum in Placentina Parrochialis de Malpartida sexta Nouembris 1601. coram b. m. Litta, & in Gerunden. beneficij 18. Iunij, &

DECISIO CIX.

Rota censuit decretum A. C. seu R. P. D. Taurelli esse confirmandum, quia contra eius validitatem nil adducitur, & de eius iustitia constat ex Instrumento locationis domus pro scutis 300. annuis, factæ Arronio, cui vti principalis principaliter, & insolidum accessit Ioannes Baptista qui propterea stante eius in forma Cameræ obligatione, be
1 ne fuit ad solutionem pensionum condemnatus Bart. in l. 2. num. 5. & in l. eandem eodem num. 5. ff. de duobus reis Castrens. in l. sed Iulianus in principio ff. ad macedon. Alexand. cons. 29. numero 36. lib. 7. Natt. cons. 52. n. 1. Mohed. dec. 2. de fideiuss cũ simil.
2 Nec obstare, quod iste cõtractus vti simulatus, & factus in fraudem vsurarum, exequi nõ poterat Bald. in l. fin. §. in cõputatione n. 18. C. de iure de lib. Soci. cons. 27. n. 30. lib. 4. Canar. de exequ. Instr. q. 13. cum alijs per Modern. discept. Forens. cap. 264. num. 45. & latius per Carol. de Grassis in tract. de except. cap. 12. nu. 1. Quæ simulatio deducitur ex pluribus coniecturis, &
3 præsumptionibus, de quibus hic per informantes, & quæ sufficiunt secundũ magis communem opinionem ad eã proban. Bal. in l. emptione n. 3. C. plus valer. q agitur Castr. cons. 5. 8. n. 3. lib. 2. Decius cons. 543. n. 13. & cons. 644. n. 4. Crauett. cons. 156. n. 7. Cephal. cons. 198. nu. 16. & plures alios cumulat Farinac. de fals. & simul. q. 162. num. 97. quam ẽt passim Rota sequitur, vt per Seraph. decis. 660. num. 3. cum aliis alleg.
4 Idque etiam, si agatur de simulatione in fraudem vsurarum, adhuc enim probatio præsumptiua sufficit, c. ad nostram, vbi glo. in verb. quod patet de empt. & vend. c. illo nos de pign. & vtrobiq. Doc. Roman. cons. 423. num. 14. in fin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 17. nu. 6. Castill. controuers. iur. cap. 25. num. 22. cum alijs per Farin.
5 d. quæst. 162. num. 101. Quia tales coniecturæ, & præsumptiones, debent esse efficaces, & dilucidæ. Verall. decis. 163. n. 5. p. 3. & fuit dictũ in Rom. census 26. Nouembris 1604. corã illustrissimo Ludouisio apud Modern. de oblig. Cameral. dec. 150. n. 5. Imo requiritur, quod sint coniecturæ legis, & non hominis, Bald. cõs. 25. n. 2. ad fin. vers. nec sufficiũt lib. 4. Aym. cõs. 145. n. 2. vers. q tamẽ, Verall. vbi sup. n. 7. Rot. in Beneuẽtana donationis 27. Nou. 1585. corã Giptio

Con-

Coniecturæ antea quæ pro simulatione istius contractus & vsurariæ fraudis in medium afferebantur omnes deductæ ex simulatione venditionis eodem die celebratæ & correspectiuitate ad illam visæ sunt Dominis satis leues aut saltem, non ita efficaces & dilucida, prout requiritur. Nam prima, quæ deducitur ex pacto de retrouendendo, ex se non infert ad simulationis,& vsuræ suspitionem cum tale pactum suapte natura licitum sit vtroque iure l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. glo. & Doct. in dicto cap. ad nostram, & cap conquæstus de vsur. Tiraquell. de retract. conuent. in præfat. num. 2. & 3. Honded. latiss. conf. 33. num. 64. & seq. lib. 2. Farin. c vbi supra. quęst. 163. num. 20.

7 Secunda coniectura ex modicitate pretij, quæ iuncta cum pacto de retrouendendo sufficit ad probandam simulationem iuris opinion. quam Rota sequitur, vt per Cassad. decis. 1. & 2. vsur. non subsistit, quia ad hunc effectum requiritur probatio, modicitatis vsque ad dimidiam iusti pretij, Honded. dicto consil. 33. num 62. vbi de communi Franc. Marc. decis. 484. num. 25. par. 1. cum alijs allegatis in Bononien. de Ballis 19. Marti, & 8. Iun. 1607, coram Reu. Lugdunen. & in constituenda illa

8 dimidia iusti pretij habenda est ratio pacti de retrouendendo, quod minuit de vero valore circa tertiam partem, etiam ad arguendam simulationem, Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 20. Couar. var. cap. 10. nu. 1. Honded. vbi supra num. 63. Rim. Iun. consil. 218. num. 117. Gam. decis. Lusitan. 138. num. 2. & decis. 178. num. 9. & dixit Rota in eadem Bononien. quæ modicitas pretij hic non concurrit, esto, quod domus reditus scutorum 300. fuerint venditæ pro scut. duorum mill. & sic ad rationem quindecim pro centenario, tũ ex supradictis, tũ quia d. venditio facta Coronato fuit ad vitam quinque eius filiorum, cum pacto quod pretium debet lucrari pro rata scut. 400. per mortem cuiuscunq. & valde erat contingẽs

9 aliquem præcedere, tum quia vendebatur ab Arronio fere decocto pro vt euentus docuit, & sine aliqua euictionis fideiussione, nisi pro pensionibus ex contractu locationis, quæ omnia debent considerari ad æstimandum valorem cumque longe,

minorem reddunt iuxta tradita per Doct. in l. 2. C. de rescind. vend. Surd. consil. 217. num. 31. vers. vltimo non obstat in fin. & num. seq.

10 Tertio, quod venditor remanserit in possessione, iuxt. l. sicut §. superuacuum, ff. quibus mod. pign. vel hyp. pot. solu. & in ipsa cessat stante superueniente tit. locationis, Roman. conf. 304. sub num. 1. vers. 2. potest respon deri cum alijs per Rot. dec. 116. num. 10. & 12. par. 2. diuers. & fuit dictum in Romana Simulationis venditionis 4. Maij 1601. coram Iusto in Ciuitatis Castelli Bonorum 8. Februarij 1602. coram Illustrissimo Lancellotto, & in Bononien. de Monterentijs 30. Martij 1607. coram b. m. Penia.

11 Quartò, quod statim sequuta venditione fuit facta locatio eidem venditori non arguit ex se cõtractum simulatum, aut vsurarium, Alex. cons. 121. per totum lib. 1. Crauett. cons. 145. num. 4. vers. & in terminis nostris, Modern. Bonon. lib. 2. variar. cap. 132. num. 12.

Et tanto magis hæc sententia placuit Dominis, quia prædictæ, & aliæ coniecturæ de quibus hic per informantes, etiam si concurrerent in

12 casu nostro illæ non essent attendendæ, postquam nulla aderat causa simulandi, Bart. in l. post contractum, num. 2. ff. de donat. & cons. 65. nu. 4. lib. 1. Anchar. cons. 227. num. 3. Aegid. decis. 715. num. 2. & pluries tenuit Rota, & signanter in vna Romana de Mussis 13. Iunij, & 4. Iulij 1601. coram b. m. Corduba, & in eadem 2. Decembris 1613. coram R. P. D. meo Dunozetto, in qua plures, & vrgentiores coniecturæ adducebantur pro simulatione.

13 Non obstat, quod Arronius vrgeretur à creditoribus quia cum re vera potuerit sic contrahere, & ad effectum se liberandi ita contraxerit, & pretium deposuerit, ac creditoribus satisfecerit, cessat omnis suspitio simulationis, Crauett. conf. 319. num. 9. in fin. Rota in dicta Romana Census corã Illustriss. Ludou. apud Modern. de obligat. Cameral. decis. 150. num. 10. vers. non obstat. Imò vt ibi subditur num. 12. ista præexistens causa, quæ vera fuit, excludit suspitionem simulatio-

14 nis, vt in Fauentina bonorum 2. Aprilis 1571. coram bon. mem. Cardinali Lancelloto.

15 Postremò Domini aduertebant, quod isti duo contra-

ctus

ctus fuerunt celebrati cum omnibus suis substantialibus, & fuerunt penitus distincti, & separati, venditio enim fuit facta Coronato ad vitã quinque suorũ filiorũ, pro pretio scutorum 2000. & locatio fuit facta Arronio ad quinquennium pro annua pensione scutorum 300. Vnde excluditur omnis simulatio, & vsuraria prauitas, vt latè per Modern. Bononien. vbi supra dicto cap. 131. num. 1. 2. 7. & 8. vbi agit de duobus contractibus, & casu in omnibus huic nostro simili, & obiecta
16 tollit. Excessiuitas autem pensionis non ad simulationem, & vsuram, sed potius ad iniustitiam pertinet, quæ nec etiam probatur, quia debet esse vltra dimidiam, & tunc agi, vel ad resciſſionẽ, vel ad supplementum, iuxta text. in l. 2. C. de rescind. vend.

Non etiam placuerunt deducta circa resolutionem contractus locationis ex immiſſione obtenta à sorore Fabij vigore Saluiani, tum quia
17 per talem immiſſionem plenum ius non dicitur acquisitum creditori, quod propterea tenetur stare locationi, l. in venditione, §. 1. ff. de bon. auth. iud. poſſ. l. si filio familias. §. si vir in quinquennium vbi Bart. num. 1. vers. Aut ei non est constitutum, ff. solut. matrim. Ias. de communi in l. diuortio num. 34. ff. eodem Guidopap. decis. 480. num. 5. vers. Tertio fallit cum alijs in Romana Casalis 1. Iulii 1602. coram Illustriſſimo Ludouisio apud Moder. Roman. de Salu. interd. decis. 105. n. 10. Tum quia dato absque veri præiudicio, quod verè fuiſſent euictæ domus, itaut propterea non potuiſſet Arronius illis vti cum tale impedimentum proceſſiſſet culpa, & facto ipsius Arronii, qui erat debitor euincentis teneretur, nihilominus ad pen-
18 siones, l. colonus penul. §. fin. vbi not. Bart. ff. locat. glo. in l. si Si vno, §. Item cum quidam verb. pensionis, vers. si vero stetit qer conductorem, & ibi etiam Bart. Bal. Castr. Fulgos., & Salic. ff. eod.

Nec releuat, quod impedimentum prouenerit ab Arronio vti hærede, & venditore non vti conductore, pro quo Ioannes Baptista fideiuſſit, quia Arronius, & Ioannes Baptista in instrumento indu-
19 ctionis se obligarunt soluere illam pensionem scutor. 300. non obstantibus sequestris, & aliis quibuscunque impedimentis, vndequaque, & quomodocunq; prouenientibus, &c.

&c. Quæ verba sunt adeo vniuersalia, vt nullam restrictionem admittant, Decius.cons. 529. num. 2. Mandell. cons. 322. num. 31. Decian. cons. 3. num. 132. & sequ. lib. 1. & comprehendunt omnia impedimenta etiam maiora expressis, Crescent. decis. 1. num. 3. cum duobus seq. de priuileg. etiam quæ proprie dicerentur impedimenta, Surd. cons. 453. num. 8. Menoch. cons. 324. num. 7. Ita ut Coronatus videatur omni meliori modo sibi cauere voluisse pro pensionibus istarum domorum. Ex quibus, & alijs adductis per Informantes, ita conclusum.

Papien. Beneficij

Lunæ 10. Aprilis, 1617.

SVMMARIVM.

Episcopus in principio mensis absens amittit commodum alternatiuæ, & acquisitus ius Papæ, vt totus mensis dicatur reseruatus num. 1. & 20.

Oratio perfecta, etiam si non incipiat per, vt, vel per ne, dicitur continere, ius commune, & potest allegari ad decisionem causarum n. 2.

Rubrum generalius nigro illud ampliat, num. 3.

Regula de octo, vt reseruatoria, num. 4.

Alternatiua operatur, vt Ordinarius possit conferre in mense reseruato n. 5.

Non residente Episcopo in aliquo ex quatuor mensibus Papa confert suo iure reseruationis, & non iure deuoluto, n. 6.

Cessante residentia cessat effectus alternatiuæ, & intrat reseruatio sub. nu. 6.

Et ex stylo Cancellariæ, ibi

Alternatiua, est remotio obstaculi causati per reseruationem octo mensium, num. 7.

Non obstante alternatiua proprietas mensium, est penes Papam num. 8.

Legislatores, sæpe vsi sunt impropritate verborum, nu. 9.

Regulæ alternatiuæ mens, & sensus, quomodo accipiendus in deciss. relatis, num. 10.

Stante acceptatione alternatiuæ durat reseruatio octo mensium num. 11.

Per absentiam Episcopi, non dissoluitur permutatio quatuor in duos menses sub n. 11.

Cessante causa, nõ cessat effectus vbi effectus cepit afficere, n. 12

Per absentiam Episcopus non amittit proprietatem alternatiuæ, sed solum suspenditur illius

illius vsus num. 13.
Contractus non potest claudicare, num 14.
Fallit vbi adest non diuersitatis, sub num. 14.
Intellectus ad regulam Alternatiuæ, num. 15.
Alternatiua est remotio impedimenti, quoad sex menses ordinarij, num. 16.
Vna, & eadem res diuersis respectibus, potest diuerso iure censeri num. 17
Mens concedentis alternatiuam, non fuit, vt sufficeret residentia momentanea, sed continua, 18.
Distributio mensium intelligitur in alternatiua integraliter, & non per dies, neq. horas et momenta ad euitandam confusionem, nu. 19.
Indefinita æquipollent vniuersali num. 21.
Alternatiua acceptata in mense Martij, & Septembris Papa confert vigore regulæ nu. 22.
*Rotæ authoritas, præfertur opinioni cuiuscūq. alterius Doctoris, ex professo etiam tractantis, & concludentis num.*23.
Ratio præponderat sententiæ cuiuscunque sub num, 23.
Collatio facta ab Episcopo legitime in aliquo mense ordinario non rescinditur postea per eius absentiam in eod. mense, n 24.
Factum legitime ex superuenientia non vitiatur, ibi
Residentia in Episcopo attenditur tempore vacationis beneficij in alternatiua, num. 25.

DECISIO CX.

PRæsupposito quod Episcopus Papien. esset in possessione conferendi beneficia suæ Diœcesis vigore alternatiuæ acceptatæ.

Et quod fuerit absens à sua diœcesi per aliquot menses & in principio Mensis Aprilis, quodque ad eam redierit die 10. vel 11. dicti mensis 1615.

Et quod 14. eiusdem Aprilis extra Roman. Cur. vacauerit beneficium simplex Canonicatus nuncupat. Plebis Cairi Papien. Diœcesis Episcopo iam residente.

Et præsupposita prouisione Apostolica dicti beneficij vigore regulæ 8. facta in personam Io. Baptistæ Naldini. Et præsupposita prouisione Ordinarij eiusdem beneficij facta vigore dictę alternatiuę in personā Ludouici Somaschi. Fuit me proponente dubitatum an collatio huiusmodi beneficii spectauerit ad Papā, vel ad Episcopum, quo dubio sępius proposito, & maturæ discusso tandem sub die 10. Aprilis 1617. Rota censuit collationem spectasse ad Papam.

Ratio decisionis fuit, quia licet

licet beneficium vacauerit in mense Aprilis, Episcopo tunc residente, qui mensis vigore alternatiuæ spectat ad Ordinarium. Attamen cum
1 Episcopus in principio mensis fuerit absens, cessauit commodum alternatiuæ ad eius fauorem, & fuit acquisitum ius Papæ, itaut totus mensis fuerit reseruatus, vt per bonas rationes fuit firmatum in Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1585. coram bo. m. Card. Blanchetto, quam Rota sequuta fuit inconcusse in pluribus causis, & signanter in Eluen. beneficij 22. Maij 1599. coram Illustrissimo Mellino, & in eadem 30. Octobris 1602. coram Illustrissimo Ludouisio, & in Segobien. beneficij 26. Martij 1604. coram bo. m. Iusto, prout latiùs, & pleniùs examinato articulo eandem decisionem approbauit in Salamantina beneficiorum de Almenara 20. Iunij 1605. coram R. P. D. meo Manzanedo, & ab ea non recessit, imò expresse confirmauit in Sulmonen. Alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Illustriss. Lancellotto. Quidquid in hac vltima tota vis tormentorum ad euertendam illam primam, tot propugnaculis septam, ac munitam per informantes pro Somasco fuerit constituta.

Quod autem mensis Aprilis fuerit reseruatus ab initio, visum fuit non posse dubitari, quia regula octaua habet duas partes, in prima Papa reseruat sibi octo menses, quorum vnus est Aprilis ad effectum conferendi beneficia in eis vacantia, vt patet ex rubric. quæ sic cantat Reseruatio mensium Apostolicorum, & cum habeat orationem perfectam,
2 etiamsi non incipiat per vt, vel per Ne dicatur continere ius commune, & potest allegari ad decisionem causarum, Felin. in princ. Rubr. vt lit. non contest. Euerard. in loco à rubr. num 3. vers. Imo, quod plus est, adeo quod Papa licet in nigro reseruet suæ dispositioni omnia beneficia in singulis dicti octo mensium vacatura, atque ita reseruet beneficia, & non menses, atta nen ex quo
3 rubrum est generalius, nigro debet illud ampliare, vt sic non solum beneficia, sed etiã menses Papæ reseruare voluerit glo. in l. 1. & ibi Bar. C. de cap. ciu. cens. lib. 11. cum alijs per Euerard. vbi supra num. 11. vers. quod autem econtra, & in nostris terminis, quod regula de octo sit reser-

4 reseruatoria mensium, tradit Put. decis.53. lib. 2. idem decis.492.n.3. & dec.507.per tot. eod. lib. Acchill. decis. 1. super reg. 8. mens. & pro indubitato, tenuit Rota in illa Fauentina, & alijs vbi supra In secunda vero parte in vers. Insuper, Papa concedit Episcopis facultatem conferendi in sex mensibus alternatis, quandiu apud suas Ecclesias, aut Diæcesis resederint, non obstante reseruatione, quæ reseruationem tollitur per concessionem alternatiuę,
5 sed alternatiua operatur, vt Ordinarius possit conferre in mense reseruato remanente natura ipsius reseruationis, quæ propterea non cessat iuxta decis. Cassad. 8. nu. 10. de præben. quam in istis terminis sequuta fuit Rota in Tuden. Canonicatus 21. Aprilis 1570. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto Seniore, & in causa Oueten. beneficij 30. Iulij 1610. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & quod reseruatio non tollatur per alternatiuam Episcopo concessam, & ab eo acceptatā, fuit sine difficultate resolutum in Eluen. beneficij S. Saluatoris 30. Octobris 1602. coram Illustrissimo Ludouisio.
6 Hinc Domini inserebant quæ non residente Episcopo in aliquo ex quatuor mensibus sibi à Papa mutuatis, si contingat casus vacationis, Papa non confert iure deuoluto, sed ex titulo primeuo reseruationis, quia cum d. alternatiua non tollat reseruationem, sed illa remanente aperiat viam prouidendi de reseruatis, sub illa tandem conditione, & qualitate residendi cessante residentia, cessat affectus alternatiuæ, & consequenter non intrat deuolutio, sed reseruatio, quia semel reseruatum, semper durat reseruatum, vt in puncto arguit Cassador. vbi sup. & Rota in illa Oueten. Quod etiam comprobatur ex stylo Cancellariæ, quæ in casu isto dat expiditionem, tanquam de reseruato vigore reseruationis octo mensium, vt in fidem Reuerendissimorum DD Abbreuiatorum de Porto maiori, qui stylus in hac materia attendendus est cum declaret mentem Papæ, Cassad. decis. 2. num 4. versic. & iste stylus, decis. 3. num. 3. ad fin. vers. pro qua interppretatione de reseruat. Mandos. in proem. regul. quæst. 2. num. 3. & fuit dictum in Iuenecen. Archipresbyteratus 20. Iunij 1561 coram bon. men. Card. Pamphilio, vbi, quod stante com-

communi cursu, & stylo Cancellariæ, cessat omnis difficultas, & in proposito fuit etiam consideratum in Padua na Prioratus 18. Maij 1611. coram R. P. D. meo Pirouano.

Nec placuit responsio ad dec. Cassad. & Rota in illa Tuden. quod loquatur retenta opinione antiqua, nempe quod alternatiua esset simplex remotio obstaculi, non secundum opinionem modernam, quod excedat simplices terminos remotionis obstaculi, & per eã dicatur initui quidã permutationis contractus inter Papam, & Episcopum de qua latè in dicta Sulmonen. alternatiuæ coram Illustriss. Lancellotto. Quia & antiquo tempore vigebat eadem opinio, quod Alternatiua non esset mera, & simplex remotio obstaculi, sed quasi contractus ex eo, quod tunc prout hodie fiebat hæc mensium permutatio inter Papam, & Episcopum, Mohed. decis. 3. num. 1. de rescript. Achill. decis. 2. super reg. modif. indult. Put. decis. 88. lib. 3. per quas decisiones debent declarari, & cum eis cõcordari alię quę dicunt gratiam alternatiuæ esse remotionem obstaculi causati
7 per reseruationem octo mensium ad text. in l. non est nouum cum duabus seq. ff. de legib. & cap. cum expediat de elect. in 6. & in terminis fuit dictum in eadem. Sulmonen.

Præterea aliqui ex Dominis censebant multum referre, quod veniat in huiusmodi contractu permutationis; Quia licet Papa ex octo mensibus reseruatis concedat Episcopo quatuor, & viceuersa Episcopis de suis quatuor dimittat Papæ, duos illa tamen concessio de reseruatis non fit, quoad proprietatem, sed solum (vt iam dixerim) quoad vsumfructum proprietate, scilicet remanente penes Papam, ita vt illi quatuor menses propriè dicantur ipsius Papæ, l. recte dici-
8 mus ff. de verb. sing. vbi Iure cons. ait recte dici cum fundum totum nostrum esse etiã cuius vsus fructus alienus est l. Meuius §. penult. ff. de leg. 2. glo. in l. 4. ff. de vsufr. Bart. & Doct. in l. qui vsumfructum ff. de verb. oblig. Pinell. in l. 1. 3. parte num. 4. vers. atq. ita, C. de bon. mater. Et vt proprius loquamur, Papa non cõcedit menses Episcopo, sed facultatem conferendi in mensibus, & hæc dicitur alternatiua, quæ quoad proprietatem spectat ad Episcopum, quoad vsũ vero quandiu resederit, vt sũt ver-

verba expressa regulæ, & distinxit Rota, in illa Sulmonen.

Quamuis igitur in dicta decisione Mohedan. 3. de rescript. & in aliquibus, tam antiquis, quam modernis decisionibus, & in ipsa eadem Sulmonen. dicatur fieri hanc mensium permutationem, & vulgo, menses alternati pro Episcopo dicantur Ordinarii, hoc tamen non proprie, & re
9 strictiue, sed large, & demonstratiuè accipiẽdum est, quod non mirum videri debet cum ipse etiam leges, & antiqui Iurisconsulti proprietatis amatores impropriè, & abusiuè, ac, vt Græci dicunt Katachristichos, aliquando fuerint loquuti Vlpian. in l. secunda, §. primo, ff. quemadmod. test. aper. Testamentum, inquit, propriè illud dicitur, quod iure perfectum est, sed abusiuè, testamenta quoque appellamus ea quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel nupta, Iulianus in l. fideiussor. ff. de fideiuss.

Nam licèt minus propriè debere dicantur naturales debitores, per abusionem intelligi possunt debitores, &c. Papinianus in l. inter liberos, ff. ad l. Iul. de adult. vt in Florentino rectius, quam in Norico sex stuprum, & adulterium promiscue, & Katachristichoteron appellat, sed propriè adulterium in nuptam, stuprum verò in Virginem, Viduamue committitur, Caius in l. licet, 58. ff. de verb. signif. licet inter gesta, & facta, videatur esse subtilis quædam differẽtia, attamẽ Katachristichos, idest, abusiue, nihil inter gestum, & factum interest, vbi recte declarant Alciat. & Rebuff. idem Alciat. lib. 1. disp. cap. 26. Budæ. & Cuiac. in d. l. inter liberos, ff. de adult. Ergo non oportet syllabas aucupari, neque decisionum verba captare, sed qua mente, quid dicatur in eis aduertere, l. pen. ff. ad exhib. l. scire leges, ff. de legib. c. intelligentia, de verb. sig. mi
10 nus itaque, & sensus illarũ decisionum, & vsus loquendi est, quod menses quatuor alternati quos accipit Episcopus sunt & remanent Papæ quoad proprietatem, non quoad vsum durante residentia Episcopi, non tamen vsus mensium est Episcopi, sed vsus alternatiue, idest facultatis conferendi limitatius quandiu resederit proprietate alternatiuæ in absentia penes ipsum remanẽte.

Hinc facile videbatur posse euitari alia omnia, quæ tanquam decisa allegabantur in dicta decisione Sulmonen. nempè, ꝙ a reseruatione octo men-

mensium fuit recessum per acceptationem alternatiuæ, neque ad eam fit reditus ob non residentiam, quia non dissoluitur permutatio facta in acceptatione alternatiuæ, sed tantũ suspenditur illius vsus absentia durante. Illa.n.decisio non
11 negat, quin stante acceptatione alternatiuæ duret reseruatio octo mensium, vt in d. decis. Cassad. 8. de præben.& in d. Tuden. & Oueten. sed tantum dicit, quod per absentiam Episcopi non dissoluitur permutatio, quid autem fuerit permutatum, & quomodo hoc intelligatur patet ex prædictis.

Non obstat eadem decisio Sulmonen. dũ in ea dicitur, quod durante absentia Episcopi suspẽditur vsus alternatiuę, quasi quod reuertente Episcopo statim vsus recuperetur ex illa dictione quandiu, & aliis allegatis hic per informantes, quia principalis articulus in ea decisus fuit, An Episcopus amittat alternatiuam per discessum à sua diœcesi ita quod redeat ad suos quatuor menses, & possit conferre beneficia vacantia in mense Maij, & Septembris, & fuit decisum, quod non in hoc recedendo à decisione bon. mem. Cantuccij, Sed an rediens in aliquo ex dictis mensibus, & aliis alternatis postquam ille mensis inceperat spectare ad Papam vigore regulæ de 8. possit conferre beneficia post eius reditum vacantia in d. mense, hoc ibi non discutitur, imo nec tãgitur, & licet ratio de qua supra inferat, quod redeunti Episcopo, & sic cessante causa suspensionis vsus alternatiuæ cesset effectus suspensionis ad reg. cessante causa, Cum tamen ex deductis in illa Fauentina, & aliis supra allegatis fuerit ab initio acquisitum ius Papæ in illo mense integraliter, & non per dies mensis intrat limitatio, quod cessante causa non cessat illius effectus, vbi ius iam fuit quæsitũ
12 alteri ex causæ existentia, Nã licet illa postea deficiat ius tamen illud quæsitum retinetur Io. Andr. in reg. decet num. 5. ad fin. vers. & idem in similibus de reg. iur. in 6. Tiraq. in tract. causa cessante limit. 11. num. 1. & 2.

Nec obstat, quod hoc modo Episcopus egeret noua acceptationi alternatiuæ, quod esset contra eandẽ Sulmonen. quia cura per absentiam Episcopus non amittat proprietatẽ
13 alternatiuæ, sed solũ suspendatur illius vsus, vt in eadem decis. Et Papa habet ius quæsitum in illo mense resultat, quod finito mense absque alia

noua

noua acceptatione intret vsus alternatiuæ, vt in simili, quod habet indultũ percipiẽdi fructus beneficiorum primi anni vacantium vsque ad quinquennium, si alicui de speciali priuilegio fructus dicti primi anni debeantur, licet nõ possit gaudere fructibus primi anni, in quibus est ius quæsitũ non propterea amittit indultum, sed eo vti poterit in fructibus anni sequentis glo. fin. in c. si propter in secundo intellectu vers. alii dicunt, & ibidem Butr. num. 4. & 11. vers. ista ratio de rescript. in 6.

Hinc cessare dicebant aliud obiectum, quod si Episcopus non gauderet vsu alternatiuæ statim post eius redditum con-
14 tractus diceretur claudicare atque ita, vel standum esse alternatiuæ in totum, vel ab ea recedendum l. Iulianus §. si quis colludente ibi, aut stetur emptioni, aut discedatur ff. de act. empt. Quia hoc obiectũ fuit sublatum in d. decis. Sulmon. vbi traditur ratio diuersitatis inter reseruationem octo mensium, quæ est pura, & inter eius limitationem ad fauorem ordinariorum, cum qualitate residendi, qua stante diuersitate, & quod propter absentias Episcopi fuit acquisitum ius Papæ in illo mense integrali statim à principio vt dictum fuit contractus non dicitur claudicare, Nec Episcopus ab eo potest recedere, vt fuit firmatum in d. decis. vltra, quod non est inconueniẽs quod contractus posset claudicare, vbi adest ratio diuersitatis glo. & Castrens. in d. §. si quis colludente, Cagnol. in l. singularia num. 160. & seq. ff. si cert. pet. Surd. decis. 187. n. 11. vers. propterea.

15 Nec etiam obstare videbatur, quod secunda reseruatio sex mensium de qua in regula sit supeflua, si prima non tollitur per alternatiuã, quia hæc secunda fuit apposita ad reseruandum expresse duos menses, scilicet Martii, & Septembris, quos Papa ex quatuor Ordinariis capit ad tollẽdam difficultatem, quæ posset oriri, An fine d. 2. reseruatione illi dici possent reseruati, vt constat ex decis. Putei 492. & 507. lib. 2. & decis. 4. parte 3. lib. 1. diuers. & dec. 21 eadem par. 3. lib. 2. Ibi enim alternatiua fuerat concessa Episcopo pro solitis sex mensibus, & dubitabatur, an in aliis sex mensibus Papa cẽseretur reseruasse collationem beneficiorum, & fuit dictum, quod sic, eo quod tunc aderat regula reseruatoria octo mensium, ex quo apparebat, quod ex illis sex mensibus Episcopo con-

concessis Papa uoluit impedimentum remouere, & licet Martius, & September, non essent de illis octo, nihilominus, quia in alternatiua non dicebatur (ita tamen, vt facultate Ordinarijs concessa non vtatur) hinc apparebat mens Pontificis, quod Episcopus in quatuor mensibus ordinarijs concessis, non cōferret atque ita, quod Martius, & Septemb er essent reseruati, illa igitur verba regulæ (quæ etiā dispositioni suæ, (vt præfertur reseruauit) non inducunt nouam reseruationem respectu quatuor mensium, quos Papa ibi retinet in concessione alternatiuæ, & sunt reseruati in prima parte regulæ, vt ostendunt illa verba (etiam, vt præfertur) secundum vnum intellectum, vt referantur ad primam partem, sed bene eam inducunt respectu duorum mensium, quos capit ex quatuor ordinarijs, & non erant in prima parte cōprehēsi, & idem secūdū alium intellectum, quem tenet Moder. ibi glo. 54. num. 1. & 5. vers. hinc sunt apposita nempe, quod illa verba (vt præfertur reseruauit) præsupponant anteriorem reseruationem sex mensium, quæ expressa non fuerat, sed dumtaxat tacita eo ipso, quod alii sex menses fuerunt ordinariis concessi; qui tamen secundus intellectus potest procedere, quoad Martium, & Septembrem, qui non fuerant expresse in prima par. regul. sed nō quoad alios quatuor in dicta prima parte reseruatas, & quorum respectu non fuit sublatum impedimentum, vt sunt expressę illę decis. Putei, & aliæ, quæ se fundant in hac expressa reseruatione, priorem denique sēsum tenuit Rota in dicta dec. Sulmonen. in fin. dum dixit, quod Papa in secunda parte cōcessionis alternatiuæ reseruat sibi alios sex menses, vt præfertur scilicet modo quo supra in regula sibi pure reseruauit.

Nec, etiam monit dominos illa ratio, quod si verum esset, quod alternatiua sit remotio obstaculi in hunc sensum, vt aperiat facultatem de reseruatis, firma remanente proprietate reseruationis, vt supra dictum fuit, sequeretur, quod cum ex mensibus alternatis ad fauorem Episcopi, aliqui sint de Apostolicis & effecti ordinarij, vt Februarius, Aprilis, Augustus, & October, alii vero duo, nempe, Iunius, & December sint ipsius Ordinarii vigore regulæ de octo, quos fixos appellamus, alternatiua esset remotio obstaculi pręfato

sato modo quantum ad menses ex Apostolicis effectos Ordinarios, Quo vero ad menses fixos non esset remotio, & tamen sub eadem forma, & eisdem verbis, conceditur facultas conferendi Ordinariis in fixis, atque in Apostolicis ordinariis effectis, sicque vna, & eadem dispositio sub eadē forma verborum concepta, diuerso iure censeretur, & eadem concessio alternatiuæ, & acceptatio quoad duos mēses, quos Papa capit, erit cōtractus, vt in dicta decis. Sulmonen. quoad duos alios autem fixos non erit, quia primo fuit responsum, quod cum principalis intentio contrahentium fuerit remouere obstacula modo quo supra, & inuicem permutare menses, & si non omnes permutentur, & obstacula ex omnibus non remoueantur, nihilominus alternatiua in omnibus sex mensibus erit remotio obstaculi, & contractus permutationis, vt declarat Bartolus in l. Aristo num. 2. ff. de donat. Abb. in capitulo ad quæstionem num. 4. de rerum permut. Tiraq. de retract. lignagier §. 30. glos. 1. num. 2. Couar. lib. 2. variar. cap. 4. num. 9. Pinell. in l. 2. in 2. part. rubr. nu. 1. C. de rescindenda vend. & in termi-

16 nis, quod alternatiua sit remotio impedimenti, quoad illos sex menses Ordinarii tradit Puteus decis. 507. num. 1. in fin. libro 2. alias decis. 495. in principio, versiculo Nam præsupponebatur in nou. Secundo fuit dictum, quod licet Episcopus dimittat Papæ tantum duos menses, & retineat duos ex suis Ordinariis, attamen recipit quatuor ex Apostolicis, & sic propter illum maiorem numerum tota alternatiua dicitur remotio obstaculi, & permutatio arg. tex. in l. quæritur ff. de sta. hom. & in c. quod in dubiis de consecr. Eccles. vel alt. sicque tradunt Butr. Abb. & cæteri vbi supra.

Tertio fuit responsum quo ad istos duos menses fixos nullam posse considerare reseruationem ex quo neque in prima parte regulæ, neque in secunda Papa eos reseruat, nec transit sine dubio, An Episcopus absens, possit conferre in dictis duobus mensibus, & negatiuam late defendit Gonzalez in regula 8. glo. 43. num. 121. vers. ex aduerso, & licet ab ea recedat Garz. de benefic. quinta par. capitulo primo num 506. in fine, vbi subdit ita videri

Y com-

communi sensu, & praxi receptum quod etiam innuere videtur illa decis. Sulmonen. quid enim tamen sit de hoc articulo, non est inconueniens, quod diuersis respectibus vna, & eadem res diuerso iure censeatur, glo. in capitulo cum capella vbi alij scribentes, & in specie Butr. num. septimo, Anchar. num. tertio in quarto not. Abb.num. quinto in fine de priuileg. Tiraquell. de nobilitate capitulo 28. numero 12.

17

Nec obstat, quod in dicta Fauentina, ideo Rota censuerit dictionem, quandiu esse appositam mensi integrali, ne fiat fraus Papæ in duobus mensibus permutatis, quod cum hodie cesset propter dictam Sulmonen. sequitur cessare quoque prædictam resolutionem, quia vt apparet ex dicta Fauentina decisione ea non tam fundatur in præsumpta fraude, quam in eo, quod dictio, quandiu est apposita mensi integraliter, quod fundamentum late fuit comprobatum in illa Salamantina Beneficii coram Reuerendo Patre Domino meo Manzanedo, in qua nulla cadebat fraus, neque illius præsumptio, vltra quod hodie, etiam potest locum habere fraus, possent enim Episcopi extra Diœcesim vagari, nempe in mensibus Apostolicis, eo quod in eis beneficia conferre non possint; in suis vero mensibus redire dumtaxat, quando imminet vacatio alicuius beneficii propter instantem infirmitatem beneficiati, illa vero sequuta, & collatione facta, statim à diœcesi recedere, & iterum ad eam redire instante aliqua alia simili vacatione, & denuo se absen-

18 tare, & sic residentiam facere momentaneam contra omnem iuris intellectum, & mentem Papæ, qui alternatiuam concessit Episcopis, vt eos ad residentiam inuitaret, ita vt contrarium operaretur, vt fuit consideratum in dicta Fauentina, & post eã in dicta Sulmonen. & quomodo hæc ratio cessaret, quæ tamen non cessat, aliæ etiam concurrunt scilicet distribu-

19 tio mensium integraliter, & non per dies, neque horas ad momenta ad euitandum confusionem, quæ daretur in computatione momentorum, & ne Ius sedis Apostolicæ sit in incerto, vt fuit quoque animaduersum in cau-

causa Vicen. præceptoriæ 4. Decembris 1592. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, & in eadem Sulmonen. ac propterea, non debet cessare dicta resolutio in causa Fauentina, iuxta regulam §. affinitatis, vbi not Doct. instit. de nupt. cum aliis per Tiraquell. in tract. cessante caus. limitatione 22.

Non obstat responsio ad eandem decisionem in causa Fauentina, quod ibi ageretur de vacatione in mense Septembris, qui erat alternatus ad fauorem Papæ, & eodem modo in dicta Salamantina de Alamanca acceptatio alternatiuæ erat recepta, & recognita in Dataria incepto mense Augusti, qui erat Apostolicus, & sic bene intrat ratio in vtraque decis. quod quia mensis ab initio erat cæptus Apostolicus, vsque ad finem durauit talis, at in nostro casu mensis Aprilis est alternatus pro Episcopo, & sic non fuit cæptus Apostolicus, Vnde non potest durare talis. Hæc enim diuersitas non tollit fundamentum dictarum decisionum, & manifestum continet æquiuocum, ille enim decisiones eam rationem habent, quod menses sint integrales, & propterea cum ab initio mensis fuerit acquisitum ius
20 Papæ, semper ille mensis remanet reseruatus sicuti beneficium semel affectum semper durat affectum, quæ ratio æquæ militat in mense Aprilis qui vt supra dixi, etiam stante alternatiua, remanet Apostolicus, & reseruatus, sed illius tamen vsus impeditus, quandiu Episcopus resederit, vnde cum per absentiam Epscopi ab initio Papa acquisiuerit ius in illo mense, & ille sit integralis, etiamsi in medio redierit Episcopus non propterea desinit esse reseruatus, & quidem ad istum effectum parum interest, in quo mense absentia Episcopi contigerit dummodo in principio mensis illa fiat, quæ siue ille mensis sit de illis, quos Papa sibi retinet, siue de aliis quos Ordinario dat, & in principio Ordinarius recedit semper ille mensis intrat Apostolicus.

Vnde etiam cessat, quod, si vacatio contingeret de mense Martii, vel Septembris Episcopo non residente Papa conferret, sed non vigore regulæ, quia isti duo menses non sunt ex octo reserua-

tis, & sic dici non potest, quod mensis effectus Apostolicus duret Apostolicus, quis licet dicti duo menses, non sint reseruati per primam partem regulæ, sunt tamen reseruati per secundam (vt præfertur) idest eodem modo, quo in prima, & ideo in rubrica non dicitur restrictiue reseruatio octo mensium Apostolicorum, sed absolute, & indefinite reseruatio mensium Apostolicorum, vt indicet, & designet omnes menses Apostolicos in ea reseruatos, indefinita enim
21 æquipollent vniuersali capitulo, quia circa de priuileg.
22 Vnde sequitur necessario, quia acceptata alternatiua, siue Episcopus resideat, siue non resideat in istis duobus mensibus Papa confert vigore regulæ, vt fuit etiam dictum in eadem Sulmonen.

24 Postremo non obstat, quod articulum hunc ex professo disputant, & resoluunt pro Episcopo, Gonzal. in dicta regula octaua glo. 43. nu. 142. & sequenti Garz. de benef. parte quinta capitulo primo §. 12. nu. 692. vsque ad 699. quia si authoritatem spectemus Rotæ authoritas, se ipsam ostendit, si vero rationem sine qua illa nihil deindicare solet in eadem Fauentina, & Salamantina expressæ rationes e media Iuris prudentia deriuantur, & adductis in contrarium proponderant, solum superest ad omissa ex eisdem authoribus modo repetita satisfaceret.

24 Non igitur obstat inconueniens, quod si esset necessaria integra residentia totius mensis sequeretur, quod omnes collationes factæ in mense ordinario in principio, & in medio per Episcopum residentem, illo postea in fine recedente corrueret, quia cum prouisio fuerit de tempore habili, & sic legitime facta ex eo, quod postea Episcopus discesserit à Diœcesi non corruit, etiam quod cesset qualitas residentię requisitæ iuris regulam factum legitime de reg. iur. in sexto, l. in ambiguis §. non est nouum ff. eodem. Tiraquell. in tract. cess. caus. limitatione 4. & 12.

Nec obstat aliud inconueniens, quod si principium mensis esset attendendum, ita vt talis duret, qualis cepit esse resultaret, quod posset Episcopus in principio residere, & postea recedere, & absens gaudere alternatiua

in

in reliqua parte mensis , ne partim esset Ordinarius , & partim Apostolicus,quia Episcopis non sufficit habere alternatiuam ,sed vlterius requiritur, quod resideant,& ea vti possint, & ideo cum tempore vacationis cesset qualitas residentiæ , cessare quoque debet priuilegium alternatiuæ l. athletæ §. 1. & l. idem Vlpianus, ff. de excus. tut. l. Titia Seio §. vsuras vbi glo. & Doct. ff. de leg. 2. cum alijs per Tiraq. vbi supra in 1. par. num. 203.

Ex quibus ita cõclusum fuit collationem spectare ad Papam.

FINIS.



CONSTITVTIO
D E
CONSERVATORIBVS
S. D. N.
GREGORII XV.





ANCTISSIMVS in Christo Pater, & D. N. D. Gregorius Diuina prouidentia Papa XV. ex certis rationalibus caussis animum suum mouen. & de voto Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, partim fœl. recor. Clementis Papę VIII. Prędecessoris sui vestigijs inhærendo, reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quascunque Iudicum, Conseruatorum electiones nominationes, seù deputationes; tam in vim literarũ Conseruatoriarum iuxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, quàm in vim quorumcumque priuilegiorum perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum Apostolica auctoritate concessorum, seu alias quocunque iure, vel titulo hactenus factas pro quibuscunque Conuentibus, Capitulis,

Militiis

Militijs, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani Congregationibus, Collegijs, Ordinibus, Monasterijs, Hospitalibus, aut alijs quibusuis pijs, tàm secularibus, quàm cuiusuis Ordinis, etiam mendicantium, seu Instituti, vel Societatis Regularibus locis quantumuis exemptis, etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis, cuiusuis qualitatis, seu conditionis existant. In futurum verò Sanctitas sua, hac generali, & perpetuò valitura Constitutione statuit, & decreuit, vt Iudices, Conseruatores huiusmodi, siuè principales, siuè subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solùm habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis record. Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædecessoris sui, quæ incipit, Statutum itaut vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, sed etiam in Concilijs Prouincialibus, aut Diœcesanis, iuxta decretum Concilij prædicti Iudices electi seù designati sint. Quodque deinceps litteræ Conseruatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ suprascriptis tantum dirigantur, & si quæ litteræ aliter expedientur illæ, ac deputationes huiusmodi, omniaque exinde sequen. nullius sint roboris, vel momenti; Et nihilominus qui secus, quam iuxta formam superius præscriptam Conseruatores huiusmodi cum effectu eligere, nominare, seù deputare, aut electis nominatis, seù deputatis vti ausi fuerint. Regulares quidem voce actiua, & passiua sint ipso iure priuati, adeò vt, habilitationē à nemine propter quam à Romano Pontifice consequi valeant, reliqui verò alijs pœnis arbitrio Sanctitatis suæ coerceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monasteria, ac loca huiusmodi, eorumque personæ, ac bona careant Conseruatore ad annum, itaut illorum causę interea coram locorum Ordinarijs dumtaxat cognosci, ac diffi-

 niri

niri debeant; Cæterum vt latiùs pateat Conseruatorum huiusmodi deligendorum facultas; Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum ordinarios, vt in Synodis Prouincialibus, aut Diœcesanis, quam plures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione eiusdem Bonifacii prædecessoris contentas, & alioquin ad id aptas designari procurent, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in eius locum, vsque ad futuram prouincialem, aut Diœcesanam Synodum.

Insuper Sanctitas sua inhærendo hac in parte Decretò similis recordationis Gregorii Papæ Decimitertii, etiam Prædecessoris sui, statuit, & ordinauit, vt Regulares, ac personæ huiusmodi in Italia infra duos, extra Italiam verò infra sex menses a die publicationis in Vrbe, præsentis Constitutionis inchoandos debeant sibi eligere, seu assumere Conseruatores, iuxta formam superius propositam, eiusque electionis, seu assumptionis documentum infra tempus huiusmodi penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur; alioquin ex termino elapso, quandiu Conseruatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conueniantur; quodque Conseruatores huiusmodi semel legitimè deputati, nisi ex legitima causa a Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout iisdem Regularibus, & aliis supradictis libuerit approbanda durante quinquennio a die deputationis amoueri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.

Ad hęc statuit Sanctitas sua, vt coram ipsis Conseruatoribus regulares, ac personæ suprascriptæ conueniri quidem, aut trahi debeant, sed alios conuenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conseruatores in causis, in qui-

bus

bus Regulares, & alij Actores fuerint, nullam prorsus Iurisdictionẽ habeant, sed in hiis tantum in quibus rei extiterint, neque extra Ciuitates, seu Diœceses in quibus fuerint deputati contra quoscumque procedere præsumant. Si qua verò inter Iudices Conseruatores huiusmodi, & locorum Ordinarios controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per Arbitros in forma iuris electos super iurisdictionis competentia fuerit iudicatum. Quod si quis Conseruatores, siue in hac parte, siue aliàs quomodolibet suos limites excesserint per annum ab officio Conseruatoris huiusmodi suspensi sint,& pars, quæ hoc fieri procurauerit sententiam excommunicationis incurrat,iuxta formam alterius Constitutionis eiusdem Bonifacij Prædecessoris, quæ incipit, Hac Constitutione quam Sanctitas sua in his omnibus, quæ præsenti Constitutioni non aduersantur innouauit, & innouat.

Per hoc tamen non intendit Sanctitas sua prohibere quo minus Regulares,& alij supradicti in casibus a iure permissis, petant iudicem non suspectum a Principibus,seu Magistratibus sæcularibus, dum tamen hæc tria copulatiuè concurrant, videlicet, vt Regulares, & alij prædicti sint actores, non autem rei, vtque agant contra laicum, non autem contra Ecclesiasticum, vel alias a iurisdictione seculari exemptum, atque, vt causa in qua iudex deputatur, fuerit prophana, non autem Ecclesiastica, & in ea iuxta Sacrorum Canonum dispositionem laicus, vt præfertur eligendus iudex competens existat.

Quæ omnia,& singula in præsenti Constitutione contenta, Sanctitas sua voluit inuiolabiliter obseruari; decernens sic in ijs, cæterisque omnibus præmissis per quoscumque, &c. etiam Sacri Palatij Apostolici Auditores, nec-

non

non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatam iudicari &c. necnon irritum, & inane, &c. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac litteris Conseruatorijs, quas omnes ad formam præsentis Constitutionis reduxit in fauorem quorumcunque ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam S. Ioannis Hierosolymitani: Congregationum, Societatum, aut cuiusuis alterius Instituti, etiam necessariò exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, ac Priorum quorumcumque, tàm secularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque etiam ex causa, & titulo oneroso, Indultis, & litteris Apostolicis, etiam Marimagno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum, derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, etiam Motuproprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum; Non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus ommisso, & forma in illis tradita obseruata inserri forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogauit, cæterisque contrarijs

trariis quibuscumque. Cęterum, vt præsens Constitutio faciliùs omnibus innotescat. Sanctitas sua voluit, & mandauit, vt non solum in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ publicetur, illiusque exempla in iisdem locis affixa dimittantur, ac in quinterno Cancellariæ inter Constitutiones perpetuas describatur, & annotetur.

Placet, publicetur, & describatur A.

Lecta, & publicata fuit supradicta Constitutio in Cancellaria Apostolica ab altera ex R. P. D. Maioris Præsidentię Abbreuiatoribus, die vigesima Mensis Septembris, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo primo, Pontificatus verò prælibati S. D. N. D. Gregorij Papæ Decimi quinti Anno primo.

Et postmodum die, & anno supradictis, in quinterno eiusdem Cancellarię, inter alias Constitutiones Apostolicas descripta, & annotata fuit.

Nicolaus Vrsinus Procustos:

In Dei nomine. Amen.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo primo, Indictione quarta, die

verò

verò vigesima Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ Decimi quinti. Pontificatus sui anno primo, retroscripta Constitutio Apostolica affixa, ac publicata fuit in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ per me Augustinum Braccherium Apostolicum Cursorem.

Octauius Spada Magister Cursorum.



INDEX RERVM, ET VERBORVM, QVÆ IN HOC OPERÆ CONTINENTVR.



A

pam

Vt

Clau-

Condi-

Con-

Crediti

secun-

Aa Fallit

Fidei-

Gratiæ

Iudex

aliis

Praxis

Pacta

P

Fallit

suffra.

Cc Sen

Sta-

T

V

Vaca-

Vo-

Vtili-

FINIS.





